




3 a 1 6



R. 1057

Sec. C. C. de la f. m. de la C. de Granada

88

# ALPHONSI TOSTATI HISPANI.

EPISCOPI AVLENSIS,  
PHILOSOPHI, THEOLOGI,


Ac Pontificij Juris, Casareique consultissimi, necnon  
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

PARADOXA QVINQVE:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.


Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum  
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



2 400 40 - Gallea - MADE IN SPAIN

VENETIIS. M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.



R. 1054

De cetero de la fama de Espanya de Granada

88




3 a 1 6

CHARANZA
A
2
25

# ALPHONSI TOSTATI HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,  
PHILOSOPHI, THEOLOGI,  
Ac Pontificij Juris, Cæsareique consultissimi, necnon  
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,  
PARADOXA QVINQVE:  
Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.  
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum  
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS. M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sefsam, fratres.







ALPHONSI  
TOSTATI  
Episcopi Abulensis

PARADOXA.

AD MARIAM REGINAM  
CASTELLÆ, &c.

PRÆFATIO.



ILLVSTRISSIMA, ac Excellentissima Domina; Humillimus vassallus, atque seruorum vestrorum minimus Alphonsus de Madrigal in artibus magister, se ipsum, & sua cum omni promptitudine post vestrarum manuum osculum vestræ altitudini cōmendat. Quæ mihi licet indocto, inexpertoque studentium inter magistros ætate, & sapientia minimo, deficienti altissimarum speculationum in separatissimis theorijs, in eloquentia rudi, carenti floridis, rhetoricisque exornationibus, pridem iniunxeras, vt super aliquas secretas metaphoras earum eliciendo medullas interpretis officio fungerer, omni exclusa repugnantia cum omni deuotione, atque promptitudine seruiendi secundum paruam ingenio mei tributam à spiritu dissipatorem ensuram, omni operis difficultate postposita inchoa-

Alph. Tost. Parad.

ui. Sed, vt euentius, quod volumus, in patulum proponamus, dictas metaphoras exordio operis duxi inferendas, quarum prima sub hac verborum serie notabatur.

Fuit quoddam vas clausum, & non clausum: paruum, & non paruum: luminosum, & non luminosum: vacuum, & non vacuum. Præterea vas mundum, & non mundum.

Secunda autem talis erat, fuit vnus leo, qui videbatur, & non videbatur: qui audiebatur, & non audiebatur: qui tenebatur, & non tenebatur: qui cognoscebatur, & erat incognitus.

Tertiæ autem earum tenor hic erat: fuit quidam agnus tonsus, & non tonsus: agnus verberatus, & non verberatus: agnus, qui clamabat, & non clamabat: agnus, qui patiebatur, & non patiebatur: agnus, qui mortuus est, & non mortuus est.

A Quarta

Quarta autem metaphora in his verbis F expressa erat: fuit positus serpens, qui iacuit, & non iacuit: qui mouebatur, & non mouebatur: qui audiebat, & non audiebat: qui vidit, & nunquam vidit.

Quintam verò in hac serie verba expresserant: fuit aquila, quæ volauit, & non volauit: venit ad locum, à quo nunquam recessit: quæ quieuit, & non quieuit: quæ renouabatur, & nunquam renouabatur: quæ gaudebat, & non gaudebat: quæ honorabatur, & non honorabatur.

De triplici Scriptura Sacra. Cap. I.

IN PRINCIPIO autem harum metapho- rum continebatur, has à Deo verbotenus fuisse prolatas: iuxta quod solerti studio attendendum est, Sacrarum Scripturarum continentiam peruagantes antiquos doctores eas triphariam discussisse. Primam autem differentium partitionum canonicam vocauere, quàm quælibet orthodoxorum turba, tanquam solidissimas continentem veritates omni scrupulo mentis excluso recipere, obligatur sub pœna in hæresim incidendi. Secundam verò partitionem hagiographam appellarunt, quod nomen ex origine Græca in Latinum idioma translatum Sanctas designat Scripturas: Agios enim sanctum est, graphia autem scripturam cognominat, in quibus coeleberrima moralia documenta veritatesque historicæ continentur, auctores tamen ipsarum à nobis communiter ignorantur: qua in re non parènt canonicam auctoritatem sortitæ sunt. In tertia autem partitione scripta apocrypha collocarunt, quorum sensum an solida veritate subsistat, vel opposita falsitate deliret, apud orthodoxorum Ecclesiam ignoratur. Quapropter inter eos auctoritate omnimoda prorsus carent, & eadem facilitate contemnuntur, qua recipiuntur. De hac scripturarum tripharia partitione disputat Hieronymus in multis locis prologorum Bibliæ, præcipuè in prologo, quem vulgato nomine, tanquam caput, siue Galeam omnium scripturarum Galeatum vocauit, qui quatuor libris Regum apponitur, & incipit: Viginti duas literas: vbi totius Bibliæ triphariam efficit partitionem, exemplariter describendo quot sub quælibet harum partium volumina includantur. Præassumpta verò proposito applicando, necessariò dicendum erit propositas metaphoras, siue locutiones transumptas sub aliqua harum trium differentium partitionum locari non posse: sub his quippe tribus partibus diuidentibus solos Sacræ Scripturæ Libros, qui in volumine Bibliæ continentur supplicari manifestum est, quorum singulis solertissima indagine per minutas particulas inquisitis, metaphoras præassumptas in nullius eorum continentia sub hac verborum serie contineri cuiuslibet discurrenti patet.

De cuiusdam generis scripturarum sectione. Cap. I I.

ALIVD autem scripturarum genus est inter noui ac veteris testamenti volumina non contentum, quod triphariam in canonicis distributionibus diuisum est: primas autem authenticas vocauerunt, quarum sententiæ ab omnibus legentibus, tanquam solidissimæ approbantur, in quibus omnia catholicorum doctorum scripta locari necesse est. Quæ Gelasius Papa auctoritate sedis Apostolicæ robur obtinere confirmat in quadam Epistola Decretali, & habetur in Decretis distinctione quintadecima, capitulo, Sancta Romana Ecclesia. Secunda huius generis partitio damnatorum scriptorum titulum sortita est, sub qua omnes prohibita artes demonibus auctoribus inuenta, & vsui hominum tradita includuntur, quarum finis interitus, & illaqueatio miserabilium animarum, alligando, atque assentire inducendo quibusdam erroribus superstitionibus, per quasdam immundas abhominabilesque caeremonias; hæ autem necromanticæ sunt aliæque coniunctæ his; neque traditiones. In hac etiam proculdubio parte omnia ab hæreticis auctoribus scripta confecta reponuntur, quæ cum auctoribus suis ab orthodoxorum Ecclesia condemnantur, sicut habetur extra in Decretalium volumine titulo de Hæreticis, capitulo, fraternitatis. Hos autem omnes Hæreticos, & eorum damnatos errores describit Isidorus Etymologiarum libro octauo, capitulo quinto: habentur quoque in Decretis vigesimo quarto, questione tertia, in capitulo, quidam autem: hos autem Hæreticos vetus Ecclesia vsque ad Isidori sæculum habuit: quosdam autem successores posterior contulit ætas, quorum nomina, & errores à multis conscripta sunt: alia quoque plurimorum auctorum Conciliorumque scriptura auctoritate Ecclesiastica condemnata sunt, quia Catholica assertioni non modicum obuiant, de quibus identidem in Decretis distinctione quintadecima, capitulo, Sancta Romana. Huius autem generis tertia partitio scriptorum apocryphorum nomen assumpsit: hæ autem, vt supra dictum extitit, auctoritatis dubiæ sunt, cum de earum sententia, an verum falsumue contineat, apud nos nullatenus constat.

Sub qua parte presentes metaphora contineantur. Cap. I I I.

INTENTIONI autem nostræ prædicta applicantes circa metaphoras præassumptas dubitatio suboritur, sub qua huius triphariæ partitionis parte nomen accipere mereantur. Circa quod duplex dubitatio subapparet: prima de earum sententia, an authentica sit, an apocrypha, vel damnata. Secunda inquisitio de auctore est, & non immerito, ab auctore quippe scripta constantiam obtinent, si quam habent, & si auctor de hæresi damnatus esset, scripta quoque de hæresi notarentur, aut saltem eorum dubia, atque de hæresi esset suspecta auctoritas, nec quidquam firmitudinis obtineret ex auctoris merito infirmanda, sic habetur in volumine Decretalium in titulo de Hæreticis, in capitulo, fraternitatis. Primæ autem dubitationi, quæ de harum scripturarum sententiæ qualitate orta est respondere conuenit, præfatas metaphoras locutiones inter secundæ partis huius partitionis triphariæ scripta non debere vllatenus contineri, quàm damnata nominauimus, quod euidenti argumentatione concluditur. Illa namque iuris Canonica

Quo tempore Hæreticorum secte Christiana pietatem occuparunt. Apocrypha scriptura.

Quæ sint scripta damnata.

nici firma sententia scripta damnata dicuntur, quæ auctores Hæreticos habuere, aut assertiones quælibet, vel caeremoniales continent observationes directæ, aut indirectæ positioni, aut caeremonijs catholicis obuiantes: hoc autem de præpositis metaphoricis locutionibus affirmari non valet, non autem constat earum auctorem de hæresi ab Ecclesia condemnatum. Item earum sententiam non constat alicui Sacræ Scripturæ testimonio repugnare. Item scripturarum nulla authentica, aut damnata dici potest, nisi cum quatenus sententiam firmissimè, aut veram, aut omnimodè falsam esse constat catholicæ positioni, aut conformem, aut aliquatenus discordantem, quod in præfatis transumptis locutionibus applicari non potest: nam cum aliquam literam secundum metaphoram exponi oportet, sensus eius est parabolicus, & in hoc est generalis regula inter omnes Sacræ Scripturæ doctores, quòd talia verba nunquam, aut signant, aut exponi debent secundum id, quod in cortice præfigurant. Quàm ob rem in verbis illis veritas, aut falsitas inueniri non valet: nam earum sensus non est secundum id, quod videtur: sed earum veritas, aut falsitas reperitur in expositione ipsorum, quòd hæc verba à vestra regia celsitudine mihi humillimo seruulorum vestrorum directæ sensum parabolicum faciant, ex eorum tenore euidentiissimè liquet: non enim in sensu historico, vel literali vllatenus intelligi valent. Sic namque intellecta eorum signatum impossibile erat, absurditas quoque magna, & imperitia esset talia profereudo. Liqueat ergo proposita verba in suo formali tenore vllam, aut falsitatem, aut veritatem continere non posse, donec exponantur. Et si eorum expositio à veritate catholica in vilo penitus non delirat omni abiecta ambiguitate liquebit proposita fore vera firmissima constante sententia, si autem ab orthodoxorum tramite vllatenus delirauerint, ea pari modo falsitatem continere manifesta ratione constabit. Et quia istæ figuratæ locutiones possunt recipere solum sensum conformem omni catholicæ positioni, & possunt recipere contrarium obuiantem catholicis assertionibus. Et quia secundum regulam iuris res potius debent interpretari, quòd valeant, quàm quòd pereant, exponendæ sunt tales parabolicæ locutiones in sensu sano conformi orthodoxorum catholicæ positioni, hoc modo figuratæ locutiones hæc firma veritate constabunt, nec poterunt inter secundæ partitionis scripta, quæ damnata appellatur collocari. Speculandum autem restat sub quæ aliarum duarum partium scripturarum collocentur, scilicet, an inter apocryphorum, an authenticorum genus. Cui inquisitioni responderi non inconuenienter potest, prædictas metaphoricæ locutiones inter authenticas scripturas collocari debere. Illæ namque solum scripturæ apocryphæ nominantur, de quarum veritate apud nos constantia nulla habetur. Et quoniam hæ figuratæ locutiones expositæ in sensu, in quo exponi debent, sicut infra in prosecutione liquidius apparebit, omni orthodoxorum catholicæ positioni concordant, necessaria concluditur illatione inter authenticarum partem locari debere.

Quæ scriptura digna sit fide, & quæ calumnia.

Metaphore in Sacra Scriptura non sunt intelligenda, vt verba sonant.

Quo ambigui sensus in Sacra Scriptura exponi debeant.

Scriptura accipit firmitatem ab auctore. Cap. I I I I.

SECUNDA autem in hoc ordine speculatio est de harum figurarum auctore: scriptura namque cuiuscunque conditionis sit, firmitudinem, aut infirmitatem ex auctoris consequetur conditione hac forma, quòd quotiens conspicerit aliquod scripturæ genus ab aliquo hæretico, aut hæresiarcha confectum, Alph. Tost. Parad.

quantumcumque verba ipsa catholice positioni contentire videantur, semper de hæresi suspecta nominantur, hoc auctore quatenus inducent.

Scriptura à Deo procedens est verissima. Cap. V.

HÆ enim tropicæ locutiones prout in cedula à regia altitudine mihi destinata continerint notum erat verbo oris Domini prolata ferebantur, cuius si apud nos fidelia testimonia haberentur, tantam fortiterentur auctoritatem quantam quælibet scriptura totius Sacri Canonis noui, ac veteris testamenti, cum omnes vtriusque Canonis Scripturæ Spiritu Sancto agente dictatæ sint, qui est veritas indeficiens, & omni tempore æqualis sine aliqua extranea peregrinarum impressionum mutatione: omnia autem, quæ à Deo auctore procedunt, quantum ad auctorem suum æquiualentiam sortiuntur, vt tamen eas ore Domini prolata dicamus, quamuis in libro, à quo ipsæ extractæ fuerint, sic fore asseratur, non est aliquod solidum fulcimentum. Quia in re sicut culpa caret eas ore Domini prolata fore suspicari: ita ab omni criminis labe prorsus alienum est, eas ore Domini non fuisse reuelatas, aut proditas asseuerare. Ex omnibus ergo superius disputatis in modum aphorismatis, siue corollarij inducitur, has figurales locutiones quantum ad sententiam suam locari inter authenticas scripturas, eas verò diuino sermone fuisse prolatas, prius apocryphum est.

Hæ propositiones conueniens Paradoxæ dicuntur. Cap. V I.

EX præcedentibus narrationibus quantum ad istud punctum, tanquam proœmialiter concludentes illi speculationi accedamus, in qua de occultis harum tropicarum locutionum veritatibus inquiretur, in quo tanquam in alijs disciplinis solent peritones, atque suppositiones apponi: ex quibus coæta fuerint, teste Aristotele in principio primi Posteriorum, ita hic tanquam pro euidentiissima hypothese supponamus vnam harum figuratarum locutionum communem proprietatem, scilicet, has esse admirabiles propositiones dignè nomine, aut titulo Paradoxorum. Eas autem admirabiles esse sic manifestatur: ille namque propositiones admirabiles sunt, quarum veritates sunt duræ, & inquisitione difficillimæ, ac difficulter à falsitate separabiles propter magnam ad falsitatem habere affinitatem, nihilque, aut parum à falsitate distare videri: huius autem sunt hæ tropicæ transumptiones, quia ille propositiones, quæ inter se aliquam oppositionis legem habent, sic secundum regulam dialecticam se respiciunt, quòd si vna est falsa, reliqua est vera, vel quali, & quia verò inter omnes has figuratas propositiones oppositio est, & non quædam seu parua, sed maxima earum contradictio, scilicet, de qua Aristoteles in primo Posteriorum Analiticorum, & in libro Perihermenias primo, de interpretatione nominato dicit, quòd contradictio est oppositio, in qua secundum se nihil est medium: si ergo vna contradictoriarum propositionum est vera, reliqua est falsa, & est regula conuertibilis, scilicet, si vna est falsa, alteram veram esse sit necessarium. Est & vltterius contradictoriarum lex, quòd altera est affirmatiua, altera verò negatiua, quod euidenter in his figuratis apparet locutionibus, sicut in prima metaphora continetur, scilicet: Vas clausum, & non clausum: luminosum, & non luminosum: paruum, & non paruum. Conformiter de coeteris figuratis propositionibus. Cum autem has propositiones dialecticas le-

ges prosequendo liqueat esse contradictorie oppositas, alteram quoque necessariò falsam existere, reliquam autem veram, per speculationum discursum reperire omnes illas veras, atque catholicas videtur esse admirabile.

Concluditur de superius dictis assignans quibus competant hæ figuratæ locutiones. Cap. VII.

SECUNDA pars proprietatis harum propositio num est, eas debere rationabiliter Paradoxas nominari: sicut enim Tullianæ propositiones in libro quodam Paradoxorum nominantur, quia admirabiles propositiones sunt: quæ, quia inquisitione altissime sunt, in fide vulgarium hominum minimè capiuntur, sicut illud primum Paradoxon. Honestum est, hoc solum bonum esse. Et sicut tertium Paradoxon. f. Parua, inquit, culpa, vt magna est. Et sic de ceteris Paradoxo xi, namque illorum difficilem continet intellectum sicut vulgarium opinionem, oēs tñ hæc scientificis probationibus credibilia cuiuslibet, & persuasibilia effieciantur. Sicut enim Tullius declarat in prologo Paradoxorum. Habent se aut conformiter hæ figuratæ locutiones: quia cū contradictoriæ sunt saltem in cortice literali, cuiuslibet eas inspicienti prima facie impossibiles videbuntur, præcipuè vulgaribus viris, quorum ingenia in altam speculationem rarissime extolluntur. Postea verò competenter expositæ omnibus, & singulis verissimæ, atque solidissime videbunt in conformitate sensus ad omnem catholicam positionem. Ita autem, vt qui his quinque figuratis propositionibus congruentem titulum aut nomen imponere laborauerit, in libelli formam eas quinque figuratas Paradoxas propositiones appellabit. Sciendum autem eas quæ numero esse, sicut quæ formantur quinque tropicæ, aut attributales locutiones: vna autem, quæ inter ceteras prior est, Beatæ virginis competit. Quattuor aut sequentes Redemptori nostro Christo Iesu competere dignoscuntur, sicut in prosecutione expositione earundem euidentius apparebit.

Expositio primæ metaphore de Virgine Domina nostra. Cap. VIII.

ANTE ceteras verò prima est. Fuit vnum vas clausum, & non clausum: paruum, & non paruum: luminosum, & non luminosum: vacuum, & non vacuum: insuper mundum, & non mundum. Hanc autem ceteris priorem de virgine Domina nostra exponi debere ex eis patet, quæ sequuntur. Debent namque omnes metaph. locutiones de personis illis aut rebus exponi, quibus propriè totius metaph. partes singulæ applicantur: & quia in hac prima metaph. sic est, quæ eius aliquæ partes alicui seu aliquibus rebus, vel personis applicari possent, omnes autem nequaquam: virgini tamen Dominae nostræ omnes conueniunt, sicut in prædictæ figuræ expositione continebitur, necessaria concluditur illatione de ipsa, & non de aliqua alia persona exponi debere. In huius metaph. propositionis exordio continetur. Fuit vnum vas clausum, & non clausum: in quo Dña nra Maria vas recipit cognomen, hoc aut non in sensu literali, sed in metaph. locutione, quod apud oratores transumptio, aut metaph. appellatur. Et hoc est quotiescunque de aliqua re sermonem facere cupientes, non eam suo nomine, aut suis proprietatibus adnotamus, extraneæ rei nomen cum proprietatibus adiungentes: hoc autem non indifferenter, & vt cuiuslibet indistinctè libuerit, faciendum est, vt cuiuscunque rei nomen alteri rei, cui voluerimus appona-

Transumptio quid.

mus: sed solum alicui rei nomen alterius apponimus, quæ aliquam conditionem conformem ei rei, de qua loquimur sortita est: ab his autem facientes non u. etapho. aut tropos siue figuratas, vel attributales locutiones conficimus: sed publicissime deuiantes, errores nimios, & sententiarum obscuram intricatæ causauerimus. Sicut enim Arist. noster in libris Physicorū vulgariter dictis libri de naturali inquisitione inquit; omnes transferentes, secundum aliquam similitudinem transferunt: quasi si hominem leonem, aut porcum appellemus, necesse est aliquam conuenientiam in proprietatibus assignare inter hominem, aut leonem, aut porcum. Sic autem ad id, quod attinet, attendentes, cum Dominam nostram vas nomine appellemus, oportet ei conformem vasi conditionem assignare, vas autem est ens artificiatum, non natura subsistens, nec productionis suæ habens primordia naturalia, ad aliquid continendū fabricatum, hic autem est finis, ad quem illud artifex fabricauit, opus quoque suum est continere: ideo quando aliqua transumptio huius nominis vas faciendū est, ad alteram rem attributalem, necessarium est secundum continentiam fieri proprietatem, scilicet vt res illa ad quam transumptio illud nomen vas, de ipsa sermonem facientes aliquid in se contineat. Sicut enim declarat Grego. in sermone, quem fecit ad Episcopos: & vocatur in titulo ad fontes Lateranenses; & est homilia siue explanatio super Euangelium illud Lucæ, quod incipit: Designauit dominus & alios septuaginta discipulos: in quo cum metaph. rerum tabernaculi sub sensu allegorico, aut potius Tropologico, quorum vterque metaph. dicitur elucidaret, dicit in tabernaculo fuisse vasa, in vasis autem sculptos boues, & cherubini super, quæ vasa sacerdotes esse asserit: nam sicut vasorum opus est continere ad continendumque; illa artificis plasmauit intentio, sic sacerdotes Domini in se debent aliquid continere. Quid autem sacerdotes in se continere debeant, subiungitur, per id quod boues, & sculpta in vasis Cherubini in sensu allegorico præfigurant, sicut prosequitur beatus Grego. in præfatio sermone.

Ob multiplicem continentiam Virgo Maria virginitatis vas vocatur. Cap. IX.

PRAESENTI autem inquisitioni particulari accedentes, quia Domina nostra virgo in prenominate metaph. locutionibus vas nomine appellatur, oportet in ipsa conditionem continentiam assignare, qua in re sicut in se ipsa plerumque continebat: ita multipharie vasis nomine nuncupatur. Continuit autem præcipuè Domina nostra virginitatis integritates, ex qua rectè vas virginitatis appellatur: virginitas autem est integritas carnis, & mentis. cum omni priuatione experientie actus venerit. sic declarat sanctus Thomas super quartum sententiarum distinctione 33. fuit autem hæc virginalis integritas perfectius in Domina nostra, quam in omnibus mulieribus, quippe quæ virgo & mater extitit, vtrunque autem completissime. Virgo quidem antequam pareret, & dum peperit virgo, post partum virgo, virgin itatis lauream immarcescibilem non amisit, semperque incognita viro. Quidam tamen iniquitatis filius, qui inter Christicolos natus Antichristus factus Eluidius nomen accipiens, asseruit Beatam virginem postquam concepit, & peperit nostrum Redemptorem, a Ioseph viro suo carnaliter cognita alios posteriores Christo filios peperisse. Sic refert Augusti. super Matth. in capitu. 2. accepit autem occasionem errandi in fidelis ille Eluidius in quadam auctoritate beati Matthæi, quæ habetur Matth. 1. cap. in fine. & accepit Ioseph Mariam

Quo virgo Maria vasi assignari possit.

Virginitas quid sit.

Eluidij rationes Beatam Virginem à Ioseph cognitam iussit.

Mariam coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit ei primogenitum filium suum, & vocauit nomen eius Iesum. Ex quibus verbis dupliciter conatur Eluidius arguere Beatam Virginem postquam Christum peperit à Ioseph cognitam alios filios peperisse. Primò autem, quia in præassumptæ auctoritatis serie continetur, & accepit Ioseph Mariam coniugem suam, & non cognoscebat eam donec peperit. Secundariò idem probare conatur ex eiusdem testimonij verbis, cum dicitur: Donec peperit ei filium suum primogenitum, ex quo necessariò inferri videtur alios secundò, & tertio genitos peperisse. Primogenitus namque nomen relatiuum, & non abolutum est, sicut istud nomen pater. Sicut igitur pater sine filio, aut filius nullus prædicatur, ita primogenitus sine alijs secundò, aut tertio genitis nullatenus dicitur. Idem autem inferri videtur ex alio testimonio Matthæi primo capitulo, cum dicitur: Antequam conuenissent, inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto, quod manifestè innuere videtur eos postea conuenisse, quod est Virginem Dominam carnaliter à viro cognitam: aliter autem non rectè diceretur, antequam conuenissent, inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto, sed diceretur nunquam conuenissent Maria & Ioseph tamen inuentum est eam concepisse in vtero de Spiritu Sancto aut solū alijs tacitis expressisset, inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto.

Rationum Eluidij iniqui solutio. Cap. X.

DEBILISSIME firmata argumenta Eluidij nullatenus inferunt, quod intendit. Cum autem primò arguit: Ioseph autem non cognoscebat Mariam, donec peperit: non ex hoc necessariò inferitur eam fuisse postea cognitam: nam licet secundum vulgatum acceptionem cum alijs dicit, non cenauimus vtque ad vnam horam noctis, vel donec pulsaretur prima hora noctis, innuitur eos post vnam noctis horam cenauisse, non tamen hoc inferitur secundum vim consequentia dialecticæ, sicut si quis filogizet, tu non venisti vsque ad vnam noctis horam. ergo post vnam, siue primam venisti, non valet sequentia ista: stat enim contradictorium consequentis cum antecedente, scilicet, quod non tu venisses vsque ad primam noctis horam, postea quoque, quod non veneris. Sic etiam responderi debet Eluidio suam ineptam consequentiam non valere, scilicet, Ioseph non cognouit Mariam donec peperit: ergo postquam peperit cognouit eam: stat namque sine vlla inconuenientia Mariam, antequam Christum peperisset, à Ioseph cognitam, & quod nec post partum eandem cognouerit, sed secundum vulgatam regulam logicorum, quando contradictorium consequentis stat cum antecedente, consequentia est nulla.

Quæ absurda sequantur ad Eluidium. Cap. XI.

HABVIT autem præterea Eluidius occasionem, in qua eum satis euidentè liquet argumeto fuisse ineptissimum studentem, ac satis rudis ingenij madidæque memoriæ. Satis autem colligitur ex plerisque locis Sacre Scripturæ istud aduerbium, Donec, vel Vsq., in con-textu positum aliquem alium actum consequutum fuisse, non inducere. Sic habetur Gen. cap. 8. vbi de coruo, quem Noè misit ad videndum, vtrum terra desiccata esset sermo agitur, scilicet, emisit coruum, quæ egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccauerit aquæ. Sed, sicut conuincitur ex textu Genesios præcipuè secundum textum literæ Hebraicæ, coruus nunquam Alph. Toit. Parad.

quam reuersus est in arcam. Amplius autem rationabiliter inducitur coruum nunquam ad arcam rediisse, postquam aquæ diluuii desiccate sunt: cum enim coruus animal esui carnum valde inhians sit, & multa hominum brutorumque; cadauera reperiret, quæ vniuersalis diluuii alluionibus deleta fuerant, non recederet ab eis, nisi esset aliquod impedimentum abigens illum inde, cogensque in arcam repedare, quod contigisse non conceditur, nec contingere potuisset, cum nulla auis, aut quadrupes animal esset quod illum inde abigere valuisset, quia omnia memorato vniuersali diluuii absorpta, deletaque referuntur. Restat ergo solam aquam diluuii exundantè potuisse ei impedimento fore: sed hoc non fuit: nam in pre-nominato Genesios textu continetur. Et non reuertebatur, donec siccauerit aquæ: sequitur ergo nihil fuisse quod coruum à comestione carnum abigere valuisset in arcam compellens remeare. Inferitur ergo eum non fuisse reuersum: si enim coruus redire debuisset, rediisset tempore innundantium aquarum, cum terra adhuc madida, operataque aquis congruum non faceret incolatum, & non tempore desiccatae terræ: quod ex simili conuincitur argumento, cum idem de columba factum videamus, cum misit Noe columbam, vt sic videret an terra desiccata foret, vt habetur Genesios 8. cap. cum dicitur: Emisit quoque columbam, post eum, vt videret, si cessassent aquæ super faciem terræ, quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquæ enim erant super vniuersam terram: extenditque manum, & apprehensam misit in arcam. Antè hoc autem Noe coruum miserat, vt euidenter ex Genesios textu concluditur, & non reuersus est, licet inuenisset exundantes aquas diluuii: quomodo ergo rationabiliter dici possit eum postea reuersum, cum cessasset aquæ diluuii? Nullatenus videtur. Sequitur autem in textu, expectatis vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca: at illa venit ad vesperam ad eum portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo: intellexit ergo Noe, quod cessassent aquæ super terram: sequitur autem in eadem litera. Expectauitque nihilominus septem alios dies, & misit columbā, quæ non est reuersa vltra ad eum. Huius autem in eadem litera causa anectitur, quia desiccatae essent aquæ super terram. Si ergo columba, quæ nunciatorū conueniens baiulus est, bis regressa est in arcam, cum reperisset terram operatam aquis, & postea cum eam desiccata reperit non reuersa fuit in arcam, quomodo verissimile erat coruum in arcam rediisse, cum desiccata esset terra, qui cum terra fluctibus inundatis diluuii cooperata esset, nunquam reuersus est? Litera tamen Gen. dicit, quod coruus egrediebatur, & non reuertebatur, donec cessarent aquæ diluuii, & postea tamen non reuersus est. Sequitur quod hoc aduerbium, Donec, non semper inducat aliquem actum postea sequi.

Error Eluidij superior ostenditur. Cap. XII.

AMPLIUS autem, & hoc apparet ex quodam alio testimonio, quod habetur Gen. 28. cap. vbi Deus benedixit Iacob promittens ei bonorum multiplicationem, & multa alia prospera, & in fine eorum subiungit: Ego ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam, nisi compleueris vniuersa, quæ dixi. Et secundum aliam literam dicitur: Donec compleueris vniuersa, quæ dixi. Ex quibus verbis secundum modum arguendi Eluidij concluditur, quod Deus dimitteret Iacob non habens eum in sua speciali protectione postquam vniuersa, quæ pollicitus fuerat compleisset: contrarium tamen A 3 men

men patet ex toto Penthateuco Moyfi, in quo saepe afferitur Deum pepigisse pactum sempiternum cum Iacob, & semine eius. Hoc idem perspicue apparet ex omnibus libris historicis totius veteris testamenti. Solida ergo veritate concluditur, quod istud aduerbium Donec non inducat semper post se aliquem actum consequentem.

Error Eluidij clarius patet. Cap. XIII.

AD hoc autem & est aliud testimonium Psalmodographi Psalmo centesimo octavo, qui incipit: Dixit Dominus domino meo, & sequitur: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. qui Psalmus de Messia Christo necessario exponitur, secundum quod apparet Matth. 22. cap. ubi cum agatur de Christo arguente contra Pharisaeos, Messiam futurum verum Deum, & verum hominem, & non solum eum filium Dauid futurum: sed et filium Dei sequitur ipsum dixisse: quoniam Dauid vocat eum dominum loquens in spiritu sancto dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Et sic in hoc Psalmo Deus per loquens ad filium Deum, & redemptorem nostrum Iesum verum Messiam dixit, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ex quo secundum supra habitum modum arguendi Eluidij inferebatur necessario, quod postquam Deus pater posuisset hostes redemptoris nostri Iesu sub pedibus eius, non deberet redemptor noster sedere ad dexteram Dei patris: quod penitus impossibile atque absurdum est: nam cum redemptor noster Christus Iesus patri consubstantialis sit, eiusdemque naturae, inseparabilis ab ipso est: & necesse est eum semper sedere ad dexteram patris eo modo accipiendi quo in sacra scriptura dicitur sedere ad dextram patris. Evidenter sufficienterque conclusum superioribus liquet argumentis Eluidium hereticum non intellexisse modum loquendi sacrarum scripturarum, nec vim consequentiae logicae, & inde errandi originem assumpsisse.

Responsio ad secundam Eluidij rationem. Cap. XIII.

ACCIDENTIBVS nobis ad inquisitionem secundae argumenti Eluidiani, in quo concludere nitentur dominam nostram Virginem post Christam conceptam, & in luce proditam, rursus alios filios concepisse, quia in testimonio verbi Matthaei sic continebatur: Ioseph non cognoscebat eam donec peperit ei filium primogenitum. Respondendum est istam eandem argumentationem Eluidianam multiplicem pati defectum, tum propter non cognouisse modum locutionis sacrarum scripturarum, tum propter non propendisse modos expositionum dialecticarum, tum propter non attendisse mores poetarum, tum propter nescivisse continentiam regularum canonicarum, tum propter superficialiter aspexisse dicta legum humanarum. Quod apparet, quia fundamentum argumentationis Eluidianae est, quia istud nomen primogenitus est relatiuum, & praedicatur in relatione ad alios secundum, aut tertium genitos. Sic enim ut ille solum primogenitus praedicatur, qui habet alios fratres, aut fratrem posterius generatos: & ante ipsum nemo de fratribus suis natus est. Si ergo Christus primogenitus erat virginis Dominae nostrae, inferebatur eam alios, aut alium post Christum filios concepisse, & peperisse. Recipit autem hoc fundamentum magnam instantiam: nam licet istud nomen primogenitus aliquando significet relationem, inter-

dum tamen solum significat absolutum, scilicet quod simpliciter significat filium non importando aliquam aliam respectum prioritatis, aut posterioritatis, quod exemplariter apparet ex hoc nomine filius: quia secundum suum primum significatum significat relationem, & cum in aliquo contextu ponatur, est de natura sui significati, quod ponatur cum suo relatione, ad quod refertur tanquam ad terminum: sacra tamen scriptura plerumque eo vitur non signando relationem, & tunc significat absolute hominem, quod apparet in libro quodam Salomonis, qui dicitur Cantica canticorum in cap. 2. in principio, ubi ipse loquens ad sponsam dicit: Ego flos campi, & liliu conuallium, sicut liliu inter ipinas sic amica mea inter filias, & non accepit hic proprie filias pro filiabus, sed pro mulieribus absolute: nam si pro filiabus proprie sumendo acceperat, non dixerat filias tacito eo, aut illis, quorum filiae erant: quia filia nomen relatiuum siue ad aliquid est. Sunt autem relatiua huius naturae, quod vnum sine altero expresso non intelligitur, quia relatiua simul sunt naturali intelligentia, sicut ait Aristot. in Praedicamentis in praedicamento, Ad aliquid: ideo necessarium est in vtriusque distinctionibus vtriusque vti. In praedicta capitulo sequitur con similibus locutionis modo, ubi sponsa ad ipsum loquens ait: sicut malus inter ligna siluarum sic dilectus meus inter filios, & accipiuntur filij. i. homines absolute: non enim possunt filij accipi relatiue: tunc enim poneretur, cuius filij sunt, sicut supra annotatum est.

Primogenitus quis sit secundum expositionem sacrae scripturae. Cap. XV.

PRAEETEREA vero, & istud nomen primogenitus secundum sacrarum scripturarum morem ille dicitur, qui primo de materna erumpit vulua, siue alius post eum sequatur, siue nullus: quod liquet ex eo, quod scribitur in secundo libro Moyfi. quod Exodus dicitur cap. vndecimo, ubi sic habetur: Hoc dicit Dominus, media nocte ingrediar in terram Aegyptiorum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum a primogenito Pharaonis, qui sedet in throno eius, usque ad primogenitum ancillae, quae sedet ad molam, & omne primogenitum iumentorum. Deinde vero in praedicti libri cap. duodecimo, dicitur quod media nocte Deus ingressus fuit in terram Aegypti, & occidit omnia primogenita Aegyptiorum, & sequitur in eadem litera, quod non erat domus in tota Aegypto, in qua non esset mortuus, & omnes isti erant primogeniti, quia vltima plaga quam Dominus inflavit, fuit mors primogenitorum. Si ergo non erat aliqua domus in tota Aegypto, in qua non esset aliquis mortuus, ut in praedesignata litera Exodi continetur, & omnes ij primogeniti erant, necessarium erat quemlibet virum patrem familias, qui haberet domum siue oconomiam in Aegypto, plures filios habere, ut aliquis eorum primogenitus diceretur, quod credibile nulli videretur: sequitur ergo illum hic primogenitum dici, quod primo erupit de vtero materno, scilicet antequam quicquam alius nasceretur, siue post eum alij sequerentur, siue nulli. Praeterea, & adhuc liquidiori patet argumento eum primogenitum vocari, ante quem vilius natus non sit, siue post eum alij nascerentur, siue non, quoniam in praefato secundo libro Moyfi in cap. decimo tertio, & in trigesimo quarto, & in plerisque aliis locis haec continetur, scilicet. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Israel tam in hominibus quam in iumentis: in quo manifestissime eum primogenitum vocat, qui primo de vulua matris erumpit: hic autem

Primogenitus non solum respectu sed et respectu indicat: sed quoad doque etiam absolute significat.

Ritus antiquissimus quomodo primogeniti Deo offererentur, & redimebantur.

Dies celebrationis festi purificationis Mariae Virginis.

tem necessarium illos primogenitos appellat, qui primo nascuntur ab vtero, siue alij posteriores fuerint, siue non. Si enim primogeniti soli illi vocantur, sicut in Eluidiana argumentatione accipiuntur, illi qui ante alios de materno vtero in lucem erumpunt, & post eos alii, vel alij nascuntur, multiplices sequerentur errores. Primus, quod si quicumque filium genuisset, & solum illum generaret, non teneretur separare illum in partem Domini, aut sanctificare illum, vel redimere dando quinque siclos, sicut mandauerat Dominus de primogenitis: & haberetur Numeri tertio capitulo: quod certissime est falsum, sicut inferius abundantius declarabitur. Item sequebatur alius error, scilicet, quod si aliqua ovis, aut capra, vel bos vnicum filium genuisset, non deberet domino offerri in holocaustum: quod magnum inconueniens est, sicut infra magis declarabitur. Item alius error sequebatur, scilicet, quod cum aliqua foemina primu filium peperisset, quod ille non debebat offerri, aut si isti coram domino, nec redimi pretio quinque siclorum, donec sciretur an mater sua alium eius sequentem pareret, ut ille sic primogenitus vocaretur: quae forma obseruata, necessarium erat saltem post primi filij natiuitatem nouem mensibus, aut quasi per annum expectari, donec mater sua rursus grauidaretur, & pareret. Hoc tamen falsum est, quia cum aliqua foemina filium primum masculini sexus peperisset, die quadragesimo debebat coram domino in templo sacerdotibus praesentari, & soluebatur in redemptionem eius pretium quinque siclorum, secundum legis dispositionem oblati cum quibusdam alijs sacrificijs, nullum tempus vltius expectando, sicut de Christo Redemptore nostro euidenter apparet. De quo Lucas scribit capitulo secundo: Et postquam completi sunt dies purificationis eius, scilicet Mariae, secundum legem Moyfi: tulerunt illum in Ierusalem, ut scirent illum coram domino: hoc autem totum tempus in quo infans primo natus in templo offerendus erat, trigintanouem, aut quadraginta dierum spacio dumtaxat coarctatum esse manifeste conuincitur ex hoc, quod festum purificationis Beatae Mariae Virginis vulgariter nominatum festum caedelarum, trigintanouem, aut quadraginta diebus a festo Natalis Domini est separatum. Et in hoc purificationis die Christus fuit in templo praesentatus, & redemptus fuit a parentibus suis quinque siclorum pretio, sicut coeteri redimi conueniant. Eadem termini praefixo apparet ex his, quae habentur Leui. 12. c. vbi dicitur: Mulier si suscepto semine masculinum peperit, immunda erit septem diebus iuxta immunditiam mulieris menstruae, octauo autem die circuncidetur puer, postea autem triginta diebus purificatur a sanguine suo, quibus expletis ibat ad templum ferens secum agnum anniculum in holocaustum: quod si non poterat eum inuenire manus eius, si pauper erat, quae peperisset, ferebat par turturum, aut duos pullos columbarum. Concluditur ergo ex his, quod non expectabatur postquam foemina primo pepererat, an iterum pareret, ut sciretur vtrum ille, ante quem nullus natus fuerat, primogenitus esset. Data namque hac forma nunquam facta fuisset purificatio, aut oblatio, & primogenitorum redemptio tempore a lege praefixo. Item & aliud inconueniens sequebatur. Si capra, ovis, aut bos peperisset, non debebat natus filius masculini domino immolandum offerri, et si primus esset, siue eum nullus praecessisset quantum attinebat ad legem primogenitorum, donec videretur si alium sequentem mater illa genuisset: quod liquide falsitatis redarguitur: nam postquam aliquod primogenitum in pecoribus immoladis nasceretur, si in bobus, ouibus, & capris, septem diebus expectaba-

Alph. Tot. Parad.

tur, quibus custodiebatur cum matre sua, septimo autem die domino offerebatur: sicut habetur Exo. 22. c. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, de bobus quoque, & ouibus similiter facies, septem diebus sit cum matre sua, octauo autem die reddes illum mihi. Ex quibus omnibus in vnam formam collatis, aut ex quolibet eorum solidissime, & satis euidenter inferitur, quod sacrarum scripturarum morem illos primogenitos vocari, qui primo de materno vtero eruperunt, siue de eodem vtero sequentes fratres habeant, siue non.

Error argumentationis Eluidij in dialectica. Cap. XVI.

APPARET autem secundario argumentatione Eluidianam prorsus viribus esse carentem, quia circa terminos expositiones dialecticas ignorauit. Est enim apud dialecticos quidam tractatus de modo exponendi terminorum, in quo datur regula de modo exponendi istorum superlatiuorum. scilicet primus, & vltimus, & quoadque aliorum superlatiuorum, & dicitur de omnibus superlatiuis, quod superlatiuo dupliciter exponi potest. scilicet absolute, & comparate. Si autem iste superlatiuus primus absolute exponatur, sic exponendus est. scilicet primus est, quo nullus est prior, siue, ante quem nullus est, siue post eum aliquis sequatur, siue non. Et istud superlatiuum vltimus cum absolute exponitur, sic exponendus est, vltimus est, quo nullus est vltior, siue posterior, aut post quem nullus venit, vel est, siue ante eum aliquis praecesserit, siue non. Si autem hos duos superlatiuos comparate exponere vouerimus, habebunt duas expositiones, & tunc primus dicitur, ante quem nullus est, siue quo prior nullus est, & post quem alij sunt: vltimus est, quo nullus est vltior, aut posterior, sed ante eum alij sunt. Et quia istud nomen primogenitus habet sensus huius nominis primus & filius, accipiet expositionem duplicem, sicut istud nomen primus. scilicet absolute, aut comparate: absolute autem primogenitus vocatur quo non est alius prior genitus, siue ante quem nullus ex eadem vulua erupit, siue postea aliqui eruperint, siue non. Si autem exponatur comparate, primogenitus vocatur, quo nullus prior est genitus, & alij post eum geniti extiterunt. Primus autem istorum modorum in Sacra Scriptura vltimator est, sicut ex superioribus probatum est, & hoc modo Redemptor noster Christus Iesus est primogenitus Dominae nostrae Virginis, quia ante eum nullus alius, siue alij de illa nati sunt, licet post eum nullus natus fuerit ex eadem. Secundum autem horum duorum modorum assumpsit Eluidius, ex quo errandi habuit occasionem.

Argumentum Eluidij fuit etiam ex imperitia poetarum. Cap. XVII.

PARVIS Praeterea solidata est fulcimentis Eluidiana argumentatio: quia non attendit circa hoc mores loquendi poetarum: nam ista nomina filius, & nurus, quae ex sua significatione primaria signant relationem, aliquando more poetico in absolutis precise significationibus assumuntur, sicut ex Virgilianis Ouidianisque, atque Statianis euidenter apparet narrationibus aliorumque poetarum: ponunt quippe nomen istud filius pro solo viro, & nomen istud nurus pro sola foemina, quod sic manifesta aliquot argumentatione. Si enim nomen istud nurus in sua propria significatione assumatur quotienscunque fuerit in contextu adiungatur suum correlatiuum, scilicet, cuius nurus est, sed plerumque absolute in eisdem collocatur: sic apparet in Ouidiana narratione Metamorphosis A 4 phoicos



phoſeos libro vndecimo, qui vulgariter de tranſmutationibus nuncupatur, finita inſœlicæ phœtonicæ morte, expleta quoque narratione de inſolita mutatione ſorum ſuarum in populeas arbores, quæ vltimi vulgariter nuncupantur ſuper flumen Eridanū vulgariter nuncupatū Pò in Lombardia, & cõſinibus Italia.

*Inde fluunt lacrymæ, ſillatæq; ſolerigeſcunt.  
De ramis electra nouis, quæ lucida amnis  
Excipit, & nurbus mittit geſtanda Latinis.*

Scilicet, cum Phætonicæ ſorores in planctu diuturno permanentes vltimo in populeas arbores mutantur, lacrymæ, quæ in eis aſſiduæ in vita fuerant poſt deſunctum vita corpus in arboribus permanere, quæ in refinam congelantur, & cadit in fluuium Eridanū, vbi arbores illæ vehementer abundant, ferturq; per aquam in terram Italarum, in qua maternæ refinam illam, quæ electrum dicitur, accipiunt, & in vſus multiplicis ornatus muliebris conuertunt. Dicitur et in fine verſuum illorum Ouidianorum, quod electra profunt nurbus latinis, vbi nurus non pro nuru propriè, ſed pro ſœmina abſolutè accipitur. Idem ponit Ouidius in prædicto Metamorphoſeos libro vndecimo in exordio libri, cum dicitur.

*Ecce nurus Ciconum teſtè lymbpata feris.*

In quo verſu cum vellet continuata ſuſpenſus narratione hitoriam morientis Orhpei texere, incipit, quomodo enim thraces mulieres occiderint, quas vocat nurus Ciconum, id eſt, nurus Thracas, ſcilicet, mulieres de Thracia. Conſimiles loquendi modos ponit idem Ouidius in libro de Arte Amandi, & in plerisque alijs libris. Sic ergo iſtud nomen nurus, & nomen iſtud ſilius in ſignificato abſoluto inueniuntur apud poetas, cum illorum prima ſignificatio ſit non abſolutè ſignificata. Inuenitur & iſtud nomen primogenitus interdum in ſignificatione abſoluta, licet eius ſignificatum ſit primariè relatiuum.

*Error Eluidij in iure canonico. Cap. XV III.*

**F**VIT autem alia deſcendi occaſio Eluidianæ argumentationis propter regulas canonicas ignorare. Secundum modum regularum iuris canonici, iſtud nomen primogenitus non ſemper ſignificat primogenitum in hac expoſitione, ſcilicet, quod primogenitus eſt, ante quem nullus primus natus eſt, & poſt quem alius, ſeu alij nati ſunt: ſic apparet extra in volumine Decretalium in titulo de verbo. ſigni. in cap. Ioseph, autem, &c. vbi dicitur Ioseph autem non cognouit Mariam donec peperit ei filium ſuum primogenitum. Ex hoc loco multi peruerſè ſuſpicati ſunt Mariam alios filios habuiſſe, cum mos ſit ſanctarum ſcripturarum illum primogenitum appellare, quem nemo præceſſit, & non ſolū eū, poſt quæ alij nati ſunt.

*Error Eluidij in continentia modorum humanarum legum.  
Cap. XIX.*

**H**ABVIT autem præter hoc Eluidiana argumentatio deſcendi occaſionem: quia continentiam modorum legum humanarum non attēdit. Sunt enim multi termini viſitati ſecundū leges, quorum licet ſit primaria ſignificatio relatiua, plerumque tamen abſolutè ſignificare reperiuntur, vt nomen iſtud proximus, & ſupremus. Si enim iſtud nomen proximus exponeretur accipiēdo in ſignificato relatiuo, diceretur proximus, quo nullus eſt propinquior, & poſt eum ſunt alij minus propinqui. Si autem exponatur abſolutè, dicitur proximus, quo nullus pro-

pinquior eſt, ſive poſt eum ſint alij propinqui, ſive nō. Hunc ſecundum modum leges ſequuntur humana. Sic habetur in digeſto nouo in titulo de verbo. ſigni. in lege proximus, vbi dicitur, proximus eſt, quem nemo antecedit: expoſuit enim proximum in abſoluta ſignificatione exponendo per negationem, ſcilicet, proximus eſt, quem nemo antecedit, nec exponitur comparate: quia tunc poneretur neceſſariū eſſe alios minus propinquos, & poſteriores. Idem apparet in eodem titulo, & eodem libro in lege proximi, vbi dicitur, proximi appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt. Ex quo manifeſtè innuitur ibi non accipi ſecundum ſignificationē relatiuam: nam in vno ſolo relatiuum nunquam eſt, cum relatiuum ſemper fit ad alterum, tanquam ad terminum, quod eſt ſuum correlatiuum, & ſic ſaltem duo ſunt. Item iſte terminus ſupremus, licet ſecundum ſe ſignificationem habeat relatiuam, plerumque in abſoluto ſignificato reperitur, ſicut in prædicto lib. digeſti noui in prænomino tit. in lege proximus. Cõſimiliter igitur iſtud nomen primogenitus interdum accipietur in ſignificatione abſoluta, licet ſit ſua ſignificatio cū relatione, & accipietur primogenitus duntaxat pro eo, qui prior de vulua materna erupit. Ita ſive ante eum nemo natus eſt, ſive poſt eum aliqui nati fuerint, ſive non.

*Reſponſio ad tertiam Eluidij rationem. Cap. XXI.*

**S**PECVLATIONI autem, in qua Eluidianæ argumentationi tertie reſpondendum eſt accedentes, quæ pro fulcramento innititur auctoritati Beati Matth. infra cap. ſ. antequam conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto, in quo Eluidius ſolum accipit, tanquam ſolidum fundamentum modū locutionis vulgaris: quod re vera in ſtrictum valde eſt. Cum enim vulgaris quiſpiam dicat, antequam ille comederet, cucurrit, innuit eum poſtea comediffe: ſic ergo Eluidius vult, qd cum dicatur, antequam conuenirent inuenta eſt habens de Spiritu Sancto, qd poſtquam inuenta eſt habens de Spiritu Sancto conuenirent. ſ. carnaliter comiſcendo ipſa Domina noſtra, & Ioseph. Iſta Eluidiana argumentatio non habet vllas vires cõcludendi, licet ſecundum aliquem modum loquendi vulgariter hoc habere videatur: non tamen tenet hic conſequentia logicalis, quia contradicorium conſequentis ſtat cū antecedere, ex quo neceſſariò ſequitur conſequentiam non valere: quod ſic apparet: quia ſatis ſolida veritate, & ſine vlla repugnantiã ſubſiſtit, antequam Ioseph, & Maria carnaliter conuenirent Mariam de Spiritu Sancto grauידatam, & poſtquam concepiſſet à Ioseph carnaliter manſiſſe incognitam: nam in hoc nulla contradicō eſt. Hoc idem apparet ex regula iuris, quæ habetur in volumine decretalium: extra de verbo. ſigni. in cap. quod dicitur, antequam conuenirent, non ſequitur, qd poſtea cõuenerint, ſed ſcriptura, qd non ſit factum oſtendit. Concluſum ergo apparet euidentiffimis rationibus Eluidianas ſillogizationes proſus deficere fundamēto, & ſine aliquo hæſitandi incentiuo intactam manere Dominam noſtram Virginem Beatiffimam, virginem ante conceptum, & partum extitiſſe, in conceptu quoque, & partu, & poſtquam concepiſſet, & peperit etiam eam ſolius Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti extitiſſe genitricem, & proſus à viro fuiſſe incognitam, propter qd congruētiſſimè vas appellatur, ſcilicet, vas virginis, quippe, quæ in ea excellentius, quàm in ceteris mulieribus fuit. In quo nimis eam ſacra laudat ſcriptura, dicens: Sola ſine exemplo placuiſti ſœmina Chriſto, ſcilicet, quia Domina nra in alijs mulieribus virginis exemplum non reperit, quod ideo laudabilius fuit.

In

In ſtatu nanque veteris teſtamēti, tam apud Hebræos quam gentiles populos, licet puellæ vſque ad nuptias in virginitate manere ſtudent, non tamen vlla virginitatis perpetuæ votum vllatenus emittebat, quin potius inſœlix habebatur mulier, quæ in virginitate permanens, ab hac luce receſſerat: quia per hoc non genuiſſe innuebatur. ſicut patet Iudicum 11. cap. de filia Iephte galaaditis, præcipis ac Iudicis Iſrael, qui cum viſtoria habita de hoſtili turba vouiſſet, primū quod ei de domo, aut poſſeſſione ſua a cede reuertenti occurreret, Domino immolare: Accidit, vt vnica filia eius præ gaudio obuiam patri in oſcula exiſſet, cuius cum pater, quæ licet indiſcretè vouerat, ſignificaffet, & illa paternis votis obuare nolleret, ait: dimitte me, vt plagam duobus menſibus virginitatem meã ſuper montes Iſrael cum ſodalibus meis. Cum nulla ergo in antiquis ſeculis vouiſſet ſœmina virginitatem, Domina autem noſtra prima hoc votum emiſſiſſet, certè ſola ſine exemplo placuit hæc ſœmina Chriſto.

*De Virgine Maria omnis munditiæ vaſe.  
Cap. XXI.*

**A**MPLIUS autem fuit Domina noſtra omnis puritatis, & munditiæ vas, nullius ſeculentæ contagionis acceſſibus maculata. Sic enim de ipſa dicitur in libro Salomonis, qui dicitur Cantica canticorum cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Quippe quam dominus in eam ſuperueniens, & ex eius vtero naſciturus totaliter purificauerat, aut potius puram creauerat ſecundum angelicam promiſſionem: ſicut ſcribitur Luc. 1. c. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiffimi obumbrabit tibi. Ideo non fuit in ipſa vlla macula peccati actualis mortalis, aut venialis, quod proculdubio magnum priuilegiū fuit. Sic enim ait Auguſt. in lib. de Natura & gratia: Cū de peccatis agitur, de virgine propter eius filium, aulam omnino volo fieri mentionem. Fuit etiam a peccati originalis macula proſus immunis. Circa quod conuenit fratrum Minorum, & Predicatorum antiqua habent litigia, & penè cum ipſis ſuis ordinibus antiquata, quod fiet proculdubio in mortale, niſi interueniat decretum, aut ſententia ſuperioris, qui habens pleniffimam poteſtatem ſuper hoc, ſuam interponat auctoritatem. Hoc autem non eſt in Predicatorum collegijs: quia ipſi ſunt veritatis ſolliciti, atque ardentiffimi inquiſitores, & eius tenaciſſimi, & acerrimi de ſenſores amore veritatis cuiuslibet repugnando, ſm Arſtotelicam regulam in primo Ethic. 1. c. de Platonicam ideam, exiſtentibus amico, & veritate, ſolum eſt præhonore veritatem, & propter veritatem oportet familiaria deſtruere. i. ſi aliquando contingat amicum noſtrum, & veritatem inuicè aduerſis frontibus diſſidere, magis veritati propter ſe, quàm amico propter beneuolentiam deferamus: quia propter veritatem cuſtodiedam, oportet interdum omnem amicitiam ſuam familiaritatem deſtruere. Identidem Minorum fratrum collegia, quæ ſunt pro altera parte virginis mūditie deſenſores, non ideo huic ſtudent occupationi, quia ſunt diligentiores, quàm ceteri hominum virginis matris noſtræ zelatores: ſed quia ſatanas ſuam inexcogitabili aſtutia transferens ſe in angelum lucis, cum ſit verè filius tenebrarum, ſummo ſtudio inuigi lat illaqueare mirabilia corda noſtra, non ſolum in his, quæ ex genere mala ſunt, ſed etiã in his quæ licet ex ſe bona ſint, interdum tamè mala fieri poſſunt. Sic autem huius materiæ diligens inueſtigatio ac frequēs diſputatio, quæ de ſe licita videbatur, aut ad veritatis inqueſtionem, conuerſa eſt in venenum omnibus nō

occultum, quod ſecundum morem naturæ, ex poſterioribus liquet effectibus multiplicato odio inter collegia vtriuſque ordinis, infixoque tenaciſſime in viſceribus eorum, ex hoc ſolū diſputationis incentiuo, tanquam ſi in alterutrum fouerent inimicitias capitales iuſtiſſimè vtrinque inductas, & iuſtus ab vtraque parte deſenſas: ita vt cuiuſcunq; ordinis fratres præeligerent alios ſuper hac re ſufficienter apparenterque cõcludere eis perpetuum ſilentium imponendo, quam ſectam Mahometicam funditus extirpare. Argumenta tamen vtriuſque partis, in quibus miſerabiles ipſi, ſed non miſerandi, cum vera ſpiritus afflictione nocte, dieque laborant inſelicem ſpiritum conſumentes, ſi ab aliquo habente granum intellectus inſpiciantur, nihil proſus neceſſitatis inducunt. Item non eſt magna grauitas, aut difficultas alterutram earum partem fouere, licet vulgariter intelligentes exiſtint magnam Domine noſtræ iniuriam irrogari, ſi eam in peccato originali conceptam aſſeramus: cuius cauſa eſt: quia ipſi quid ſit culpa originalis, aut qualiter contrahatur penitus ſunt expertes, & huius veritatis ignari, præcipuè cum illi, qui dicunt Dominam noſtram in peccato originali fuiſſe conceptam, non aſſerunt eam in hac diutius labe manſiſſe, ſed eam immediate fuiſſe purgatam, aut, vt alij dicunt, fuiſſe redemptam, nec in hoc aliquatenus laus vel gloria Virginis dominæ noſtræ minuitur, aut mutatur: ita vt manifeſtè maioris culpæ, atque diſcriminis ſit diſſenſio, in vtrinque inueterata collegium, & odium antiquatum, & penè a iuuenibus connutritum, & quaſi in vtriuſq; ordinis naturam trãſiens, quam alterutram huius queſtionis partem aſſerere, aut non pertinaciter deſenſare.

Conſulerem autè cuiuslibet catholico bonæ affectionis de diſputatiua huius queſtionis inueſtigacione ſe nullatenus intromittere. Et quia in rebus dubijs quod tutius & fauorabilius eſt eligendum: & cum tutius ſit atque fauorabilius, & ſine præiudicio alicuius veritatis cognitæ, aut apparentis Dominam noſtram proſus ab omni originali labe fuiſſe immunem, quam eam originali contagione aſſerere fuiſſe pollutam: rectè eligere debemus aſſerere eam ſine originali peccato fuiſſe conceptam. Si autem quiſpiam filius ſeditioſis ſpiritu diſſenſionis ſtimulatus in nos inſurgere voluerint, non ei in eodem contentioſis ſpiritu reſiſtamus: quia Eccleſia talem morem non habet, nec nos ſum cõtendere aſſueti. Sic ait apoſtolus primò ad Corint. 1. c. cap. Hoc autem ſine præiudicio melioris ſententiæ, aut conſilij, vel ſalua auctoritate maiorum, quibus in ſimilibus pertinet iudicare. Concluſum ergo ex ſuperioribus patet Dominam noſtram totius munditiæ vas extitiſſe.

*Virgo Maria vas extitit omnium virtutum contentiuum. Cap. XXI I.*

**F**VIT autem, & præterea Virgo domina noſtra vas omnis virtutis contentiuum, quippe in qua tã theologice, quàm morales virtutes liberius, atq; perfectius fuere, quàm in ceteris creaturis. Sic enim de ea inquit Hierony. Ceteris per partes, in Maria autem tota plenitudo gratiæ ſe diffudit: nec immerito: quia excellentiſſimè ornari thalamum aduenientis redemptoris decebat, quàm cuiuſlibet creaturæ, quæ adornatio cõſiſtit in plenitudine gratiarū, & omnimoda repletione virtutum: ita vt de ea aptiſſime predicetur id, quod habetur Eccleſiaſtici. 50. c. Tu es vas argenti ſolidum ornatum omni lapide pretioſo. Lapidem autem pretioſos virtutes nominari, non eſt apud ſacram ſcripturam nouiter inductum.

Virgo



*Virgo benedicta proprie vas nuncupatur, quia Deum redemptorem continuerit. Cap. XXIII.*

**Q**UANTITAS autem his prælibatis modis alijsq; quàm pluribus Domina nostra virgo Maria vas aptissimè appellari debeat, proprius aptiusq; dicitur vas propter in se continuisse nostrum redemptorem Christum Iesum: & cum in hac præassumpta metapho. in cuius expositione laboramus ipsa vas appellatur, non secundum aliquem præpositorum modorum vas appellari potest, licet omnes & singuli aptissimi sint, ut ipsa vas nuncupetur. Solum enim hunc in præsentem accipimus, scilicet, quia in se nostrum continuum redemptorem, quod lucidè manifestatur in applicatione sensus particularum sequentium, quia in hoc sensu omnes particule consonant, in alijs autem nequaquam. Cum in eadè dicitur: Fuit vas clausum, & non clausum: luminosum, & non luminosum: paruum, & non paruum. Et sic de particulis subsequentibus. Vacuum, & non vacuum: Quæ si ad virginitatè cõparentur coaptari non possunt: non enim clausum, & nõ clausum respectu virginitatis dici poterat: nam licet secundum virginitatem diceretur vas clausum, cum virginitas sit perfecta clausura, non tamen ad eã referendo poterat dici vas non clausum. Item ad propositum, nihil attinebat Dominam nostram vas paruum, & non paruum ad virginitatem referendo dici. Item licet Domina nostra ad virginitatem referendo dici possit vas vacuum, quia nihil omnino in se virginitas alienum admittit, cum sit omnino sterilis, virginitas tamen non potest dici nõ clausum. Item omnia hic non possunt coaptari referendo ad munditiã Dominae nostræ, vel plenitudinem suarum virtutum, ex quibus etiam vas dicebatur: omnes tamen hæ particule coaptantur eam vas nominando, quia in se continebat Christum nostrum redemptorem, sicut influens in prosecutione declarabitur. In quo Domina nostra non solum vas, sed etiam vas maximum, & perfectissimum nuncupatur: quia in se continebat rerum omnium perfectissimum. scilicet, & terræ conditorem, scilicet, redemptorem nostrum Christum Iesum.

*Dupliciter virgo continet Christum. Cap. XXIII.*

**Q**UANTITAS in re virgo Domina nostra, dupliciter vas appellatur: quia dupliciter continebat nostrum redemptorem. In suo sacratissimo alio realiter, & in mente conceptualiter, aut scilicet fidem assentiendo. Continuit autem saluatorem nostrum virgo Maria in suo vtero realiter: quia mox ut ipsa verbis Gabrielis archangeli assensum præbuit, Secundo, præterea in benedicta immensaque Trinitate, quæ est filius Dei patris, qui tunc in vtero virginis erat, & ab æterno cum patre, & Spiritu sancto in omni loco erat & est, noviter carnem assumpsit de sanguinibus purissimis, atq; sanctissimis virginis Dominae nostræ, non commixtis alicui sanguini facto ex virili spermate: sicut in alijs conceptionibus fieri consuevit, & naturaliter fieri necessarium est: & organizavit carnem illam in convenienti armonia, & proportionem corporis viventis, usquequo perfecte esset corpus animæ receptivum. Et hæc oia in instanti completa fuerunt, scilicet, sine aliqua temporis mensurativa duratione: non enim fuit factum in tempore, nec in parte temporis, nec in aliquo modo commensurationis temporis: quia in rebus, aut actionibus, quæ a Deo sunt, quia ab infinita potentia procedunt, non est necessaria temporis successio, aut aliqua actionis, & temporis commensuratio: sicut in naturalibus actionibus, procedentibus a causis operativis continentibus in se virtutem activam mul-

tum finitam, atque limitatam. Et in hoc eodem organizationis instanti fuit quedam anima noviter creata: quæ nunquam ante esse, aliquod præhabuerat, atq; in eodem instanti illi sacratissimo corpori, atque secundæ personæ Trinitatis fuit hypostaticè siue ad unitatem suppositi coniuncta, dando esse, & vegetacionem, & omnem naturalem motum, atq; actionem, quem omnes aliæ animæ corporibus, quibus vniuntur naturaliter præstare solent.

*Quantitas corporis Christi in vtero matris. Cap. XXV.*

**F**UIT autem istud dominicum corpus, sub valde parua quantitate formatum, cum fuit perfectè organizatum, ita quod nullum unquam corpus humanum fuit in aliqua regione, quod tam parvæ quantitatis existeret, cum perfectè organizatum esset, quod fuit in instanti incarnationis. In exitu tamen in lucem de benedicta virginis vtero. s. post expletos novem menses, fuit tantæ quantitatis, quantæ erant omnia alia corpora hominum, qui tunc in cõmenturata quantitate nascebantur. Quod sic in patulum deducitur, quia hoc sacratissimum corpus nostri redemptoris nõ fuit perfectè organizatum eo tempore, quo omnia alia corpora humana, naturaliter organizata perfectè habent organizationem. Non enim organizatur corpus humanum in vtero matris illico, ut virile semèn in matrice recipitur, atque muliebri menstruo commiscetur: sed prius fiunt quedam naturales transmutationes. Est enim virile semèn mox ut in alio recipitur, per aliquot dies permixtum menstruo muliebri, quod femina in generatione administrat, sicut vir feminem propter: in quibus diebus sub colore, & figura feminis manet, donec factis paulisper in vtroque multis transmutationibus per virtutem formativam, & digestivam decidam in femine virili adiutam a celestibus influentijs transmutatur: & sic condensatur, & magis solidatur, donec decursis aliquot diebus per decoctionem, & digestionem, magnam virtutis formativæ in sanguinis substantiam vertitur, & colorem. Manentibus autem prædictis virili & muliebri feminibus per aliquot dies sub hac substantia & colore continuatis naturalibus alterationibus, in carnis tenerimæ substantiam vertitur, postea verò solidatur, donec in nervos, & musculos conuertatur, in quibus caro solidior est. Tunc quoque chartilagines generantur, quæ secundum duritiem sunt mediæ naturæ inter carnem & ossa. Vltimò autem magis materia solidata de durioribus partibus, ossa corporis procreantur: & sic per multorum dierum curricula, sibi succedentibus naturalibus transmutationibus corpus perfectè organizatur humanum. In toto autem hoc tempore semèn illud, quod est substantia harum transmutationum continuè augmentat per intus susceptionem, sicut modum oium aliarum augmentacionum, sicut ponit Arist. in secundo de generatione, & corruptione. & in 2. li. de Anima. Hoc autem corpus per continuam augmentacionem maiorem suscipit quantitatem, donec tantæ quantitatis existat, sub quanta de vtero matris procedit. Hæc autem augmentatio, atq; dilatatio in vtero femineo celebrata sit eodè modo, quo naturaliter corpora in tantum per alimentum continuatum augmentantur, donec ad ætatem virilem perfectam devenierint, & attigerint integram corpulentiam. Ista autem augmentacionem, in materno vtero ante fetus organizationem, & post illud organizatum celebrari experientia evidentiissima, atque continuatissima manifestat. Mulier namque mox ut conceperit, non habet alium in tumorem eleuatum amplius solito: quia semèn virile in matrice susceptum, non est alicuius notabilis

notabilis quantitatis: ita ut aliquid tumoris appareat. Postea verò succedentibus sibi in ordine diebus alius paulisper erigitur in tumorem, donec in magnam quantitatem surrexerit, cuiusque notabilem: nec possit aliquatenus occultari. Prædicta autem nullatenus evenirent, si semèn tam masculinum quàm muliebri, dum his naturalibus mutationibus subiectum est, & organizatur, ac perfectè organizatum est, non susciperet continuum augmentum: alioquin vnum ex duobus dandum erat inconuenientibus, scilicet quod semèn virile nunquam in vtero cresceret, dum istæ transmutationes continuè celebrantur: sed maneret in eadem quantitate, in qua ab vtero decidit, quod evidenti falsitate notatur: quia tunc non magis femineus alius tumeret die qua femina parit, quàm tunc cum concepit, quod omnino obuiat experientiæ, & solidæ veritati. Aut daremus alterum inconueniens, quod ad tantam quantitatem femineus surgeret vterus die, qua femina femine suscepto concepit, ad quantam die qua paritura est exsurrexerit: hoc identidem falsum est, ut evidentiissimè liquet. Concluditur ergo necessariò semèn, de quo est substantia fetus, s. semèn masculinum, & femininū esse minoris quantitatis die, qua femina carnaliter cognita est, quàm tunc cum fetus perfectè organizatus est in vtero matris. Die namque qua mulier carnaliter cognita est, id, quod est substantia fetus, est duntaxat modica quantitatis seminis à viro decisi permixti parvæ quantitatis sanguinis menstrualis, quod femina peperit, quod totum commixtum est latis parvæ quantitatis: posterius autem, dum super hoc commixtum fiunt multæ naturales transmutationes, usque ad perfectè organizatum esse continuè augmentatur. Hoc pacto valde maior est quantitas corporis humani die, qua desinit perfectè organizari, quàm die, qua semèn virile menstruali sanguini permiscetur. Si tamen mox, ut semèn virile matrici mulieris infunditur, corpus humanum organizatum esset, non esset maioris quantitatis fetus organizatus quàm semèn virile permixtum menstruo muliebri eo die, quo alterum alteri permiscetur: quin potius minoris quantitatis esset, cum semèn, quod fluidum, & valde humidum est, ad solidationem membrorum condensetur: cum debeat fieri perfecta organizatio corporis humani.

*Quomodo organizatum fuerit corpus. Cap. XXVI.*

**I**N sacratissimo corpore nostri redemptoris organizando, è contrario factum est: nam in eo instanti quo fuit consensus perfectus virginis in verba Archangeli Gabrielis, fuit de purissimis sanguinibus et menstrualibus portio quedam abscisa, de qua formatum fuit in instanti corpus nostri redemptoris, qui sanguis in tanta quantitate fuisse credendus est, in quanta communiter in alijs feminis solet causari conceptio, cum sanguis menstruus in illis virili semini permiscetur. Erunt de illo sanguine mox formaretur corpus redemptoris nostri, non poterat esse tunc tantæ quantitatis, quantæ est corpus humanum, cum attigerit organizationem perfectam, secundum modum communem, quo organizatio solet naturaliter celebrari. Nam si corpus saluatoris in instanti conceptionis suæ perfectè organizatum tantæ quantitatis tunc fuisset, quantæ sunt quantitatis corpora humana naturaliter perfectè organizata, necessariò erat in tanta quantitate sanguinem de corpore benedictæ virginis allumptum fuisse, quantæ fuisset quantitatis istud corpus Christi perfectè organizatum, & adhuc multo maioris quantitatis sanguinem assumi quàm esset cor-

pus organizatum, quia sanguis multum substantiæ raræ est, paucum obrinens densitatis, & cum ex sanguine aliquid dētum corpus formari debet, necessarium est, ut de multo sanguine paruum corpus organizetur. Si ergo tantæ quantitatis corpus de solis sanguinibus virginis beatæ formari debuisset, non sufficeret totus sanguis menstrualis: quinimo nec sanguis eius quantumcumque in venis esset: quod factum non fuit, quia hoc concessio necessarium erat corpus beatæ Virginis sanguine penitus carens, ac per hoc omni vegetacione, ac animali motu, & operatione destitutum in mortem corruiere. Erat enim impossibile vitam sine sanguine remanere, cum anima omnis carnis in sanguine sit, ut habetur Leuitici 17. cap. & Deuteronomo. 12. Item quia adhuc omnia hæc inutilia erant, cum totus sanguis in vnum locum conueniens ad prædictum tantæ quantitatis corpus formandum nullatenus suffecisset.

*Obiectio de informatione corporis nostri redemptoris. Cap. XXVII.*

**F**ORTASSIS autem si quisquam respondere conareret, quod licet sanguis menstrualis virginis benedictæ de se non sufficeret ad formandum tantæ quantitatis corpus sub quanta erat magnitudine corpus nostri redemptoris, Deus tamen miraculosè operans multiplicavit illum humorem menstrualementem ad tantam quantitatem, in qua sufficeret ad formandum corpus sacratissimum Saluatoris. Sic enim Deus in rerum primaria origine cum feminam de vtro dormientis latere formasset, ut Gene. 3. cap. continetur, accepit vnam de costis eius cum parvæ quantitate carnis, & curis illi costæ adherentis, & inde tantum corpus formavit quantum fuit corpus Heuæ, quia carnem, & os illud multiplicavit. Item quando redemptor noster Christus Iesus, de quinque panibus, & duobus piscibus, quinque millia hominum saturavit absque mulieribus, & infantibus, superfuere duodecim cofini pleni fragmentis, quæ saluator noster colligi imperavit ne perirent: ut patet Matth. 14. capit. quod per multiplicationem factum fuisse satis evidenter apparet. Cui ineptæ responsioni in argumentationis formam propolita respondetur, subsistere non valere. Deus enim nunquam aliquid miraculosè operatus est, si illud idem, & æque bene sine miraculo sola naturali operatione confici potuisset, facere namque aliquid miraculosè, quod sine operatione miraculosæ æque conuenienter perfici potuisset, est potestatem frustratoriam ostentare, quod Deo nullatenus conuenit: sicut ait Arist. in primo Politicorum: Deus, & natura nihil faciunt frustra. Si ergo corpus sacratissimum nostri redemptoris poterat conuenienter formari de paucis illo sanguine menstruali Beatae Virginis existente in matrice, in qua solet celebrari conceptio sine aliqua multiplicatione menstrualis humoris, superfluum est talem multiplicationem astruere, & est satis magnus error, sicut testatur Arist. in 8. Topicorum in punc. s. Peccatum est per plura facere, quod fieri potest per pauciora. Concluditur ergo, necessariò dicendum esse corpus redemptoris nostri fuisse in instanti formatum ex aliqua parte sanguinis menstrualis existentis in loco, ubi solet conceptio celebrari, & sicut sanguis ille menstrualis, ex quo formatum est corpus nostri saluatoris, fuit parvæ quantitatis, ita corpus illud cum inde in instanti perfectè organizatum est, fuit parvæ quantitatis minus quolibet alio corpore humano, cum perfectam organizationem attigerit: & hoc quia alia humana corpora naturali modo organizata non immediate, ut virile semèn in matrice

cem feminæ decisum est organizatur: sed multis factis transmutationibus per diem circuit<sup>9</sup> super materiam seminalem.

*Eadem veritas de formatione corporis Christi comprobatur.*  
Cap. XXVIIII.

**A**PPARENT præterea supradicta, quia si corpus beatificum nostri saluatoris fuerat ex prima die, quæ conceptum est, in tanta quantitate organizatum quanta corpora alia humana naturaliter organizata formantur, ex prima die, quæ Dña nostra de spiritu sancto concepit, alius eius surrexisset in altu, quantum aliarum feminarum vteri insurgunt cum ab eorum conceptu multi dies decurrerint, aut cū propinquæ partui sunt. Sequeretur autem & alterum inconueniens. scilicet vterus Beatæ Virginis postquam Saluatorem nostrum concepit, non continuè turgidis elationibus in altum exurgeret, sicut continuè aliarum feminarum vteri eleuantur cum grauidatæ fuerint. In quibus duabus rebus conceptus iste ab aliis vteribus conceptibus differentissimus videretur, ad quem cõtemporaneæ attendentes stuperent, atque suspicarent malum inde grauisimum aliquod affuturum: sicut enim ait Isidorus 11. Etymo. in cap. de monstris, cum monstra, quæ sunt præter naturalem consuetudinẽ, eueniunt, solent hoies inde aliqua mala prestolari de proximo euentura, sicut exemplificat de quodam monstro, quod accidit tempore Darij Arsamidæ, quod deletionem regni Persarum significauit, quæ consumanda erat tempore eiusdem Darij regis per manuum Alexandri Magni regis Macedoniae. Simile ponit Aug. de Ciuitate Dei lib. 3. c. vlt. in quo monstra multa enarrantur, quæ fuerunt signa multarum pestium, & bellorum vehementium, & combustionum multarum domorum atque locorum, & ruinarum ingentium ædificiorum, fulminumque de celo cadentium, sicut sequentia illi co tempora experientialiter ostenderunt. Idem narrat Paulus Horostus in libris de Ornesta mundi. His autem sic se habentibus cum Pharisæi, qui inter omnes Iudeos singulis actibus Christi magis æmulantes erant, hoc in conceptione Christi vidissent: deinde in actibus sui aliqua respexissent quibus Christum redarguere molirentur, & maius ad redarguendum haberent incentiuum dicentes, iste diabolicus homo, aut potius hominis monstrum, quemadmodum contra naturam aliorum hominum conceptus, & in vtero gestatus est: sic contra eandem hominum consuetudinẽ omnia operatur, & oibus hostis est. Item in eum hostiliter atque mordaciter arguendo poterant saltem apparenter in eum talia probra conicere, non est admirandum, quod iste maledictus vir contra oium hominum consuetudinem faciat, sitque totius generis humani hostis, cum contra consuetum cõceptionis modum omnium sit conceptus, & gestatus in vtero. Et quia Deus volebat auferre oia maledicendi Christum ac improperandi ei incitamenta, ne peccantibus in eum qualiscunque esset malefaciendi occasio colorata esset precipuè Pharisæis, & aliis emulis inter Iudeos, liquidius apparet eum, hoc abstulisse improperandi atque maledicendi Christum qualecunque incitamentum. cõclusum ergo ex superioribus liquet, quod Christus in sua conceptione, & perfecta organizatione, quæ duo in eodem instanti fuerunt, non potuit esse tantæ quantitatis corpulentæ, quante fuit post multos dies in eodem aluo Virginis benedictæ, & sub quanta est magnitudine quodlibet corpus naturaliter organizatum in omnibus aliis humanis corporibus.

*Corpus Christi in natiuitate æquale fuit ceteris infantibus.*  
Cap. XXXIX.

**H**VIUS autem prepositæ conclusionis pars secunda erat, quod tantæ quantitatis erat corpus Dñi Iesu redemptoris nostri, cum de materno vtero in lucem exiit, quantæ erant magnitudinis aliorum infantium corpora communiter nascẽtium mediocri staturæ scilicet commensurationem humane staturæ in tpe illo, quo Christus natus est. Nam cum à tempore natiuitatis redemptoris nostri anni mille quadringenti triginta septem discursi sint, & continuè varietur quantitas staturæ corporum humanorum à maiori in minus, scilicet causarum naturalium confluxum, de quibus abundantius distinximus super 5. cap. Gen. necessarium erat tunc tps corporis humani staturam proceritatis extitisse maioris, quam nunc humana corpora communiter eleuentur. Corpus autem benedictum nostri redemptoris fuit scilicet in staturæ quantitatem commensuratissimum: nam non fuit magnum ad proceritatem magnitudinis gigantis, nec rursus ad paruitatem tantillorum hominum depressus est: sed habuit proceritatem staturæ conformem commensurationi optimæ, & medioeri corporum homanorum illius tẽporis, quo conceptus, & natus est. Et quia quantitas infantium corporum in nascendo proportionaliter correspondet staturæ virilis perfectæque magnitudinis, & corpora commensurata virotum debite magnitudinis tunc maioris proceritatis, quam nunc existerent, necessarium erat corpora infantilia nascẽtia tunc temporis proportionaliter maiora fore corporibus communibus nunc nascẽtium paruulorum. Et quia Christus, vt prælibatum est, non assumpsit deformitatem siue differentiam in quantitate corpulentæ ab aliis commensuratis corporibus, tunc temporis existentibus, necessaria illatione concluditur, corpus saluatoris nostri Iesu paulo maius fuisse corporibus nunc nascẽtium paruulorum. Euidenter ex supra narratis inferitur, Dominam nostram vas aptissimè appellari, quia in suo Sacratissimo vtero nouem menses nostrum continuit redemptorem à die, qua de sanguine eius corpus illud formatum extitit, usque in diem, qua de eodem in lucem hanc communem erupit.

*Secundus modus, quo virgo Christum continuit.*  
Cap. XXX.

**S**ECVNDVS modus, quo benedicta Domina nostra in se Christum continuit redemptorẽ, est continere in mente conceptualiter, siue per fidem, & consensum, scilicet cum Archangelus Gabriel à diuina maiestate legatus altissimæ legationis, verba proposuit, firmiter tenuit hoc Deo operante sine ulla difficultate perfici posse: licet conceptum virgineum omnis naturalis virtutis terminos operationemque excedere omnibus exclusis ambagibus liquidissimè cognoscebat, consensit autem tanquam verè obediens fieri matrem Dei. In quo multa laudis digna extitit: nã cum intellectum nostrum disponimus ad credenda illa, quæ nobis dicente Domino proponuntur, aut eius interpretes quispiam enarrauerit, licet omne naturale excedant iudicium, captiuando omnem intellectum nostrum in obsequium Christi, sicut ait Apostolus 2. ad Corin. c. 10. multum coram Deo promeremur: sic declarat Apostolus in Epistola ad Hebræos cap. 11. vbi merita fidei describit, & quotiens, & qui homines per fidem Deo placuerint.

Continue humana corpora minuitur: & duratio

*Beatissima Maria virgo fuit vas in se perfectè continens attentiam ad fidem nostri saluatoris.*  
Cap. XXXI.

**F**VIT quoque Beatissima Domina nostra, vas in se perfectè continens, & explicitè quicquid pertinebat ad fidem nostri saluatoris. Omnia, quæ de Christo credenda erant: ipsa nanque perfectè atque explicatius sciuit, quicquid ex Christo credere obligamur omnibus hominibus, & firmius ei, quam ceteri homines assensit. Ideo cum instante tempore passionis dominicæ, & passio domino Iesu, usquequo sua resurrectione cunctis innotuit, cum fides de resurrectione redemptoris nostri, & de ceteris quæ in posterum facturus erat, in oium apostolorum cordibus abolita foret, vel penitus, vel in parte, in Domina nostra firmiter sine ulla scrupulosa hæsitacione permansit. Ideo quantum ad istam fidem Domina nostra singularibus laudibus celebratur, solaque præconijs miris attollitur. In quo valde eam laudat beatus Augustinus, & beatus Bernardus: nam licet beatissima Domina nostra multa receperit priuilegia, & dotes gratia maternitatis nostri Saluatoris: quæ excellentiæ valde magnæ esse decebat eam, quæ nostri redemptoris mater erat: tamen gratior fuit acceptiorque, atque magis placens ei recipiendo, & tenendo firmiter fidem eius: de quo beatus Bernardus in secundo libro, qui dicitur Speculum virginum, positionem recitans beati Augustini ait: Nam vt ait beatus Augustinus, beatorum Maria accipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi. Ex prælibatis omnibus liquidò constat argumẽto Dominam nostram Mariam fuisse vas, & quotupliciter vasis nomine appellari possit, & quid modis singulis continebat, & quo eorum modo proprius ei nomen vasis coaptetur.

*Vnde Virgo benedicta sumpsit nomen: Vas clausum.*  
Cap. XXXII.

**I**N harum prima metaphora, in cuius expositione continuè laboramus, continebat de preposito vase, quod erat clausum, & non clausum, quod Dominæ nostræ virgini coaptatur, referendo ad conceptionem nostri redemptoris Iesu. Preponitur autem in his verbis, de hoc vase, quod erat clausum: clausum. n. communi voce prædicatur, quod nullam patitur, aut continet aperturam: hæc autem apertura suscipitur per apertionem vteri virginalis, & est hæc vna de singularibus laudibus nostræ Domine gloriosæ. scilicet quod licet ipsa concepit, atque peperit, nullam tamen apertionem passa est, vt ceteræ mulieres perpeti consueuerunt. Quantum verò ad præsentem attinet speculationem, duæ sunt vteri apertiones. Prima autem est apertio, siue ruptio virgineorum clausorum, quæ in prima viri ad feminam carnali copulatione perficitur, quæ tollit prorsus virgineam integritatem. Secunda apertio est cum in effusione infantis, in partu claustra vteri totaliter aperiuntur. Hanc autem secundam apertionem commemorat sacra scriptura. Sic habetur Exodi. 13. & 34. ca. & in plerisque alijs scripturæ locis: Omne primogenitum masculinum adaperiẽs vuluam sanctum domino vocabitur. Nullam autem harum apertionum Virgo beatissima passa est: quia fuit ab omnibus præseruata, quam ob rem non inconuenienter vas conclusum dicta est.

*De quadam Metaphora virginis, quæ habetur Ezech. cap. quadragesimo quarto, & eiusdem declaratio.*  
Cap. XXXIII.

**M**ANIFESTAT autem propheta Ezechiel prælibata libri sui cap. 44. vbi dicitur: Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa, & dixit dominus ad me: porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus noster Israel transiit per eam. In quibus verbis Ezechiel totus altissimis speculationibus propheticis deditus, sicut ex suspensiuâ sententia continuata ab exordio. ca. 40. eius manifestè apparet, sub metaphoris quorundam ædificiorum magni templi multa secreta rerum futurarum reuelata suscipit: in hoc autem scripturæ Ezechielis loco sub metaphora cuiusdam portæ magnæ illius templi, quæ erat ad orientem accepit a domino secretum incorruptionis virginis benedictæ. Et cum dicitur, conuertit me ad portam sanctuarij exterioris, loquitur Ezechiel propheta de Angelo, vnus nanque angelus omnia ista Ezechieli reuelabat, & erat visio ista imaginaria, quia videbatur Ezechieli, quod vnus angelus eum assumeret, & ducebat eum in diuersa loca, sicut apparet ex cap. 40. a principio, vbi reuelatio facta per istam mystici templi ædificationem inchoat, & usque ad finem libri eiusdem continuatur. Et cum angelus ei ista ostendit, videbatur sibi quod eum in aliam partem transferebat. scilicet ad viam portæ sanctuarij exterioris: nam eum de loco sacrificiorum transferebat, sicut ex litera superiori continuatur. scilicet in fine. 43. c. & tunc transfuit eum ad viam portæ sanctuarij exterioris. De hac porta dicit, quod erat ad orientem: cum autem sibi ad istam portam accedere videretur in visione imaginaria, reuelauit ei dominus secretum de incorruptione virginis benedictæ, quod per mysticam portæ huius nominabatur, & sequebatur, & dixit dominus ad me. Vocat autem hic Ezechiel dominum, siue Deum angelum, qui eum per omnia ista transducere videbatur, & eum in his omnibus in visione imaginaria erudiebat. Sic enim quidam alius angelus multa Zachariæ prophete sub visione imaginaria ostendebat, quorum mysticas ei significationes exponebat, sicut habetur Zachariæ 1. c. Hunc verò angelum Deum, aut dominum nominauit, quoniam sic est mos sacrarum scripturarum, vt liquet ex pluribus libris veteris testamenti. Sic habetur Exodi. 3. ca. vbi Moyses dicit, se vidisse rubum, qui ardebat, & non comburebatur, & locutus est ad eum dominus de rubo. Non appropies, inquit, huc: locus enim in quo es, terra sancta est, solue calciamentum de pedibus tuis. In lib. tamen Actuum apostolorum. c. 7. dicitur quod ille, qui in rubo loquebatur angelus domini erat, & non Deus. Item in lib. Exodi. cap. 20. & Deute. c. 5. dicitur, quod dominus de derit legem in monte Sinai: apostolus ramen ad Galatas. 3. c. dicit legem factam esse per angelos, & datam in manu mediatoris. scilicet Moysi, de quibus diffusè tractauimus Exodi. 19. c. rationem fundamentalem reddentes, quare in veteri testamento angeli interdum Dei nomine nuncupentur, in nouo autem testamento nequaquam, & quare aliquando Deus nominentur, aliquando autem non. Angelus autem, qui ista Ezechieli reuelabat, dixit: porta hæc clausa erit, & non aperietur. in quo Beatissimæ Virginis nominat incorruptionem, sicut ait August. exponens hunc locum Ezechielis: non enim potest hoc vllatenus de aliqua materiali porta exponi: cum enim Deus in essentia sua infinitus sit, nec per aliquam portam ingreditur, nec aliquando exit. Est ergo necessariò de Beatissima Virgine exponendum, quæ porta dicitur, quia sicut porta ad introeundum,

Maria porta dicitur.

eundum, & exeundum est: ita Domina nostra fuit, in qua Deus intravit & exiit, cum de ea redemptor noster carnem veram assumpserit humanam, & exiit per ipsam, quando post novem menses exiit de ipsa factus verus homo. Hanc portam dicit clausam esse in aeternum: quia Domina nostra licet conceperit, atque peperit, virginitatis integritatem non amisit, sicut alie feminae perdere compelluntur. Dicit, vir non intrabit per eam: quia Domina nostra, nunquam fuit ab illo viro carnaliter cognita: ita ut claustra virginea rumpentur, quorum Ezechiel causam subiungit, scilicet, quod ideo vir non ingredietur per eam, quia dominus ingressus est per eam. Quod dominus introiit in ea, cum introiit ad carnem assumendum, & exiit per eam, cum exiit factus verus homo, & erat valde rationabile, quod templum tantae venerationis, in quo tanto tempore dominus habitauerat, aliquo virili contactu non pollueretur.

Confirmatio superiorum ex dictis Salomonis. Cap. XXXIII.

Virgo Maria hori nomen solum pfit.

**C**ONFIRMANTVR autem supradicta ex his, quae habentur in libro Salomonis, qui dicit Cantica canticorum. s. Hortus conclusus, fons signatus. Vocatur hortus propter delectationes hortorum, & dominus noster in ea quieuit, & delectatus fuit, cum ibi novem menses mansit carnem assumens: sic enim habetur Ecclesiastici 25. c. Qui creavit me, requieuit in tabernaculo meo. s. Deus, qui me creavit, requieuit in tabernaculo ventris mei: cum ibi veram carnem assumpserit. In hoc orto dominus requieuit, & nullus alius vnquam introiit. Vocatur Domina nostra fons, quia sicut a fonte sunt emanationes aquarum, & ipse est primordialis (scaturigo: ita a Virgine Domina nostra Saluator noster effluxit, quod totius boni nobis fuit primordiale principium. Fons autem iste signatus dicitur: quia ad eum solum noster Saluator accessit.

De prima vteri apertura. Cap. XXXV.

**P**RIMA vteri apertura est, quae fit per primum accessum virilem, quae aliis dicitur violatio, aut defloratio: in hac autem infligitur violentia, & corruptio integritatis virginalis non manentibus continuatis partibus corporis, sicut ab origine fuerunt, & hic vocatur ruptio virgineorum claustrorum, in qua violatione, aut virili accessu vtrunque sustinere dolores satis multa naturalia indicia sunt. In quo euidentissime accerrime arguuntur vehementes carnalium amatorum illecebrarum, cum ibi acrius affligantur, in quo suam felicitatem perfectissimam consistere arbitrantur, de quibus per singula disputando illucidare, licet in eo sint altissimi, atque naturalissimae speculationes, non conuenit inuestigare, quia haec nimis particularia sunt, precipueque, quia ad regiam celsitudinem diriguntur, coram qua a quibusdam etiam honestis locutionibus est sani consilii abstinere, de quo aliter disputauimus etiam de quibusdam satis particularibus super 29. c. Gen. & super 38. Quantum ad hanc apertionem fuit Domina nostra virgo, vas clausum: quia nullus eam vnquam carnaliter cognouit, sicut in prelibatis fuit abundantius declaratum, & quantum ad hoc est miraculosa, supernaturalisque conceptio, sine spermate virili aliquam conceptionem posse patari.

Miraculum conceptionis Saluatoris, in quo consistat ex sententia quorundam. Cap. XXXVI.

**Q**VANTVM verò ad istam attinet speculationem, plerique vulgarij vsque hodie ignorat, rudique sententia diffiniunt, in quo sit miraculum virgineae conceptionis: aliqui enim miraculum hoc existere putauerunt, quia conceptionem fetus in vtero materno de solo semine virili fieri estimabant, hic autem cum nullius virilis feminis ad menstruaem virginis humorem commixtio facta fuisset, satis miraculosa conceptio videbatur. Horum autem fundamentum nulla veritate subsistit, quia si solum de virili semine fetus formatio compleretur, nulla admixta particula de menstruo muliebri, nunquam fetus maternas imagines exprimerent: sicut aliquando patrum effigies repraesentant. Similitudo autem in fetu inducitur intra vterum femineum: quia fetus gignitur secundum virtutem generantis, ideoque cum venerit, virtutem vnius generantis virtute alterius, quae in semine est, fortior esse, fetus inde genitus efficitur effigiem, cuius virtus in semine ad gignendum fortior est. Ex hoc infertur Isidorus in 11. Ethymologiarum. cap. 1. quod filij procreati, nec patrum, nec matrum accipiunt effigie, sed auitas, aut proauitas imagines praefertunt: quia virtus feminis auiti, aut proauiti, in patre, aut matre fortior est, quam virtus patris, aut matris in semine suo. Et quia aliquando sic contingit, vt filij maternas praefertant similitudines, sicut solum interdum praefertent paternas, necessarium est, vt filij quoque de materno semine oriantur, sicut de paterno non est dubium eos gigni: de quibus Aristot. in 8. Ethicorum. Item si filij de semine materno ad substantiam suam nihil acciperent, sicut de semine paterno accipiunt, non dicerentur ille femine matres illorum, quos pepererunt, quia nihil eis de sua substantia impertiretur, sicut patres in semine aliquid de sua substantia communicant, sed solum obtinerent matres loca conseruatuorum vasorum feminis masculini, quod non sufficit, vt possint matres verissime praedicari. Quia tunc si semen virile in aliquo vitreo, aut metallino vase poneretur, & ibi aliquo artificio corpus formaretur humanum, vocaretur vasillum mater illius hominis ibi concepti: quod euidentissime falsitatis arguitur. Fecit autem simile in quodam vase Arnaldus de villa Noua medicus opinatissimus, & peritissimus in experientis naturalibus: qui suscepto semine masculino in vase artificialiter fabricato, conseruauit illud diebus aliquot adiunctis quibusdam transmutatiuis speciebus adiuuantibus virtutem formatiuam decitam in femine, denique factis pluribus transmutationibus, per aliquot dies corpus humanum inde formatum est: nec tamen perfecte organizatum: non enim sustinuit Arnaldus vterius praestolari frangens vas illud cum femine iam formato, ne Deum tentare videretur, considerans vtrum Deus corpori illi sic concepto animam rationalem infunderet. Item hanc viam insequentibus necessario diceremus demones incubos, & succubos matres esse: quod nullus fateretur, qui recte intelligat. De his demonibus incubis, & succubis tractat August. de Civitate Dei. lib. 15. vbi ait, quod tam euidentis est demones incubos, & succubos esse, vt satis impudenter videretur eos esse negare. Isti autem demones incubi, & succubi nominantur. Incubi autem ab incubando, scilicet, supra feminas, quod ad feminam operantur: succubi autem a succubendo. i. subtus iacendo, quod ad viros efficiunt. Nec est imaginandum alterum incubum, alterum succubum esse, sed idem incubus, & succubus est. Et si forte multi sunt, quod consistere necesse est, oportet quemlibet eorum incubum & succubum

Arnaldus de Villa noua.

Quae Mulieres fetu maioris gignant fortiores & sapientiores.

cubum profiteri. Quilibet autem istorum, primo succubus dicitur: quia viro succubit ad semen masculinum recipiendum in forma feminea: postea autem incubus dicitur, quia feminae incumbit, ad idem semen in vase femineo sub virili forma decidendum. De modo autem, quo demones isti, qui incubi, & succubi nominantur semen recipiunt, & de modo, quo semen susceptum emittunt, & quomodo illud aliquo tempore custodiunt, vt naturalem calorem non amittant, in quo formatiua, & organizatiua fundatur virtus, & quae vasa, & qualiter formant ad praedicta perficienda, & a quibus viris, & feminis ista recipiant: & in quibus decidant, & quomodo hinc gigantes generantur corpore robusti, & ingenio valde pollentes, quamuis in se sint naturalissimae inquisitiones, non expedit tamen de eis per singula inuestigare ex fundamento rationis superius assignatae, de qua materia disputauimus super textu quinti capituli Gen. Sic Merlinus per demones incubos, & succubos genitus est: & fuit verè filius viri & foeminae: tamen nec pater in generatione illa feminam vllam cognouit: nec mater identidem a viro aliquo cognita est: demones ergo isti incubi & succubi matres vocari non possunt, licet in se semen contineant, ex quo postea corpus formatum humanum. Si tamen femina solum semen virile suscipiens de suo nihil impertiretur, non possent magis rationabiliter mulieres matres, quam demones succubi appellari: ad haec autem additur, quod si femina de suo semine, aut substantia, ad formandum corpus filij impenderet, non esset conueniens ad perfectas soboles corpore & ingenio procreandum foeminas specialium conditionum inuestigare, & atatum, cum solum tanquam contentiua vasa se haberent respectu feminis masculini: est tamen femina vtilitas praedicta sollicitè inuestigare: ergo feminae aliquid de suo semine ad formandas proles impartiunt. Maior autem huius syllogistici inductionis, ex se apparet, minor apparet per Aristotilem in 7. Politicorum. vbi magnam esse differentiam dicit, in corpore, & intellectu sobolis procreatae, matrestantae, aut tantae aetatis esse, aut talis conditionis existere, quod experientia liquidissime manifestat: damna autem, aut horum vtilitates satis declarat Aristot. in septimo Politicorum. Item si femina de semine suo in generatione nihil impertiretur, nec differret ad proles generationem feminam phlegmaticam, aut colericam, aut alterius complexionis esse: sed hoc manifestè falsum est, sequitur ergo eas aliquid ad proles procreandas impertiri. Patet hoc identidem, quia mulieres phlegmaticae caeteris paribus filios maioris corpulentiae mulieribus colericis, aut sanguineis, vel melancholicis gignant: mulieres autem sanguineae caeteris paribus maiores filios, mulieribus colericis, atque melancholicis. Cuius causa est, quia mulieres phlegmaticae propter humiditatem indigestam abundant nimis in materia menstruali deficiente calore digerente, & deficiente: quapropter mulierum phlegmaticarum filij carnes teneras, mollitie muliebri habent laxas, atque indigestas, & facilliter corruptibiles, atque aegrotatiuas. Mulieres autem cholericae, ex abundantia caloris cholericis humoris consumunt materiam menstruaem, de qua generatio prolis patrat, & manet in quantitate pauca, ipsa tamen conuenienter digesta, & conueniens: Ideoque filij mulierum cholericarum, caeteris paribus existentibus, corpulentia caeteris hominibus sunt minores, sunt namque corpore agiliores, quia carnes sunt digestae, nulla humiditate phlegmatica deprimente, habent quoque carnes duriores, densiores, & musculosas, atque nervosas: quia a materia illa exclusa est omnis phlegmatica humi-

ditas indigesta, mollitiem foemineam causans in membris. Sunt etiam saniores filij mulierum phlegmaticarum, & minus aegrotatiui: quia in eis bene digesta est superflua humiditas, quae est materia corruptionis, & omnem egritudinem causat. Sunt etiam isti caeteris hominibus ingenio acutiores: quia intellectus habet operationes magis, aut minus perfectas, secundum quod organa phantastica sunt magis, aut minus disposita. Cum enim organa phantastica totaliter perturbata sunt, intellectus humanus nihil prorsus valet intelligere, sicut liquidè in hominibus ebrijs totaliter comprobatur: qui penitus nihil intelligunt, quia fumia stomacho surgentes totam cellam phantasticam indisponunt, omnes species phantasticas, per quas cauatur intelligere, perturbant: & quia homines filij cholericarum mulierum habent carnes bene digestas, in conuenienti armonia est cerebrum nimis bene temperatum, & cella phantastica disposita. Ex quo perspicue infertur eos caeteris hominibus ingenio viuaciores existere. Infertur ergo ex supra memoratis, mulieres partem menstrualis humoris loco feminis ad proles formationem impertiri, qua in re miraculum supernaturalis conceptionis Virginis gloriose non est in eo, quod ista opinio asserbat, scilicet, quod miraculum fuit, quia ibi non fuit aliquid sperma virile, de quo solum corpus humanum formandum erat.

De opinione quorundam circa conceptionem Beatae Virginis. Cap. XXXVII.

**A**LII autem vterius delirantes arbitrati sunt miraculum conceptionis in hoc existere: quia cum ex semine masculino mixto menstruali humori fetus procreetur in vtero, quod semen solum femineum ad hoc nullatenus esset sufficiens, & quia in hac conceptione nulla virilis feminis particula menstruali humori permixta fuit, solus humor menstrualis sufficiens non videbatur ad hanc generationem perficiendam: quia ipse solus in parua quantitate subsisteret. Ista positio solida veritate subsistere non valet, sicut nec ea, quam supra improbauimus: semen namque modicum, aut multum esse non facit ad posse gignere, vel non gignere: sed ad magnam, aut parua prolem procreare. Sic ergo rebus se habentibus, fratia non obitarent femine solae de semine suo possent prolem gignere etiam incognitae viro: esset tamen ista differentia inter filios generatos, quia filii a solis feminis procreati essent parua corpulentiae: geniti autem a feminis & viris simul maioris proceritatis existerent: quia maior esset quantitas feminis, cum semen masculinum femineo menstruo iunctum esset, quam cum menstrualis humor solitarius in vtero permaneret. Item filii a feminis & viris geniti viribus robustiores, & corde audaciores essent: filij autem a solis foeminis procreati, essent viribus debiliores, & animo timidiore. Item praedicta positio existere non potest, quia si ob hoc solum femina sola concipere non posset, quia semen femininum per se parua quantitate est: semen autem virile femineo sanguini menstruali coniunctum maioris est quantitatis, posset aliqua femina reperiri, quae sola de semine suo posset concipere. Potest namque aliqua femina esse, & plerumque erit, quae tantae quantitatis habeat sanguinem menstruaem, quantae magnitudinis est sanguis menstrualis alicuius mulieris cum semine virili commixtum: sicut si fuerit aliqua femina phlegmaticae complexionis, quae nimis abundat in materia menstruali, tanta erit quantitas sanguinis

Filij mulierum cholericarum sunt ingenio acutiores caeteris hominibus.

Mulieres quae spermate plurius abundant.



nis menstrualis huius mulieris, quantæ fuerit magnitudinis semen, vni cholericum commixtum femini muliebri, quia omnes cholericum, tam masculi, quam feminae deficiunt in quantitate materiae seminalis: nunquam tamen aliqua femina reperta naturaliter est, aut poteri reperiri, quæ sola incognita viro concipere possit, quantumcunque abundet in materia seminali. Inducitur ergo ex his, non ideo feminam solam de semine suo viro incognitam concipere non posse, quia in ea modici est quantitas materiae seminalis.

De tertia opinione quorundam. Cap. XXXVIII.

DELIRANTIBVS autem & plerisque alijs, quidam præterea æstimauerunt huius conceptionis vaginalis miraculum esse, propter non fuisse vaginalia claustra violata. Arbitrantur quippe filium genitum in lucem non posse prodire a materno utero, nec aliquid fieri conceptione, nisi vaginalium claustrorum ruptio antecedit, & quia Domina nostra nullam omnino virginæ claustrorum apertionem passâ est, miraculum indubitatum videbatur eam potuisse concipere. Ista positio stare non debet, sicut nec præcedentes: quia isto habito, & concessio non ponebatur miraculum in conceptione: sed in emissione ab utero, scilicet, in partu, ex qua infertur positio eos arbitrari, non esse inconueniens feminam sine vilo virili contactu concipere, parere autem viro incognitam impossibile æstimabatur. Aperturam autem claustrorum vteri vaginalis per se ad conceptionem non posse proficere, euidentissimo liquet argumento. Sicut enim in accessu virili claustra vaginalia corrumpuntur: ita quouis alio modo aperturam perpeti possent: sola enim femina se ipsa potest suæ virginitatis claustra infringere, non tamen vlla conceptio sequeretur. Poterat identidem manu, aut ferro, aut alia quavis virginitas integritatis suæ pati iacturam. Liqueat igitur claustrorum apertionem per contactum virilem ad conceptum inuicem posse proficere, & sine accessu virili, in quo claustra vaginalia violantur, interdum sequitur fetus, conceptio non propter claustrorum apertionem fit, sed ad aliam longè distantem pertinere causam dignoscitur. Horum autem fundamentum, scilicet, ad conceptionem perficiendam, claustrorum vaginalium apertionem esse necessariam, falsum esse liquet. Interdum nanque siue ruptione claustrorum conceptio sequi potest, & aliquando sequuta est, cuius modum nobis per singula exponere non conuenit: est enim modus satis grossus, & cuiuslibet speculanti satis imaginatione comprehensibilis: Aliquando nanque hoc visum est, & plerumque euenire cernitur, & non solum hoc, sed & aliquid alterum, quod satis videtur mirabile, contingit, scilicet, quod aliqua mulier totaliter virgo carne, & mente nullam omnino corruptionem perpassa, prolem concipit naturaliter: sed in virginitate permanens concipere non potest, quia saltem corporis integritatem destrui necesse est manente mentis incorruptione, quod identidem particularius declarare intentionis nostræ non est, causa horum supra prælibata est. Ponit tamen aliquando Sanctus Thomas hunc modum in quadam quaestione cuiusdam quolibet. Potest autem & vir, sua virginitatis integritate manente totaliter in mente & corpore, gignere, licet integritas corporis non ita omnimoda sicut in femina sit: huius autem exemplum consorsio patet, sicut in cæteris, quæ de femina dicebantur. Omnia autem hæc quantumcunque integritas mentis & corporis salua maneat, sine semine masculino, & muliebri menstruo non paterentur:

Item ista ruptio claustrorum virginæ in accessu virili, non est necessaria ad emissionem infantis ab utero pariendo. Nam dato, quod talis ruptura per virilis genitalis violentiam non patitur, patitur femina postea eandem claustrorum apertionem in partu sine virili contactu, quam in conceptu per virilem actionem perpassura erat. naturaliter nanque in effusione infantis ab utero, claustrorum maxima apertura causatur, & maioris doloris, quam fuerit prima delibatio virginæ claustrorum in accessu virili: & hoc violentius fiet in ea, quæ nunquam virilem contactum experta est, quam in illa, quæ virili actione claustrorum suorum passa est corruptionem. Item apertio facta in accessu virili, non sufficit ad partum, quia post eam necessarium est, maiorem in partu fieri apertionem, sine qua etiam si alia ruptio claustrorum præcesserit, impossibile est ab utero infantem emitti: euidenti ergo illatione concluditur claustrorum virginæ apertionem, quæ in primo accessu virili perpetratur, ad partum, qui postea sequitur, posse nullatenus adiuuare.

De opinione aliorum circa idem. Cap. XXXIX.

SICVT nec cæteris prælibatis deliramentorum generibus assensimus, ita nec huic, quod dicitur assentiendum est, scilicet, quod aliquorum opinio fuit, solum hic miraculum in conceptione virginis existere: quia non fuit ibi aliqua particula feminis masculini, ex qua secundum partem fetus in materno utero plasmaretur. Nam ut medicorum plurimi opinantur, licet vir, & femina spermatizent: tamen corpus formatum in utero, pro nulla sui parte de semine masculino formatur, ita quod totum corpus filii geniti de muliebri formetur humore, nullo penitus de virili semine intermixto.

Dicunt nanque semen virile ad hoc solum proficere, quod semen femininum digerit, & informat atque organizat, & temperat: deinde verò per suam magnam caliditatem dissoluitur in exhalationes fumosas, nullo penitus de substantia eius manente ad particulam corporis procreandam in fetu. Conforme autem exemplum est de oleo ardente, aut de lucerna, quia in oleo cum sit humidum vntuosum, vnde passibile a calido cum igne consumptum fuerit, nihil de eo manet: rota eius substantia in vapores aereos teneros resoluta, lychnum verò, quod talis complexionis non est, licet comburatur, tamen aliquid manet, quod ignis non vastat vltimate conuersum in cineres. Ita semen masculinum cum habeat in se inclusum calorem, & ipsum sit humidum vntuosum, vnde passum a calido totum in fumos exhalat, nullo de eius substantia manente residuo. Humor autem menstrualis, quia grossior est, nec ita a calore passibilis, potissime a non magno valde calore, cum aliquo tempore digestus fuerit, remanet aliquid, ex quo fiat plasmatio corporis infantis. Ista medicorum opinio licet aliquam naturalem apparentiam continere videatur, non tamen habet solidum fulcrimentum: multas namque instantias patitur, de quibus nunc gratia breuitatis speculandum non est: ideo non est Aristoteli, aut aliorum naturalium philosophorum, de solo menstrualium humore femineo corpus humanum compingi virili semine non commixto, sed vtriusque semen compactum totalem infantis corporis formam materiam.

Medicorum quorundam opinio, de formatione fetus in utero.

Ad quid virile semen proficiat.

Opinio

Opinio Doct. de miraculo virginæ conceptionis. Cap. XL.

QVIA secundum Aristotelicam assertionem in Ethicorum, omnes scrutari opiniones fortassis inutile est, sufficiens autem ad quæ aliquam rationem habere videntur: alijs ergo deliramentorum generibus derelictis, secundum solidam, atque catholicam positioni conformem veritatem concludentes, dicendum erit, miraculum virginæ conceptionis in hoc existere, non in hoc, quod claustra virginæ illæ sine miraculo satis erat possibile fieri, sed quia non fuit menstrualium humorum virginæ aliquod masculinum semen commixtum. Quod benedictum corpus redemptoris nostri de solis purissimis sanguinibus virginis existerit nullo virili semine accidente, & magis attendendo dicendum est, non fuisse præcipue miraculum: quia non fuerit ibi aliquod masculinum semen menstrualium humorum commixtum, ex quo partialiter corpus benedictum Saluatoris plasmaretur, sed quia non erat ibi virile semen commixtum ad contemperandum, & digerendum, formandum, atque organizandum sanguinem virginis menstrualem: quia sicut lignum sine igne ardere impossibile est, ita impossibile est semen femininum sine masculino semine posse digerere, atque formare. hoc autem non fuit in sanguine menstrualium virginis benedictæ: non enim fuit ibi aliquod virile semen immixtum, quod temperaret, digereret, formaret, atque organizaret sanguinem menstrualem Dominae nostræ, ad formationem corporis nostri redemptoris. Totum autem hoc, quod in humore menstrualium virginis beatæ semine virili operante conficiendum erat, diuina spiritus paracliti operatione patratus est: ideo in simbolo fidei continetur, qui conceptus est de Spiritu sancto. i. quod Spiritus sanctus supernaturaliter ad conceptionem illam operatus est, semen virginæ disponendo.

Qualiter Spiritus sanctus operatus est ad conceptionem Christi. Cap. XLI.

QVO circa opere precium est speculari, cum multi circa hoc errauerint, aut saltim delirare potuerint, quantum Spiritus sanctus ad conceptionem virginæ operatus est. Non enim est intelligendum Spiritum sanctum operatum fuisse conceptionem virginis admirabilem, aliquod semen in virginem vterum per se nullo alio agente decidendo, quod menstrualium virginis humorem temperaret, digereret, atque formaret, & organizaret, sicut semen masculinum operatum erat naturaliter operando, si illi menstrualium humorum fuerit admixtum: quia Spiritus sanctus Deus est: Deus autem est spiritus, spiritus autem corpus non habet, & sic Deum incorporeum consistemus, ex quo manifestum est eum semen non habere, quod ad gignendum decidere posset aut debuisset. Semen namque, quod sic decidit, solis animalibus pertinet: nec rursus fingendum est Spiritum sanctum semen aliquod viri alicuius asumpsisse, & conseruasse, sicut demones incubi, & succubi faciunt, & postea in virginem vterum ponere, quod naturaliter semen femininum digereret, atque formaret. Hoc quippe diuina repugnat dignitati: ut demones illorum formam assumeret. Item quia hoc concessio sequeretur violatio virginæ claustrorum, sicut fieri consuevit, cum demones incubi semen a uiribus susceptum in vas genitale foemineum effundunt: tunc enim verè claustra rumpuntur virginæ, sicut si a viro quantumcunque potente femina carnaliter tangere: quod de Domina nostra virgine nullatenus proficiat.

Alph. Toñ. Parad.

Item quia hoc directè repugnat catholice assertioni. Christus de nullo semine virili fuisse conceptum: præterea si Christum, sic conceptum de aliquo virili semine fateremur, sicut dicimus eum filium virginis esse, quia de eius semine conceptus atque formatus est: ita eum filium alicuius viri concedere necessarium erat, cum de semine virili factus existerit, quod valde repugnat catholice positioni. Itæ nec arbitrari quicquam debet, Spiritum sanctum aliquod semen nouiter creasse de nihilo, nec alicuius viri semen esse, si tale in se virtutem contineret, qualè continet semen quodlibet masculinum, & eadem super menstrualem virginis humorem efficeret, quia ex hoc quoddam maximum inconueniens causabatur, quod magis obuium erat intentioni Christi carnem assumeris, quam eidem incarnationi, aut diuinæ dignitati repugnasset, Christum ex maris & feminae vilitate coniunctione fuisse progenitum. Quod sic euidenter apparet: Deus enim ex sua infinita potentia, & bonitate potuisset totius humani generis culpam remittere, atque prorsus peccatum prothopatorum istorum omniumque posterum peccata, atque delicta delere eo modo, quo nunc conctorum peccatorum remissio fit, vel quouis alio modo voluisset beneplacito: exegit tamen diuina iustitia, ut culpa peccata corresponderet, sicut virtuoso actui premium correspondet, & sic aliqua pena illi primæ transgressionis dare, ne totaliter impunita remaneret, & quæ si hoies huius transgressionis penam totaliter sustinerent debuissent, ad eam tollerandam non sufficerent: quia peccatum erat infinita iniuria, quia erat contra Deum, quod est infinitæ excellentiæ: ut redemptio atque satisfactio æquiualens pateretur, oportebat eum, qui infinitus foret poenâ huius criminis tolerare, & quod post Deum nullus finitus est, voluit Deus. s. tota Trinitas benedicta filium Dei patris istam facere redemptionem. Et quia iustitiæ regula hoc exposit, ut puaricationis aduersione immerita crucientur iuxta illud: Peccata suos debet tenere actores, ut in iuribus habeat sepe pro palea: & hoies fuerant in hac parte transgressionis actores, oportebat eum hominem fore, qui huius reatus dignam penam assumeret: qua in re filius Dei patris carnem humanam assumere dignatus est. Quod si forassis semen illud, quod Spiritus sanctus poneret in alio virginæ, esset nouiter creatum, nec esset alicuius viri de genere Adæ, Christus ex illo spermate præcipue genitus, non fuisset de genere Adæ: non ideo congruè redemisset genus humanum deriuatum ab Adam, præcipue cum illa culpa, pro qua Christus patiebatur, erat culpa ipsius Adæ. Eligibilis ergo meliusque fuisset Christum genitum fore de semine virili, atque femineo modo naturaliter consueto, existentibus masculo & femina de genere Adæ, quæ quod de aliquo semine fuisset genitus, quod non esset alicuius viri descendens de genere Adæ, quæ sic liquidius manifestatur. Cum enim menstrualis humor feminae per se ad conceptionem inutilis sit, nisi semine masculino superfuso, atque permixto temperetur, digeratur, atque formetur: necessarium est nos profiteri debemus filium genitum magis ad actionem, & naturam patris, quam matris pertinere, cum magis a patre, quam a matre generetur. Et sic dato, quod corpus redemptoris nostri Iesu formatum fuisset de menstrualium sanguine virginis benedictæ, quæ erat de genere Adæ, si ibi intercederat aliquod creatum nouiter semen, quod non fuerat alicuius viri de progenie prothoplasti, & illud temperasset, digessisset, atque formasset sanguinem virginis menstrualem, magis Christus progeniem, ortum, atque naturam ab illo semine traxisset, quæ ab Adam ex parte feminis vaginalis: sicut si quisquam foret, qui patrem, & matrem habens, patrem non de semine Adæ habuisset, mater verò de Adæ semine esset progenita, non

Ratio diuinæ incarnationis.

Filiorum generum plus patri quam matris debet.

non de Ada progenie diceretur præcipua denomina-  
 tione facta a semine masculino: & sic Christo illud se-  
 men nouiter creatum loco patris successerat, & erat  
 sic maius inconueniens magisq; intentioni eius, secū-  
 dum quam carnem humanam assumere dignatus re-  
 pugnant, quam si de virili, & femineo semine pari-  
 ter gigneretur. Concluditur ergo nullatenus esse di-  
 cendum Spiritum sanctum, aliquod semen nouiter  
 creasse, quod in virgineo vtero posuisset. Cum ergo  
 dicimus, quod Christus redemptor noster de Spiritu  
 sancto conceptus est: est sensus quod Spiritus sanctus  
 supernaturali operatione, nullo alio naturali agente  
 mediante, aut tanquam principali agente, aut tanquā  
 instrumento, semen menstruale beatę virginis tempe-  
 rari, digessit, & organizauit, donec corpus perfectē for-  
 matum esset, sicut virile semē facturum erat, si ibi cō-  
 mixtum fuisset. Ita enim de igne dicimus ignis, quod  
 naturaliter comburit, & incinerat quodlibet combu-  
 stibile ei appropinquans, & lignum quodlibet actione  
 ignis, in illud naturaliter comburi potest: quod si for-  
 tassit Deus, per se ipsum nullo alio agente naturali  
 mediāte lignum combureret illa ligni combustio su-  
 pernaturalis diceretur, & Deus hic operabatur super-  
 naturaliter, quidquid ignis naturaliter facere debuisset.  
 Sic autem in presenti erat, quia semen virile, quod  
 cumque illud foret, si menstruali humori Beate Virgi-  
 nis fuisset commixtum, temperauerat, digesserat, atq;  
 formauerat menstrualem humorem virginis benedi-  
 ctę, vsque ad perfectam corporis organizationem: &  
 quia Spiritus sanctus per se hæc omnia operatus est,  
 nulla alia operante creatura, dicitur Christus concep-  
 tus de Spiritu sancto, sicut aliter diceretur cōceptus  
 de semine virili, si ibi fuisset admixtus.

*Virile semen duplicem sortitur habitudinem cau-  
 salitatis. Cap. XLII.*

*Actio se-  
 mani in  
 principio  
 generatio-  
 nis.*

**I** V X T A quam speculationem attendendum est,  
 quod virile semen duplicem sortitur habitudinem  
 causalitatis, respectu seminis feminini, & respectu cor-  
 poris formati in vtero. Prima est habitudo causalitatis  
 materialis: nam sicut corpus in vtero formatur de se-  
 mine muliebri: ita partim de semine virili formatur:  
 nec est aliqua pars corporis formati, in qua non sit ali-  
 quid de semine masculino, & feminino, cum alterū  
 alteri perfectē mixtum sit, sicut cum aqua vino perfe-  
 ctē fuerit adiuncta: est ergo vtrunq; semen causa ma-  
 terialis partialis corporis formati, & vnū semen res-  
 pectū cōcausalitatis: quia vtrunq; causa est, in quo  
 & æqualia sunt. Secunda habitudo causalitatis quam  
 habet semen virile ad corpus formatum in vtero est  
 respectus causę efficiētis: nā licet humor menstrualis  
 femineus sit causa materialis corporis organizati: tū  
 non habet aliquam efficaciam in formādo membra,  
 aut distinguendo. Semen autem virile est causa mate-  
 rialis corporis organizati secundum statum, & insup  
 habet in se virtutem formatiuam, sicut in quam semen fe-  
 mininum temperatur, & digeritur: & corpus formatū  
 atque perfectē organizatur. Habet autem semen virile  
 habitudinem efficiētis causalitatis, sicut ignis ad  
 lignum, aut aliud combustibile: quia semen femini-  
 num, quamuis sit pars materialis corporis organizan-  
 di, in se tū nullam virtutem continet alteratiuam, sicut  
 quam in alteram qualitatem, aut dispositionem muta-  
 tur aut organizatur. Si ergo ei nullum virile semen  
 misceretur, remaneret ei pristina dispositio, aut quali-  
 tas status, & sic impossibile erat vllam fieri genera-  
 tionem. Semen autem virile superueniens mēstruo  
 muliebri mutat illud a dispositione, in qua erat: & di-

gerit illud: est enim ipsum humidum, & rarum atq;  
 frigidum, ita qd non cōuenit generationi futura per-  
 manendo in illa dispositione. Digerit ergo illud, &  
 facit esse maioris caloris, & cōdensat, minus de humi-  
 ditate relinquendo, atque solidando, vt inde partes  
 corporis durę, atq; solidę formari valeant: sicut sunt  
 carnes, & ossa, postea verō organizat illud, figurando  
 diuersas corporis partes, singulis sua tribuendo linea-  
 menta: prout speciei corporis humani conuenire di-  
 gnoscit: sic enim tota humani corporis machina per-  
 ficitur, qua nullo modo fieri possent, manente semine  
 femineo in sua primaria dispositione. Sic ergo cō-  
 cludendum est maius fuisse miraculum, Christū sine  
 virili semine fuisse conceptum in quantum semen vi-  
 rile continet in se virtutem digestiuam, & organiza-  
 tiuam menstrui muliebri, quam secundum, qd semē  
 masculinum est causa materialis fetus formandi: nam  
 si in semine virginis benedictę fuisset virtus formati-  
 ua, & organizatiua, licet non fuisset ibi semen virile  
 commixtum, non fuisset tantum miraculum fuisse  
 Christum conceptum, sicut de semine virginis bene-  
 dictę, in quo non erat virtus, digestiua, formatiua, at-  
 que organizatiua, potuisset per se solū corpus aliquod  
 generari: sicut in ligno, aut aliqua re combustibili nō  
 est virtus combustiuā, qd ipsum se ipsum comburere  
 possit, aut qd sine applicatione alicuius cōbustiuū com-  
 buratur est admirabile. Quod ergo virgineale semen,  
 in quo non erat aliqua vis digestiua, aut formatiua si-  
 ne admixtione seminis virilis, in quo est potestas or-  
 ganizatiua, organizetur, atque perfectē disponatur, est  
 magnum miraculum.

*An ex semine solum virili fieri possit generatio.  
 Cap. XLIII.*

**E** X hic prædictis autem fortasse aliquis arguendū  
 occasione acciperet, ex solo virili semine corp<sup>o</sup> ali-  
 quod humanum posse compingi: quod apparet, quia  
 semen virile est causa materialis corporis organizan-  
 di: etiam ipsum continet in se virtutem organizatiuā,  
 digestiuam, atque alteratiuam, nihil ergo deesse vi-  
 detur ad hoc, qd ex solo virili semine corpus perfectē  
 humanum compleri posset nullo sanguine mēstrua-  
 li cōmixto, sic igitur poterit per se ipsum cōcipere, fe-  
 mina nihil agente, videmus tū sine femina nullam o-  
 mnino fieri cōceptionem, relinquitur ergo videt, in viri-  
 li semine digestiuam, atq; organizatiuam virtutē mi-  
 nimē consistere. Cui argumentationi fortassis aliquis  
 respondebit, qd quantis in virili semine sit virtus orga-  
 nizatiua, formatiua, atq; digestiua, tamen virile semē  
 per se ad formandum corpus non valet, quia virile se-  
 men modicę quantitatis est, nec per se valet ad for-  
 mandum corpus aliquod humanum. Hęc autem po-  
 sitio subsistere non potest, quia semen esse multū, aut  
 paucum non facit ad posse gignere, aut non posse: sed  
 ad gignere paruam, aut magnam sobolem, & sic li-  
 cēt geniti a solo viro minoris essent stature, quam ge-  
 niti a mare & femina, tamē aliqui essent a solo mascu-  
 lo generati, tamen istorum nulli sunt: ergo sequitur,  
 qd non est ista causa, quare masculus solus non potest  
 generare. Item positio ista stare non potest, quia licet  
 vnus masculus, & vna femina cōiter maioris quantita-  
 tis sint in semine, quam vnus vir, solus tamen aliquis  
 vir esse poterit tantę abundantię in materia seminali,  
 quantę est vna femina, & vnus vir: sicut ergo vnus vir  
 & vna femina generare possunt, ita ille vir solus gene-  
 rare possit: sed hoc nunquam reperitur. Infertur ergo  
 virum non ideo non posse solum gignere, quia est  
 in eo paucitas materię seminalis.

*Alit*

*Alia responsio subiectis improbanda.  
 Cap. XLV.*

*Natura &  
 dispositio  
 loci in quo  
 fetus for-  
 matur in  
 vtero.*

*Quare e-  
 migitur se-  
 men in  
 somno.*

*Leuantes  
 facile pol-  
 luntur, &  
 quare.*

**F** O R T A S S I S aliqui alij, adhuc delirantes, dicēt  
 masculum non ideo solum non posse generare,  
 quia in eo paucitas materię seminalis est: sed quia in  
 masculo non est aliquod vas, siue locus receptiuus ad  
 conceptionem faciendā, vt organizetur corpus, atque  
 organizatum corpus debitam recipiat quantitatem.  
 Certum quippe apparet, semen masculinum & femi-  
 ninum parū esse quantitatis, de qua corpus formatur  
 humanum, donec formatum sit. Cum verō fetus de  
 vtero materno exiit in lucem magnę quantitatis est:  
 quia in vtero suscepit magnum incrementum. Ad hęc  
 autem oīa faciēda locus est in vtero feminino in quo  
 dam vase piloso, in quo multa cellę sunt ad simul fe-  
 tus multos formandum, qd vas apud nos pellis secun-  
 dina, siue secundina vocatur, aut matrix. Hęc autē vas  
 huius conditionis est, qd cum aliquis fetus interius for-  
 mat, & organizatur, extenditur: cum autē nullam se-  
 men virile intra receptum cōmixtum feminino mē-  
 struo est ad formandum fetum, est collectum in for-  
 mam panni non occupans aliquam notabilē quanti-  
 tatem: cum autē in vtero formatur aliq; fetus, paulisper  
 quotidianis incrementis extēditur, sicut in modum angu-  
 menti fetus intra formati. Huius autem exemplū est i  
 vtre, qui cum nō sit plenus aliquo liquore, aut saltem  
 aere, habet latera complcita, & subsistit sub modica  
 quantitate, atq; modicum occupat locum: cum verō  
 incipit repleri, continuē maioris quantitatis efficitur:  
 atq; maiorem occupat locum. In viro autē intra corp<sup>o</sup>  
 eius non est aliquis locus, in quo semen organitari va-  
 leat, & recipere debitam quantitatem. Semen quippe vi-  
 rile partim est de superfluo alimenti quotidiani, qd ali-  
 mentū in substantiā corporis alimentati cōuertit, par-  
 tim de superfluo non conuerso: istud autē superfluum  
 alimenti non transfertur in substantiā rei alimentatę, in  
 tertia digestionē recipit in vasis seminalis, qd sunt itra  
 corpus virile lumbis alixia, postea verō in tpe accessus  
 virilis ad feminā defluit de vasis illis in matricem vte-  
 ri feminini. Sunt igit vasa illa parū quantitatis. Nam  
 solum est ibi locus materię seminalis. Ab his autē vasis  
 seminalis semen nō diffluet, nisi vasa illa tegerent,  
 & semen cogeretur diffuere everso vase: sit autē iste  
 tractus mediantib<sup>9</sup> testiculis: nā cum ista vasa lumbis  
 adherent, sunt qdam cordę virga virili, per loca illa  
 vatorum seminaliorū trāeuntia, per quas ascendunt  
 testiculi tpe coitus, & faciunt eueri semen cōtentum  
 in vasis, qd aliās defluxurum non erat, nisi ex magna  
 cōmōtione totius corporis ex potestate phantasie su-  
 per totā materiam corporalem. Sicut cōtingit in som-  
 nis, vt viri circa hoc somniantes nocturnā pollutionē  
 patiunt, vel ex nimia repletionē seminalis humoris:  
 quia tunc superfluere necessarium est: aut ex impotē-  
 tia virtutis retentiuę, qd cōtingit in ieiunantib<sup>9</sup>, qui pe-  
 tentiā retentiuam debilitatā habent. Ideo viri ieiunā-  
 res, nisi sint valde debilitati, potius nocturnā patiunt  
 pollutionem diebus quibus ieiunant, q̄ diebus quib<sup>9</sup>  
 comedunt abundanter: & potissimē, cum ante acubi-  
 tum aquam solum biberint: quia aqua nimis laxat potē-  
 tiam retentiuā, licet nullo modo multiplicet materiā  
 seminalem. Ex quo et sequit, qd facilius hoīes pollu-  
 tionem patiunt nocturnā, si ante accubitu aquam bi-  
 berint, q̄ si vinum: nā licet vinum calorem suo feruo-  
 re causet libidinis, & semen faciat despumare, qd aqua  
 nullatenus frigiditate sua efficere valet. tñ aqua poten-  
 tiam retentiuam relaxat, qd vinum non facit. Ieiunan-  
 tibus ergo, qui potentissimi ad ieiunandum sunt, aut  
 qui in materia seminali vehementer abundant, eligi-  
 bilis, atq; vtilis est p noctem ante accubitum vinū,  
 Alph. Toft. Parad.

**A** q̄ aquam bibere: si pollutionem nocturnā desiderant  
 cuitare. Semen ergo de vasis seminalis, nullo modo  
 valet defluere, nisi percussis vasis seminalis postquam i  
 casibus prælibatis, seminaliorum autem vatorum cō-  
 cussio sit ascendentib<sup>9</sup> testiculis ad locum vatorū. Ex  
 quo sequit id, qd cōiter videmus. I. qd viri castrati, licet  
 in materia seminali ante testiculorum abscissionem  
 abūdauerint, & postea eodē modo abundant, & parā  
 tur virgē inflationem, quę est quādam dispositio ad  
 actum venerēū, nullo tñ modo valent decidere mate-  
 riam feminalem, et si multoties interioribus stimulis  
 ad venerem impellantur: quod accidit, quia vasa semi-  
 naria non cōcūntur, cum testiculi ad illa ascende-  
 re non valeant. Ad incepta redeuntibus dicen-  
 dum erit, in viro conceptionem fieri non posse: quia  
 non habet locum, in quo semen digeratur, forme-  
 tur, & organizetur. In vtero autē feminino omnia ista  
 loca aptissimē collocata sunt: sicut supra annotaui-  
 mus. Ex quo infertur in femina & non in viro gene-  
 rationem posse celebrari.

*De quadam causa superiorum.  
 Cap. XLVI.*

**A** M P L I V S autem & superiorū alia causa red-  
 di pot attenditur speculantibus, quia vt est de in-  
 tentione Arist. & sui commentatoris Auerrois super  
 s<sup>m</sup> Phisic. opus naturę est opus intelligentię. I. qd oēs  
 motus. i. naturales actiones diriguntur ab aliqua sub-  
 stantia intelligente, siue illa Deus sit, siue angelicus  
 intellectus, qui omnia ista respiciens oīa dirigit. Si. n.  
 non daretur ista alicuius superioris intellectus regulā-  
 tis directio, res naturales carentes intellectu non habe-  
 rent motus tam certos, & in operationib<sup>9</sup> suis vniformi-  
 tatem non sequerent, sed variē in diuersis t<sup>9</sup>ibus  
 mouerentur, qd in naturalibus nunquam videtur: sed  
 conceptions sunt naturaliter, ergo necessarium est  
 eas ab aliqua intelligentia regi, in rebus autem operā-  
 tibus s<sup>m</sup> intellectum ista est conditio, qd nūquam ali-  
 quid operentur, nisi sine præsupposito: sequitur ergo,  
 conceptions necessariō ad aliquod finem fieri, finis  
 autem immediatus conceptionis non potest alius a si-  
 gnari nisi nasci, & viuere, quia concipi rebus animatis  
 nihil prodesset, nisi nascerentur & viuerent: vbi ergo  
 nasci, aut viuere sequi non potest, non fiet naturaliter  
 generatio humana. Sed in viro sic est, qd dato qd in eo  
 conceptio fieret, & fetus totalis organizatio, non pos-  
 set fetus conceptus nasci, & viuere, cū vir non habeat  
 loca, per quę fetus exire possit, sicut liquet cuilibet in-  
 tuenti. In femina autem ista loca dispositissima sunt:  
 ideo in femina, & non in viro conceptio fieri potest.  
 Causas autem quare in femina talia loca sint disposi-  
 ta, & non in viro, per singula styli officio disputare ad  
 præsens non est meum: licet hic sint satis naturales in-  
 quilitiones, quia a quibusdā verbis me abstinere oportet,  
 cum hæc ad vestram regiam celsitudinem dirigā-  
 tur. Etiam quia singula inquirendo oportebat valde  
 dilatare sermonem, quod nimis abhorreo.

*Insufficiētia prædictę responsionis.  
 Cap. XLVII.*

**V** E N T I L A T A superius positio, licet aliquā  
 veritatem contineat, plenariē tamen materiam  
 non elucida, nec directē quaesito responder: nam  
 verum est intra virile corpus nulla loca ad fetus for-  
 mationem esse, & nullo modo interius fieri pote-  
 rat, etiam data conceptione non erat locus per quem  
 fetus genitus nasceretur: sed hoc sufficiens non est,  
 quia hoc solum negat intra virum conceptionem.

B 2 post



Quod ex virili tantum semine conceptio fieri non possit.

posse celebrari: sed de eius semine solo posse fieri conceptionem nullo modo tollit. Item isti concedere videntur aliquid, quod est valde falsum. scilicet si intra virilia viscera locus ad celebrandam conceptionem esset, quod de solo virili semine fetus formari posse: cuius falsitas magis in ferius apparebit. Item si semen virile per se solum ad formandum fetum sufficeret, & propter hoc solum tolleretur virum solitariam gignere non posse, quia intra eius viscera congrua vasa non erant, quotiescunque vir ad aliquam mulierem, cuiuscunque conditionis esset, accederet, quae vasa haberet, in quibus posset conceptio celebrari, celebraretur conceptio: sed hoc est falsum multipliciter. Primum, quia hoc concessio non esset aliqua femina sterilis, quod falsum est. Ratio autem in parulo est, quia quod ex quolibet accessu ad feminam, siue ex multis accessibus conceptio non sequatur, licet aliquando sit ex defectu virorum, qui ad gignendum impotentes sunt, aut quia aliqui viri sunt, qui in una femina gignere possunt. in alia autem nullatenus valent, sequitur ergo tunc defectum feminarum, & non virorum esse: si tamen semen virile solum ad perficiendam generationem sufficeret, nihil ibidem femina operante: sed solum praestante vasa, in quibus semen recipi possit in qualibet femina fieri posset conceptio, & non esset aliqua femina sterilis, vel non esset una alia sterilior. Item si aliquis vir potens generare alicui puellae paruae aetatis carnaliter misceretur, sequeretur ibidem generatio, quantumcunque femina paruae esset aetatis, cum ibi vasa ad generationem conuenientia sint, & tamen non fit generatio: quin potius de conuerso cum aliqua puella valde paruae aetatis carnaliter cognoscitur, postea concipere non valet, licet multotiens ad eam carnaliter accedatur, quod in quotidiana cernitur experientia. Item, si aliquis ad mulierem quantumque inueteratam accederet, ibi generare posset, cum ibidem sint vasa ad hoc requisita: tamen hoc fieri non potest, sicut semper accidere sperculamur. Causa autem, quare mulieres valde paruae aetatis, & valde prouectae aetatis ad conceptionem ineptae sunt, & penitus impotentes est, quia in eis non est sanguis menstrualis. In puella namque nondum cepit: in ueterata autem iam desijt materia menstrualium. Sunt autem menstrua in femina materia generationis, scilicet, id ex quo fetus formatur in utero, & sicut cum puella sit ita paruae aetatis, quod nondum ei fiat sanguis menstrualis, qui per singula mensium tempora mulieribus iam in aetate constitutis euenire solet, est impotens ad gignendum: ideo quamuis ad hanc puellam carnaliter accederent omnes viri, quotquot potentes sunt generare, non erat possibile villo modo puellam concipere. Cum autem menstrua puellae fieri incipiunt, est pure potens ad concipiendum, & illud est proprie tempus, vel anni pubertatis in mulieribus: licet iura de hoc alios instituerint modos. De hoc in volumine Decretalium in titulo de desponsatione impu. in c. puberes. idem ponit Isidorus. Etymol. li. 1. c. 2. Inueteratae autem mulieres concipere non possunt, quantumcunque a viris generare poteribus cognoscant, si iam eis non fiat tempus menstrualia. Aliquam autem mulierem, cui non veniat sanguis menstrualis, concipere miraculum magnum est, & operatio supernaturalis, hoc autem apparet Gene. 18. c. ubi cum scriptura referret magnum Dei miraculum Sara uxorem Abraham iam centenariam concepisse Isaac, & cum causam quare Sara de annunciatione conceptus miraretur, & inisset, poneret, ait: & erant ambo senes, & prouectae aetatis, & desiderant Sara fieri muliebria. Vocant autem muliebria ea, quae solis mulieribus accidunt. si sanguis menstrualis, qui nunquam viris euenit, in quo significat miraculum esse concepisse Saram, cum iam uelissent fieri muliebria. Ex praemissis ergo concludit

Quare puella & anus non concipiunt.

liquidissimo argumento, ex solo semine masculino generationem fieri non posse, licet in visceribus virilibus ad hoc conuenientia vasa subsisterent.

Vera responsio Doctoris. Cap. XLVIII.

DELIRANTIBVS autem opinionibus relictis, Dicendum est virile semen solum ad conceptionem aliquam non sufficere, siue semen illud paruae, siue magnae quantitatis sit: & intra virilia viscera conceptionem fieri non posse, non quia dicitur, quod in viro vasa ad conceptionem apta non sunt, sed quia ad quamlibet conceptionem necessarium est masculini & femini seminis fieri mixtionem, quia sicut sanguis menstrualis, qui est semen foemininum non sufficit ad causandam conceptionem ex causis supra assignatis: ita virile semen solum non sufficit, licet in femine virili sit virtus digestiua, formatiua, organizatiua: quae non est in femine foeminino. Causa autem praedictorum est, quia in omni naturali actione sunt duo principia necessaria. actiuum, & passiuum. Actiuum namque solum non sufficit, quia actiuum non agit in se ipsum, sed in alterum: passiuum autem solum agere non potest in se, aut in alterum: quia non habet in se principium actionis. Cum ergo semen virile sit actiuum, quia habet in se virtutem alteratiuam, digestiuam, formatiuam, & organizatiuam, non poterat agere in se ipsum, sed in alterum. Ita semen foemininum, quod est pure passiuum, non poterat agere, aut pati solitarie. Sequitur ergo solum semen virile ad conceptionem non proficere, nec solum semen foemininum: sed in vitroque permixto debet celebrari conceptio masculino sanguine operante in sanguinem menstruaem, sicut ex praedictis liquet.

Obiectiones praedictorum. Cap. XLIX.

SUPER quo aliquis fortassis argueret, dicens semen masculinum solum ad conceptionem sufficere: nam inter res naturales defra est, quia quaedam habent in se principium sui motus, & mouent se ipsas, nec ab aliquo extrinseco mouentur vllatenus. Sunt autem aliae, quae se ipsas mouere non valent, sed ab alijs totaliter mouentur: sic autem in agendo differentia est, quia quaedam res actiue sunt per se ipsas, aliae autem non, mouere autem actio quaedam est. Item manifestum est, quod semen virile recipit alterationem ad hoc, quod ex ipso fiat partim corpus quod formandum est: sicut fit de semine foeminino, quia non manet in dispoene illa, in qua est cum a uasis feminarijs viri descendit: quia sub eadem qualitate non esset conueniens ad formandum ossa, & neruos, & alias partes corporis duras, quae sunt de solida substantia: necessarium ergo est dari, quod semen virile transmutet & organizet. Et tunc, aut ipsum se ipsum organizat, & mutat, aut a semine foemineo transmutat: quia non est ibi aliquid alterum, quod organizare, aut organizari possit. Non est autem dicendum, quod semen foemininum organizet semen masculinum, cum ipse humor menstrualis a semine virili digeratur, temperetur, formetur, & organizet, et quia in se non habet aliquam virtutem actiuam formatiuam, aut organizatiuam: necessarium ergo dicendum est masculinum semen se ipsum organizare. Sicut ergo semen virile comixtum menstruo muliebri se ipsum digerit, format, atque organizat: ita cum solitaria extiterit, se ipsum poterit digerere, atque formare: fiet ergo isto modo conceptio in solo semine masculino.

Responsiones ad obiectiones superius adductas. Cap. L.

PRIMAE autem argumentationi respondentes dicendum erit, multa esse naturalia entia se ipsa mouen-

Semen foemininum est ferè frigiditatis summum: virile autem est, quasi caliditatis summum.

mouentia, & quod actio motus sit, & quod semen masculinum se ipsum organizare possit per virtutem organizatiuam in eo existentem sine aliquo alio, sicut aliquod animal se ipsum sanare potest, sine aliquo adiutorio medicinae, per solam virtutem suae naturae, non tamen ex hoc inferitur, quod ex solo semine masculino possit generatio celebrari. Nam ad generationem causandam sunt multae aliae dispositiones, quae in solo virili semine minime reperiri possunt. Ad secundum respondetur, cum dicitur, quod semen virile transmutatur ad conceptionem faciendam, aut ergo transmutatur a se, vel ab altero. Dico, quod semen masculinum digeritur, & organizatur, & ipsum organizat, & format se ipsum, & tamen non poterat ipsum se ipsum organizare, nisi quadam alia dispositione praecederet, quae faceret semen virile esse conueniens ad conceptionem, & corpus organizandum, & haec dispositiones inducuntur in semine masculino per actionem seminis foemineae. Necessarium est ergo semen foemininum ad conceptionem celebrandam. Quocirca respiciendum est, quod semen foemininum est tantae frigiditatis, & humiditatis, quod sub eisdem qualitatibus manens, non est aptum ad hoc, quod ex eo corpus humanum generetur. Semen etiam masculinum ita caliditatis est, quod sub eadem dispositione non est conueniens ad conceptionem causandam. Si enim virile semen solum existeret, calore suo totum desiccaretur, & in exalationes solueretur, nec quidquam inde gigni posset: oportuit ergo dari, quod vnum semen alterum temperaret, & sic ex vitroque conceptio completeretur. Nam semen foemininum, quod est excellenter frigidum, temperatur per excellentem calorem seminis masculini, & humiditas magna eisdem seminis foeminini temperatur per siccitatem, & calorem magnam seminis masculini. Semen virile est calidum in excessiuo gradu caloris, & non conuenit conceptioni, sed reducitur ad conuenientem armoniam per magnam humiditatem, & frigiditatem menstrui foeminini. Hoc ergo modo licet semen foemininum organizetur per semen masculinum, tamen si solum fuerit semen virile, ex ipso conceptio fieri non poterit: quia est excessiuè calidum, & ageretur in se ipsum, agendoque deficeret, nec maneret aliquid de quo conceptio completeretur, & fetus formaretur: cum autem commisceretur propter frigiditatem menstrui muliebri, & humiditatem non potest semen virile, etiam si calidum sit, exhalare.

Obiectiones penes eandem materiam. Cap. LI.

QVOD si fortasse quisquam argueret, quod poterat esse aliquod semen masculinum talis complexionis, qualis est semen masculinum, & foemininum: cum vtrunque mixtum est, & hoc sufficeret ad conceptionem causandam, & organizaret se ipsum, atque formaret. Respondetur, quod tale semen dari est impossibile: quia aut dicemus, quod daretur vnum semen, quod esset talis complexionis, qualis est semen masculinum & foemininum, cum sint mixta digesta, & formata, vel quod sit vnum semen talis conditionis, quale est semen masculinum, & foemininum quando vnum in alterum agens est. Si autem dicamus, quod sit vnum semen talis conditionis, qualis est semen masculinum & foemininum cum in se agunt, hoc impossibile est, quia tunc eadem res esset calida & frigida, humida & sicca: & non solum in qualibuscunque gradibus, sed in gradibus excessiuis: gradus namque pauci non denominant formam: quia sunt in parua latitudine formali, gradus autem multi denominant formas. Daretur ergo vna res calida & frigida, humida & sicca in gradibus, in quibus posset fieri denominatio formae, sicut semen foemininum denominatur humidum & frigidum, licet habeat aliquos gradus caliditatis, & siccitatis, licet remissos: & semen masculinum est calidum, & siccum, licet habeat aliquos gradus frigiditatis, & humiditatis remissos. Denominaretur ergo tale semen calidum & frigidum, humidum & siccum in gradibus excessiuis: sed hoc est impossibile, quia tunc esset aliquod semen duarum complexionum contrariarum, quod identidem erat impossibile. eodem modo, ille in quod tale semen esset, nec esset vir nec femina, quia qui libet horum est determinatae complexionis. Si fortassis diceremus, quod illud semen esset talis complexionis, qualis est semen muliebri, & masculinum, quando digesta sunt, & formata, hoc non potest existere propter multa. Primum, quia semen sic permixtum non est in aliqua extremitate contrarietatis notabilis, sicut est magna caliditas, aut magna frigiditas, & sic de ceteris, sed est in medio contrarietatis, quod non potest subsistere, quia tunc, qui tale semen haberet esset mediae complexionis, quod non reperitur. Secunda ratio est, quia si tale semen daretur, ille cuius tale semen esset, nec esset masculus, nec femina, quia si esset vir, esset semen illud tale, quale semen virile: quod si forte esset foemina, quae tale semen haberet, esset illud semen tale, quale foemininum, & sic non posset esse mediae complexionis.

Tertia ratio est, quia tale semen nunquam posset organizari, quod erat maius in conueniens: quod probatur, quia omnis actio, & naturalis motus fit de contrario in contrarium, sicut probat Aristot. in quinto Physicorum, qui vulgariter libri de Natura nominantur: contraria autem sic se habent, quod cum vnum eorum est in paucis gradibus, non habet aliquam actionem: sicut caliditas, quae est in paucis gradibus, & conformiter de frigiditate, & ceteris: quod apparet in tepido: quia quod tepidum est, habet gradus caliditatis, & frigiditatis, tamen remissos: ideo nullam habet actionem: quod verò valde calidum est, agere potest, scilicet, calefaciendo, & frigidum potest facere frigefaciendo: & sic, quando sunt duae qualitates contrariae in esse caliditatem, & frigiditatem in gradibus excellentibus faciunt in se, cum verò ad tepidum redeunt, nihil ulterius operantur, quia manent in medio contrarietatis: & sic semen istud proprie esse in medio contrarietatis non poterat vllam actionem habere, ideo nec erat possibile organizari, cum actio fiat per contrarietatem, & organizatio debeat fieri, atque dispositio per contrariarum actionem in alterutrum. Ex praedictis ergo inferitur, impossibile esse vllum semen mediae complexionis dari, quod esset tanquam semen masculinum, & foemininum cum perfecte mixta sunt, & quod impossibile est, aliquod virum, aut foeminam reperiri, qui talis complexionis sortitus fuerit materiam feminalem. Ex quibus omnibus pariter, & praedictis necessaria, concatenataque illatione concluditur, ex solo virili semine, qualitercunque ponatur, conceptionem fieri esse impossibile, licet habeat virtutem formatiuam, atque organizatiuam: sicut nec ex solo menstrualium humore confici vllatenus posse, minime dubitatur. Est tamen differentia haec inter masculinum semen, & menstruum foemininum ex qualitate seminariorum valorum, quia si semen virile humori menstrualium in vasis genitalibus foemininis, in quibus conceptio celebrari solet, fuerit permixtum, licet nullus accessus virilis ad foeminam fuerit, nec corruptio virginorum claustrorum, conceptio perfecta causabitur. Si tamen humor virilis foeminino commixtus fuerit intra vasa seminaria virilia a libris virorum

dependentia, scilicet q aliquatenus menstrualis san-
guis femininus intra vasa feminaria virilia poneretur
atque misceretur eidem, erit impossibile fieri conce-
ptionem, aut fetus formationem, vel organizatione
vilius humani corporis. Dissimilitudinis aut ratio pa-
tet, quia inter virilia viscera, siue in vasis feminariis, siue
alibi ad conceptionem faciendam, fetusque for-
mandum locus nullus patet: intra femineum autem
alium loca ad hoc dispositissima sunt. Ampliori ergo
illatione, longiorique tylogismo, ex superioribus
inductum apparet, Dominam nostram vas clausum
congrue dici posse, quantum ad primam apertione
virgineorum claustrorum: hac enim caruit, quae pri-
mo fit in accessu virili ad conceptionem.

De secunda apertura quam mulieres in partu patiuntur.
Cap. LII.

UTERVS autem foemineus secundam pati-
tur aperturam, quae est totalis muliebrium aper-
tio claustrorum: fit autem haec in effusione infantis ab
vtero, quam satis liquet esse dolorosam, quia perfecta,
omnimodaque claustrorum apertio fit. Prima autem,
quae in apertione solius virginalis claustri erat, huic in
quantitate doloris similis non est, cum aequae perfecta
non sit. Si ergo eueniat paruae aetatis, & paruae corpu-
lentiae foeminas parere, praecipue si fetus magnos cor-
pore esse contingat, ex paruitate femineorum vasorum
genitalium, per quae fetus ab vtero effundi solet, eas
plerumque in partu periclitari, atque mori contingit,
paruitate tenentudineque aetatis impensum non
insufficiens dolorem: sic testatur Arist. in 7. Politico-
rum dicens, paruae aetatis feminas matrimonialiter su-
mi ad coitum non debere coniungi, vbi damna, quae
ex talibus coitibus consequuntur diligenter enumerat.
Primum autem talis commixtionis immaturae danum
est, quod taliter coeuntes puellae in effusione infan-
tum ab vtero periclitari plerumque solent. Secundum
verdo est, quia cum tenerrimae aetatis sint, impressiones
fortes sunt in eisdem, & citius, intensiusque calefiunt
membra earum, suntque valde incontinentes coitus,
que audissime, quae vix multiplicatis virilibus accessi-
bus facientur. Tertium vero in hac immatura com-
mixtione est, quod valde in coniugatis euitanda est,
cum praecipue intentioni matrimoniali repugnat.
Nam cum tenerrimae aetatis feminas carnaliter cognos-
ci contingit, corrumpitur in eis conueniens armonia
ad concipiendum: ita quod ad gignendum ineptae
efficiuntur. Vnde pleraque sic cognitarum contingit
postea steriles fieri: nec vnquam quibuscunque,
aut quocumque, multiplicatis coitibus grauidari. Quar-
tum autem danum est, quia huius aetatis feminae
propter paucitatem sanguinis menstrualis fetus paruae
corpulentiae gignunt: sicut de mulieribus colerici-
cis dictum est: quae propter magnitudinem colerici-
caloris humorem menstrua digerendo diffician-
doque diminuunt, sicque plures paruas ceterarum mulierum
sobolibus minores nascuntur, sicut in praebatis per-
strinximus. Quintum, & maius inconueniens est, quae
ex talibus coceptibus proles corpore, & intellectu im-
perfecte nascuntur: est enim regula generalis omnium
esse nouorum animalium proles imperfectas: quod
euenit, quia semen primum in animalibus non est be-
ne digestum, ex qua indigestione fertur malam propor-
tionem armonicae foruantur in phantasticis organ-
is, quae intellectui ad omnem suam operationem
deseruiunt.

Dana im-
mutari co-
ius ex par-
te mulie-
ris.

De hac secunda apertura, quod necessaria est.
Cap. LIII.

HAEC autem secunda apertio muliebrium om-
nimoda claustrorum in omnibus parientibus ne-
cessario inducitur: licet ad conceptionem per acces-
sum virilem illibatae sint: aut nullam vnquam deflo-
rationem in accessu virili passae fuerunt, sine qua fieri
posse conceptionem in superioribus manifesto sermo-
ne comprehendimus. Et sicut in accessu virili, atque
defloratione virginitatis integritatem manere, est im-
possibile, conformiter in emissione infantis ab vtero
virginitatem omnino tolli necessarium est: quia vir-
ginitas est integritas carnis & mentis cum omnimoda
in experientia actus veneri. Integritas autem car-
nis consistit cum claustra virginea illibata sunt: & quae
in partu virgineorum claustrorum, atque omnimoda
muliebrium emissionem, maior quam in conceptu, aut
primario accessu virili apertio fit, est quandoque ne-
cessarium tunc omnimoda virginitatis corruptionem
esse sicut in conceptu, quem praecedit claustrorum li-
batio, & masculini, atque feminini seminis perfecta
commixtio. Aliud quoque est, quod magis necessarium
est virginitatem in partu quam in conceptu libari.
Quapropter in superioribus praerloquendo, conclu-
simus satis naturaliter posse aliquas feminas viro in-
cognitas fetus quoque concipere, & virginitate om-
nimoda permanente, parere tamen naturali virginitate
manente claustra est omnino impossibile.

Nullam aperturam B. Virgo passa fuit.
Cap. LIII.

AD hoc autem maius, & vltius signum est in
his, quae Dominae nostrae praconijs orthodo-
xa cantat Ecclesia. sciam ante partum illibatam seruaf-
se virgineam integritatem: in partu quoque virginitate
mansisse, post partum vero perpetua carnis integritatem
tenuisse. Istam tripartitam distinctam in Dna nra virgi-
nitate aliqui ad in experientiam actus veneri in acces-
su virili perpetranda totaliter transtulere. sed ante-
quam dnm Iesum peperisset, viro incognita fuit. in par-
tu quoque, post partum nullam identidem carnis com-
mixtionem habuisse. Hoc tamen ad carnalem comixtio-
nem penitus applicare absonum, atque ineptum est:
quia licet prima huius atque tertia particula de hoc co-
uenienter exponi possint: secundam tamen de hoc expo-
ni omni discogruitroni. Prima autem huius dicti pars est
Dnam nostram ante partum benedicti Iesu perfectae
virginem extitisse, quod euidenter signat Dnam nostram a
nullo viro carnaliter cognitam fuisse ad hoc, vt ex il-
lius viri semine Christi in virgineo vtero formaretur.
Et sicut viro incognita extitit, ita nec quouis alio modo
virgineorum claustrorum suorum ante conceptionem
Dni Iesu ruptio facta est. Identidem Christo nato clau-
strum virgineae illibatae manserunt, nec vnquam quo-
uis modo postea libatae sunt, sicut ante coceptionem
inuolutae constiterant. Hoc autem ponitur ad ex-
cludendam stultam ineptamque Eluidij positionem, quae
Dnam nostram ante Christi nativitate extitisse virginem
firmat, sed eo nato eam carnaliter cognitam alios filios
asseuerat peperisse, quod positio liquida diffimè sup. elisa est.

Maria Dominam nostram in partu fuit virgo. Cap. LV.

SECVNDA huius dicti particula. scilicet Dominam
nostram in partu virginem extitisse, de virili acces-
su, carnalique commixtione intelligi non valet, quia
licet foemina ante partum, & postquam peperit possit
cognosci carnaliter, aliquam tamen feminae carna-
liter

Virginitas
quid sit.

iter cognosci dum parit non cotingit, quin potius im-
possibile est, partu virgineo feminae aliquam virilem
pari cognitionem: Non igitur vocari potest femina
virgo in partu, quia tunc a viro carnaliter cognosci non
valet. Istomamque modo dicitur, quotquot corruptae femi-
nae sunt, in partu virgines vocari possent, quia nulla ea-
rum a viro dum parit carnaliter cognoscitur, aut cogno-
sci valet: sed falsum est, quia nulla feminarum in par-
tu virgo dicitur post Dominam nostram, quae hoc sin-
gulari priuilegio titulatur. Item femina illa, quae in
partu virgo praedicatur, aut ante partum. In concep-
tione virgo extitit, aut nullatenus. Si fortassis femina
tunc vique ad partum virgo permanisset, in partu eam
virginem esse necesse est: cum nullis carnalibus acces-
sibus eius virginalia claustra referentur. Si autem
femina, quae in partu virgo praedicari debet, ante par-
tum virgo non extitit, impossibile est eam tunc vir-
ginem verè dici: quia femina, quae semel suam perdit
virginitatem, impossibile est eam quouis modo in sta-
tum pristinum remeare. Necessaria ergo illatione
concluditur non posse intelligi aliquam in partu virgi-
nem esse, quam ad commixtionem carnalem per vir-
ilem accessum: sed ista virginitas in partu de virgi-
neorum claustrorum illibatione necessario exponenda.
Virginitas namque est integritas mentis, & carnis
cum in experientia actus veneri: integritas autem car-
nis solum accipitur quantum ad virginalia claustra.
Et sic est sensus, quod virginei pudoris claustra in Domi-
na nostra nunquam referatae fuerunt, aut accessu vir-
ili, aut quouis alio modo ante partum ad Christum
concipiendum, aut in partu ad Christum pariendum,
quae referatio in partu omnibus aliis mulieribus fit.
Et hoc est eam in partu virginem fore, nec post natum
Dominum Iesum fuere claustra Dominae nostrae ad
alios filios concipiendos, aut in lucem emittendos
aperta: sicut insanè positio Eluidiana asseuerat.

Maria virgo non est passa secundam aperturam.
Cap. LV I.

QUANTVM ad istam secundariam claustrum
apertionem fuit Dominam nostram virgo. in
omnibus autem parientibus hanc claustrorum
apertione fieri necesse est: sola Dominam nostram specia-
li priuilegio ab hac apertione fuit immunis. Hanc autem
fieri in partu claustrorum referentem experientia
omnium parientium manifestat. In hac autem virgini-
tas rectè amittitur: quia discontinuantur, & rumpuntur
virginea claustra fortius, quam in accessu, & cogno-
tione carnali. Item euidenter manifestatur, quia in
partu infans de materno vtero emittitur, qui ibidem
formatus satis magnae quantitatis extiterat. Est igitur
necessarium ad eius exitum magnam fieri aperturam,
cum partes solidas corporis egredi nullatenus possit,
cum vnus corpus per alterum transire non possit: quae
sequeretur corporum penetratio necessario, quam Ari-
sto. excludit in quinto Physico. Et quia vasis femineae
genitalis apertio praexistens ad tantae quantitatis in-
fantem recipiendum sufficere non valet, necessarium
est aliam maiorem claustrorum fieri aperturam. Haec
autem est ruptio totaliter virginalis claustrum: & sicut
ista claustrorum apertio maior, aut minor est, ita in ef-
fusione infantis ex vtero maior, vel minor causetur
dolor. Et haec est causa quare quaedam mulieres maio-
res in partu, quam aliae experiant dolores: quia quan-
to parte corporis mulieris parientis magnitudine virgi-
nalis claustri ruptio minor fuerit, tanto parientis do-
lor minorabitur: & hoc ceteris paribus existentibus,
scilicet quod non sit filius genitus magnae quantitatis.
Nam si fuerit magna quantitas fetus, quantumcumque
Aph. Toit. Parad.

A magni corporis pariens extiterit, parte magnitudine
aperturae magnum ibi dolorem caulari necesse est.
Hanc causam assignat Arist. in 7. Politic. Quare cum
mulieres paruae aetatis, atque corpulentiae viris carna-
liter commiscantur, solent in partu periclitari. In par-
tu autem feminae nullae virgines sunt, dato quod vique
ad partum virginitatem seruauerint: quia in partu in-
tegritas carnis tollitur, in qua consistit partim virgini-
tas, & hic totaliter claustra aperiuntur atque disconti-
nuantur. Dominam autem nostram in partu nullam
apertionem passam est, quare sequitur eam in partu vir-
ginem extitisse.

Dubietates penes praedicta. Cap. LVII.

SPECVLANTIBVS autem vltius? circa hoc
duplex occurrit dubitatio. Prima est quare Do-
mina nostra virgo in partu, non passa est aperturam
claustrorum virginei pudoris, sicut mulieres ceterae pa-
tiuntur. Secunda autem, quomodo sine hac claustrorum
apertione potuit infans emitti ex eius virgineo
vtero. Ad primam dubitationem aliqui responden-
tes dixerunt, quod pena propter peccatum in homines
inducta est, quia ergo in virgine culpa nulla fuit, nec
pena ei inesse debuit. Contra hos autem aliqui argu-
ere conabuntur iniqui, quod paruuli, qui sine bap-
tismate decesserunt, peccatum nullum omnino gesse-
runt, sed aeternaliter inferno carceri mancipantur di-
uina visione priuati. Potuit ergo conformiter in Do-
mina nostra fieri: quia licet culpam nullam habuerit,
pena tamen omnino expers non esset. His autem
potest faciliter obuiari: & quod licet paruuli sine bap-
tismate decesserunt nullam mortalem, aut venialem cul-
pam in actu habuerunt, tamen originale maculam
contraxerunt, quae sufficit, ad eos aeternaliter condem-
nandum. Deus tamen, qui omnimode iustus atque ius-
titia est, penas culpis totaliter adaequat: & quia culpa
ista morientium paruulorum fuit in sola priuatione
originalis iustitiae, siue innocentiae, nec fuit ibi aliquis
actus positiuus, pena eis in sola priuatione constituta
est, & in aeternum diuina visione priuentur, nulla tamen
ignis, aut frigoris alteriusve generis cruciatus patiun-
tur. Et haec pena apud Theologos doctores pena da-
ni, & non sensus appellatur. Et vocatur pena damni,
quia danum dicitur diminutio rerum: & quia paruuli sic
diem claudentes extremum priuatur diuina visione,
quam aliter habituri essent, pena damni rectè nuncupa-
tur: non tamen dicitur pena sensus, quia nullam omnino sen-
sationem doloris, aut alicuius afflictionis experitur. Alij
autem, qui mortalibus actionem nexibus implicati
de hoc saeculo decesserunt, vtrunque penarum genus
tolerare coguntur: priuatur enim aeternaliter diuina
visione, & beatificorum perceptione gaudiorum, in-
super doloribus, atque erumnis frigoris, atque ignis
infernis sedibus mancipantur. De pena autem mo-
rientium paruulorum sine baptismatis vnda, paruulo-
rumque sine circumcisione ante Christi passionem
inter Hebraeos diem extremum claudentium quali-
ter iusta foret, & qualiter isti paruuli peccauissent,
diffusius scripsimus super Gene. in capitulo deci-
moseptimo, & in plerisque alijs locis. Sic ergo
dicemus, quod isti paruuli sic morientes poenam
aliquam patiuntur: quia licet nunquam peccauerunt
mortalem, aut venialem actionem gerentes, culpam tamen
originali contraxerunt, cuius immemore haec aeternaliter
tolerabunt. De Dna nostra virgine sic dicere non va-
lemus, quam sine originali macula concepta est, & ab omni
culpa actuali, mortali, atque veniali omnino immunis
fuit, sicut de ipsa orthodoxorum cantat Ecclesia.

Qua pena
inducta sit
si quis sine
baptismo
infans
moriatur.

Quid pe-
na damni
ac sensus.

Non erat igitur aliqua causa talis qualis in paruulis sine baptisate decedentibus reperitur, propter quam deberet aliquid tolerare. Et licet aliam positionem sequi vellemus, qui eam originalem maculam contraxisse asseuerat: non erat eius aliqua ad paruulos sine baptisate morientes consonantia, quia licet dicant eam culpam originalem contraxisse, eam tamen in ea diutius mansisse distentur, sed mox ab ea deleram di eunt, postea igitur in ea nulla culpa manente nihil rationis est, cur eam alicui poenae subiicere debeamus, nullam ergo in partu poenam tolerare debebat.

Omnis poena pro aliquo crimine semper datur.  
Cap. LVIII.

**Q**UAMVIS praedicti sic opinantes huic debilitate firmato argumento faciliter valeant respondere nihil hominis sua manet infirma positio. s. poenam homini pro aliquo crimine semper dari. Quod sic manifestatur, quia Christus originalem culpam nullam contraxit: actualem autem, aut mortalem, aut venialem nullam habuit, sicut tota catholicorum Ecclesia confitetur: & sicut Petrus in sua prima Can. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in lingua eius. Christus tamen multiplices dolores, atque omnigenorum cruciatu tolerauit: sicut in eius passione ab omnibus Euangelistis manifestatur: frigus quoque, calorem, atque debilitationem membrorum, esuriam, & sitim, atque omnia alia incommoda passus est, sicut declarat Isaias cap. 53. & beatus Ioan. cap. 4. Evidenter ergo concluditur aliquos a culpa prorsus inuicem poenis aliquo modo non carere. Ad hoc fortassis respondebitur, quod sicut Christus omni prorsus crimine caruit: ita omni culpa carere debebat, nec ulli poenae obligatus erat. Si autem poenales aliquas assumpsit, non ideo tolerauit eas tanquam iustum, & necessarium esset eum praedicta subire debere, sed quia ipse ad humanam generis salutem omnia haec voluit tolerare. Sic enim communis sermo propheticus est: Oblatus est, quia ipse voluit. Et sic argumentum istud non concludit contra Dominam nostram, quia Dominam nostram non sic poenales aliquas sicut Christus subiuit. Quia Christus poenales omnes, quas subiit non necessitate, sed voluntate subiuit: Dominam autem nostram virgo, si aliquam poenam habuit, non voluntarie eam subiuit, sed necessitate tollerauit, quia ipsa naturae Dominam non erat, sicut Christus, qui omnibus dominabatur: Christus ergo quaecumque passus est, voluntarie pertulit, Dominam autem nostram si quas poenales habuit, illas naturae necessitate tolerauit. Adhuc contra praedictam argueretur, quia Dominam nostram virgo culpam mortalem, aut venialem nullam habuit, maculam autem originalem nullatenus contraxit. Et si dicamus eam originalem contraxisse labem: ab ea tamen fuit protinus emundata: ita quod nihil restabat, propter quod poenas aliquas subire deberet: de ipsa tamen reperitur, multos acerbosque tollerasse dolores, sicut fuit ille dolor Dominicae passionis aliique plerique dolores. Dolorem autem eius in Dominica passione praenunciavit senex ille Simeon spiritu ditino afflatus, sicut beatus Lucas scribit cap. 20. Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Sustinuit autem & alios cruciatu, sicut cum benedictum filium suum perdidit in Ierusalem, ut scribit beatus Luc. ca. 20. dum dicit: Fili, quid fecisti nobis sic, quia ego, & pater tuus dolentes quae rebamur te? Habuit igitur Dominam nostram sine culpa dolores, & sic in partu dici posse videretur.

Nonnullis poenas infligi absque culpa.  
Cap. LX.

**A**PPARET autem adhuc in paruulis baptizatis, quia licet originale culpam contraxerit, in baptismo tamen eis prorsus deleta est, post baptismum autem in eis nulla culpa actuali, mortali, veniali, aut originali manente, multi dolores eis insunt atque aliae poenales, & incommoda, propter quae plerumque plorare coguntur. Inest eis insuper mortalitas, & interdum in illo moriuntur statu, mors tamen omnium terribilium ultimum est: sicut ait Arist. in 3. Ethico. Evidenti ergo concluditur argumento poenas plerumque aliquibus infligi, qui omnibus criminibus prorsus inuicem sunt. Et sicut haec apud Sacram Scripturam sunt, ita in canonicis iuribus atque humanis reperitur, de iure autem Can. sunt exempla in patenti, ut si quis in ordine Clericali sacro constitutus filium genuerit, ille ad sacros ordines est inhabilis, nec aliquatenus promouebitur. Et dato quod ex dispensatione ad sacros ordines promoueat: in eadem tamen Ecclesia, in qua pater immediate proxime ministravit, ministrare non potest, sicut apparet extra in volu. Decre. in tit. de fil. presby. quasi per totum. Item secundum antiqua decretorum constituta Praesbyterorum filij Ecclesiarum serui efficiebantur. Idem patet de bigamis, quia multi sine culpa aliqua bigamiam incurunt, qui tamen ad sacros ordines promoueri non valent: nec obtinere vllatenus Ecclesiastica beneficia. sicut patet in titulo de bigamis quasi per totum. Idem fit in corpore leprosis: si percussio, aut membri mutilatio grauis, aut deformis sit, quia ad sacros ordines promoueri non valent: nec beneficia Ecclesiastica obtinere, ut patet extra in volu. Decre. in tit. de corpore vitia. per tot. tit. & si forte isti promoti ad sacros ordines fuerint, administratione priuantur. Item si quis plagam lepra incurrit, aut aliquem alium grauem morbum non promouebitur, nec beneficia Ecclesiastica obtinebit: quod si postquam ordinatus fuerit incurrat, ab officij administratione priuatur. Si vero dignitatem habuerit, pro administratione & aliis dabitur ei coadiutor, ut patet extra in volu. Decre. in tit. de cle. egro. & debilitato per totum. Item hoc fit secundum leges humanas: nam si aliquis incurrat in crimine lese maiestatis, occiditur filius eorum exheredatis, bonisque omnibus confiscatis, sola eis vita ex pietate relicta, ut patet extra in volu. Decre. in tit. de Here. in cap. vergentis. Multi quoque alij casus sunt, tam secundum humanas, quam Canonicas sanctiones, in quibus poena sine omni peccato infligitur, qui sunt fere tredecim casus, de quibus amplius in praesenti non oportet dilatare sermonem. Ex praesentibus infertur, non solos eos, qui peccauere, puniri. Ex quo identidem concluditur eorum responsonem infirmam fore, qui dicunt pro sola culpa poenam iuste infligi: & Dominam nostram virginem, quia ab omni labere prorsus immunis fuit, ab omni poena debere absolui totaliter.

Responsones ad quaesitum tactum. Cap. LX.

**S**UPERIORIS responsonis deliramento relicto, duobus modis ad praedictam responderi potest: primo modo, quod ex hoc ex privilegio factum est, quia nullam aliam feminarum Deum concepisse, aut peperisse praeter hanc liquet: erat ergo rationale dici, hanc a ceteris mulieribus debere differre: quia ergo ceterae feminarum cum dolore, atque virgineorum claustrorum apertione concipiebant, atque pariebant, rationabile erat Dominam nostram ab omni dolore, atque claustrorum apertione in partu immunem fieri de-

ri debere. Item absque omni immunditia partus ille beatissimus fuit: aliae autem mulieres cum pariunt immundae sunt, quia partes quasdam menstrualis humoris concreti, atque densati, cum fetu emittunt ex vtero complicatas, corpori autem benedicto Saluatoris nostri nihil tale in partu adhaesit, sed eandem in nascendo habuit corporis puritatem, quam semper postea in viuendo seruauit. de quo in subsequenibus amplius declarabitur. Contra praedicta aliquis arguet dicens, haec ex privilegio facta non fuisse, nec aliquid in praedictis Dominam nostram fuisse privilegium attributum, quia eodem modo privilegiata fuisset, ut postea dolores non sustineret: quod tamen non fuit, cum postea plurimae generis pertulerit afflictionis, de quibus in superioribus praesertim. & sic ab omnibus aliis feminis totaliter differens esset. Huic autem argumentationi aliquis facilliter in modum solutionis Dialecticae respondebit. quod Dominam nostram in vno privilegio habuerit, quod in partu nullos perferret dolores: non tamen inde infertur vllatenus in ceteris eam privilegiatam fore debere. Sic enim in omnibus accipientibus privilegia ad magnis dominis, aut principibus euenit, quia rarissime aliqui quantum ad omnia privilegiati sunt. Et huic immediate argumentationi solidius, & magis in radice possumus respondere. assignando causam quare Dominam nostram in quibusdam, & non in aliis privilegium sortita sit. Circa quod dicendum est, aliqua esse circa quae Dominam nostram poenales aliquas subire poterat, quae ad ipsam solam pertinebant, alia autem esse circa quae eadem Dominam poenis poterat subiicere, quae ei, & Redemptori nostro communiter attinebant. Quantum ad ea, in quibus poenis poterat subiicere, quo ad eam pertinebant a poenis immunis non erat, sicut quod ipsa frigus, calorem quoque atque membrorum debilitationem, tristitias, & timores, similiaque incommoda sustinuerit humana: quia ad redemptorem nostrum nihil horum directe attinebat, quod Dominam nostram sustineret illud, aut nullatenus toleraret. Alia autem erant, in quibus ipsam poenales subiacere nimis Christi dignitati repugnabat, & in his plenaria habuit privilegia, sicut quod virgo Christum pareret, atque conciperet. Magna namque Christi dignitas nascentis erat a matre nasci sine accessu virili: ne eodem modo de stirpe ad degenaretur, quo alij nascebantur, per quae peccati originalis maculam incurrebant. Quod si forte Christus ex femine virili genitus fuisset, & originalem maculam non incurreret, necessarium erat, ut praeseruarietur, ne sic genitus eandem originalem labem incurreret: & quia maior dignitas Christi nascentis erat nullo horum indigere, voluit a matre nasci, quae sine aliquo accessu virili eum pareret, atque conciperet. Eodem modo magna erat dignitas corporis Redemptoris nostri potuisse nasci de matre sine aliqua genitalium claustrorum apertione, quod in nullo aliorum humanorum corporum fieri potest, sicut fit in solis corporibus gloriosis.

De dignatione corporis nostri Redemptoris.  
Cap. LXI.

**M**AIOR autem adhuc dignitas corporis nostri Redemptoris erat, posse de vtero virgineo erumpere sine claustrorum aliqua apertione, quam ipsum ex solo feminino semine fuisse progenitum sine aliquo accessu virili: nam ex solo semine feminino genitum fuisse tollit posse maculam originalis culpe contrahere. Identidem est dignitas magna fetus nascentis fuisse taliter genitum, qualiter nulli alij homines vquam ex matris generantur, maior tamen corporis

nascentis ostenditur, potuisse sine claustrorum apertione de matre fetum erumpere. Nam matrem viro incognitam esse, & concipere, est dignitas corporis nascentis, magis tamen ad dignitatem mulieris sic concipientis dignoscitur attinere. Nulla autem claustrorum facta ruptura nasci potuisse, licet dignitatem matris attestatur, quia doloris expertus est, quem in claustrorum ruptura sustinere cogeretur: maiorem tamen corporis nascentis indicat dignitatem, quia speciale aliquid miraculi est, vnum corpus per alterum corpus solidum posse transire, sicut et parietem, aut tabulam si sine aliquo foramine transeat. sic enim magnus erat honor corporis Redemptoris nostri per cutem, & viscera benedicti vteri virginalis nulla facta aut ruptura, aut apertura potuisse transire, sicut si per illum nihil penitus transisset. In quo innuitur corpus Domini nostri Iesu maioris dignitatis esse, quam radij solares sint, qui tabulam, aut cutem aliquam penetrare non valent, nisi prius aliqua fuerit ibidem facta ruptura. Item peccati originalis labes, quae per non cognitam esse feminam concipientem a viro, quod non sit causatur poterat alio modo, quod non esset causari: sicut fuit in virgine benedicta, siue dicatur eam originali labes polutam, siue sine aliqua labe originali natam penitus extitisse. Dignitas autem, atque subtilitas corporis saluatoris nostri, quae apparuit in hoc, quod de virgineo vtero saluis claustris virginalibus natum est, nullo alio modo manifestari poterat, quam manifestata est. Sequitur igitur maiorem in Christo dignitatem esse saluo genitalis femineo claustrorum natum esse, quam de solo semine femineo sine virilis feminis mixtione fuisse progenitum.

Obiectiones penes praecedentia. Cap. LXII.

**F**ORTASSIS aliquis ea, quae determinata sunt, impugnabit, scilicet quod aliqua erant, in quibus Dominam nostram poenales subiacere poterat, & pertinebant ad eam pariter, & Redemptorem nostrum, in his tamen a poenales privilegium non accepit. Sicut in temporibus Dominicae euentu in infantili aetate, quia satis laboriose victum quotidianum inquirere: etiam in tempore, quo eum perdidit grauissimum affligebat, sicut scribit beatus Lucas cap. 20. Item & in passione Dominica, in qua mater acerbissimo dolore cordis intrinsecus tacta est. Non solum ergo in eis, quae ad Dominam nostram pertinebant, sed in eis quoque, quae ad Dominum nostrum, & parte virginitatis attinebant ipsa affligebatur. Quibus responderi valet, quod aliqua erant ex parte Dominam nostram, quae Christum attinebant, & haec dupliciter se habebant. Aliqua erant, in quibus Christus nihil patiebatur, sed potius suam dignitatem ostendebat: alia autem erant in ambobus communia, & in parte illa, qua Christo attinebant aliquem dolorem, aut passionem suscipiebat. Quantum ad illa, quae Christo, & virgini communia erant, in quibus Christus nihil passionis, aut doloris habebat: dicendum est virginem quoque nihil pati, aut defectum aliquem sustinere. Sic erat in hoc, quod Christus absque virili semine conciperetur, in quo passio Christi nulla erat, sed eius magna dignitas monstrabatur: ideo quantum ad istam partem Dominam nostram, nihil doloris in conceptione passa est, sicut ceterae mulieres pati consueuerunt sine claustrorum virgineorum violatione ad causandam conceptionem, quae primo virili accessu perpetratur. Eodem modo corpus Domini Iesu, de vtero virginis matris sine aliqua genitalis violatione, aut partium discontinuatione in lucem prodire fuit magna Christi dignitas: nec fuit aliqua imperfectio, aut laeso corporis eius: ideo Dominam nostram

Christi dignitas in ortu suo.

Quo maius potius suam dignitatem ostendebat: alia autem erant in ambobus communia, & in parte illa, qua Christo attinebant aliquem dolorem, aut passionem suscipiebat. Quantum ad illa, quae Christo, & virgini communia erant, in quibus Christus nihil passionis, aut doloris habebat: dicendum est virginem quoque nihil pati, aut defectum aliquem sustinere. Sic erat in hoc, quod Christus absque virili semine conciperetur, in quo passio Christi nulla erat, sed eius magna dignitas monstrabatur: ideo quantum ad istam partem Dominam nostram, nihil doloris in conceptione passa est, sicut ceterae mulieres pati consueuerunt sine claustrorum virgineorum violatione ad causandam conceptionem, quae primo virili accessu perpetratur. Eodem modo corpus Domini Iesu, de vtero virginis matris sine aliqua genitalis violatione, aut partium discontinuatione in lucem prodire fuit magna Christi dignitas: nec fuit aliqua imperfectio, aut laeso corporis eius: ideo Dominam nostram

Corpus Christi sine genitalis violatione in lucem prodire fuit magna Christi dignitas: nec fuit aliqua imperfectio, aut laeso corporis eius: ideo Dominam nostram



nostra, in partu Domini Iesu, non debuit aliquem su-

Doct. solutio, ac de modo descendendi ab Adam primo parente. Cap. LXIII.

ALITER autem propositi illi argumentationi responderi potest, quod pene omnes, que ho-

Quo Christus sit ex semine Adae

Quo Christus si habuit penalitates.

cu testante Isai, liuore eius sanati sumus. Et sicut est secundus modus descendendi ab Adam trahere ab ipso originem per deriuationem feminalem commixtione masculini & feminini: ita est secundus modus suscipiendi aliquas penalitates ab Adam, in ipsa commixtione, quapropter in ipsa carnali commixtione necessarium est, vtrinque veros sentiri dolores. Item ex hac parte in conceptione dolor sequitur: quia conceptio est, per quam esse nositur, in hac conceptione. In toto tempore, quo mulier a conceptione vsque ad effusionem infantis ab vtero pregnans est, dolores atque fastidia, & tedia, afflictionesque multiplices generantur. Et quia per partum ab Adam quoque esse trahimus: quia non esse nisi a materno vtero prodiremus in lucem, in partu quoque penalitates patuere multiplices: fit namque ibi claustrorum virgineorum, aut totaliter muliebrium perfecta apertio, aut potius ruptura, quo maximos fieri dolores status parientium indicat euidenter. Sepissime enim pre doloris magnitudine feminae in partu periclitari solent, sicut patet de Rachel in partu Benjamin Gen. 35. cap. vbi dicit, quod pre doloris magnitudine in partu periclitari cepit: & cum esset in mortis angustia, vocauit nomen filij sui Benoni, i. filius doloris mei, licet pater eius Iacob constanti, virilique animo meliori ductus consilio verteret nomen eius dicens Benjamin, i. filius dextrae. Et quia Christus non descendit de Adam quantum ad istum s. m. modum, scilicet quantum ad deriuationem feminalem, non debuit recipere aliquam penalitatem in isto modo conprehendi esse, s. in nascendo. s. q. benedicta mater sua nullos omnino in conceptione experiret dolores, & in accessu virili ad conceptionem, qui nullus fuit, nullas pateretur angustias: & in toto tempore a conceptione vsque ad effusionem infantis ex vtero nullas molestias, aut fastidia sustineret, in partu autem ab omni quoque dolorosa contorsione debuit esse prorsus immunis. Hac autem omnia Domina nostra virgo sortita est, non quasi ex aliquo priuilegio aliarum: quasi enim aliarum legi in hac parte foret obnoxia: quia non erat iustum eam in conceptione, aut partu similes alius mulieribus tolerare dolores, cum nullam rationem prorsus habuisset quare eos tolerare deberet, quia in isto secundo modo ab Adam esse non assumpsit.

In partu virgo Maria omni dolore fuit penitus immunis.

Quomodo ex vtero virginis redemptor noster saluo virgineo clastro in lucem prodire potnerit.

Cap. LXIII.

ERAT autem circa praedicta secundaria dubitatio, quomodo ex vtero virginis Redemptor noster Iesus saluo virgineo clastro erumpere potuerit in lucem. Ad quod fortassis aliquis responderet, quod licet tempore natiuitatis corpus Domini Iesu satis magna quantitatis extitisset: tamen per valde paruam aperturam genitalis vasis Domine nostrae absque vlla rupturam offensione erumpere potuit, quia non transiuit in modum rei quantae, & extensa: sed in modum rei quantitate prorsus carentis, & vt clarius dicam, transiuit per modum rei indiuisibilis.

Ad hoc autem cōforme exemplum est, quia sicut cum Christus est in hostia consecrata, quia licet ibi omnes partes suas substantiales habeat, sicut sunt pedes, & manus, & caput & cetera membra, & etiam oēs capilli sui, ita vt nullus deficiat, & tota qualitas sua, ita vt nulla ei pars desit: partes tamen suae substantiales non sunt per modum quantitatis, sed indiuisibiliter. Et ita Christus est in omnibus partibus hostiae diuinae actualiter, & in

Quo Christus si corpus sit i hostia consecrata

& in qualibet earum quantumcunq; paruae quantitas sit. Si ergo corpus Domini Iesu in hostia indiuisibiliter esse potest, melius potuit per genitale vas virginis sine vlla ruptionis offensione transire: quia id quod in indiuisibili contineri potest, melius in re diuisibili continetur. Et quantumcunq; vas genitale virginis benedictae cōclusum esse, nullatenus apertis claustris virginis pudoris, manebat tñ aliqua diuisibilis apertio, sicut in ceteris mulieribus perfecte virginibus esse solet: nam in manente femina in perfecta virginitate carnis, manet aliqua vasis genitalis apertio, per quam fieri valeat emissio vinarum. Hac autem apertura naturaliter constituta est, nullatenus virgineis claustris praerudicant.

Improbatio ac vera responsio doct. penes praedicta. Cap. LXV.

QVIBVS responderi valet, quod licet praedicta positio aliquam veritatem continere possit, propter esse in ea aliquam possibilitatis modum, & habere conforme huic exemplum: non tamen est ista positio conforme modo loquendi sanctorum doctorum, & miraculose Christi operationi sepius vsitata. Erit ergo dicendum, Christum de virgine vtero erupisse non modo indiuisibili, sed per modum satis magna, atque diuisibilis quantitatis: erupit tamen per partes corporis solidas. s. per carnem, cutem, & viscera veri benedicti. s. q. vbi erant partes solidae ventris virginis, ibi erant partes corporis Christi de illo vtero exeuntis. Tales autem sunt modi aliarum operationum mirabilium nostri Saluatoris, sicut cum de sepulchro clauso resurrexit, atque totaliter signato: nam non est dicendum, quod lapidem, qui aduolutus erat ad hostium monumenti, & quo monumentum conclusum, atque signatum erat, Christus aduoluisset illum auferens inde, atque postea exiret: nam sicut ex euangelistarum verbis colligitur angeli illi abstulerunt. Erupit ergo Dominus Iesus tantus quantus erat, scilicet ita longus, & latus sicut fuerat tempore passionis, erupit autem per ipsum lapidem, non tamen per partes lapidis cedentes corpori transeunti, aut condensatur, siue discontinuarentur: sed ita manebant sicut manere solebant, cum nihil per illas transibat. s. quod si Christus in longitudine decem palmorum esset, in latitudine autem trium, tantum de lapide monumento aduoluto occupauit, & vbi erant decem palmi longitudinis lapidis, & tres palmi latitudinis redemptoris nostri, & quantitas illius lapidis non excludebat quantitatem corporis Christi: & partes Christi erant ibi existentes, vbi tunc erant partes lapidis: nec se adiuuicem, aut impediabant, aut aliquatenus excludebant. Sic ergo vnum erat in loco Saluatoris, & alterum in loco alterius. s. Christus in loco lapidis, & e contrario. Hoc autem vocat Arist. esse simul, vel esse vnum in loco primo, & proprio alterius, vt patet in quinto Physicorum, licet hoc naturaliter fieri non possit, sed solum supernaturaliter: & est haec vna de dotibus corporis gloriosi, quam Christus semper habuit post resurrectionem suam, ante resurrectionem autem habuit, cum ei colibitum fuit. Simile autem miraculum fuit, quod fecit Dominus Iesus cum intrauit per portas clausas domus illius, in qua Apostoli post Dominicam resurrectionem congregati, atque conclusi erant, propter metum Iudaeorum. Intrauit ergo ad eos per ianuas clausas: & non intrauit tunc modo indiuisibili, sed per modum magnitudinis extensa secundum totam suam quantitatem, scilicet secundum totam longitudinem, & latitudinem: ita vt tantum quanta

erat longitudo, atque latitudo Domini corporis redemptoris nostri, de magnitudine clausurarum ianuarum corpus Christi occuparet: & vbi erat quantitas ianuarum, erat quantitas corporis Christi: & non erat Christus in tota ianuarum quantitate: sed in tanta quantitate, quanta erat Christus, sicut si tota magnitudo portarum aerea magnitudo ipse transiisset per tantam illius aeris magnitudinem, quanta erat quantitas corporis sui.

Vnde sit, quod Deus ex matris vtero non eruperit modo indiuisibili. Cap. LXVI.

AD hoc autem fortassis aliis arguere conabitur, dicens, cur potius dicemus Christum, hoc modo quam praedicto, scilicet indiuisibiliter de virginis vtero erupisse. Respondendum est, quod sicut peccatum est, ponere miraculum in eo, quod absque miraculo compleri potest: ita inconueniens est aliquid per plura fieri, quod fieri posset per pauciora, sicut ait Aristote. octauo Topicorum. Et maius est aliquid corpus indiuisibile esse, quam vnum corpus alterum penetrare. Quod apparet manifeste, quia vnum corpus posse alterum corpus solidum penetrare, cuiuslibet glorioso corpori datum est, quia quodlibet gloriosum corpus post generalem corporum resurrectionem poterit per vnum lapidem, aut parietem, aut massam ferri pertransire. Esse autem aliquod corpus similis in multis locis, aut in indiuisibili soli Dominico corpori Christi collatum est, qui in hostia est in multis hostiae partibus, & in qualibet eorum totus. Item si viginti mille hostiae simul consecrantur, in omnibus earum simul est. Item est in hostia pariter, & in celo empyreo. Sed hic poterat dici eruptio Saluatoris de virginis vtero quolibet istorum duorum modorum celebrata esse. Dicendum ergo est minori illorum duorum modorum factum extitisse, scilicet in eo, qui minus de miraculo habet, qui est transire diuisibiliter per aliquod corpus, sicut transeunt corpora gloriosa.

Obiectio penes praedicta. Cap. LXVII.

CONTRA hoc autem quispiam arguere conabitur, quod praedicta solida veritate minime fulciantur: quia haec existente Christus non existeret in hostia indiuisibiliter, sed diuisibiliter per modum quantitatis, sicut transeunt corpora gloriosa per alia corpora solida qualiacunque. Quibus respondendum est regulam illam solidam veritate consistere. Cum autem arguitur de benedictio corpore Christi in hostia consecrata respondendum, quod Christi in hostia consecrata nullo alio modo existeret potest, quam eo, quo existit, scilicet indiuisibiliter: quia cum aliqua corpora in aliis esse debent, sicut sunt corpora glorificata cum transeunt per aliqua alia corpora: necessarium est illa corpora solida, per quae transeunt corpora gloriosa tantae quantitatis esse, quanta sunt corpora gloriosa transeuntia, aut stantia in illis, quia cum corpora ista in quantitate diuisibili sunt: quolibet pars gloriosi corporis tantam quantitatem requirit quanta est ipsa pars corporis gloriosi. Et si deberet esse Christus in hostia modo corporum gloriosorum, non poterat esse maior pars corporis Christi in hostia, quam modica pars manus, aut pedis, aut capitis intra hostiam maneret: relique autem Christi partes extra subsisterent: quod absurdum est, quia cum communicamus quantacunque sit particula paruę quantitatis totum ibi Christum sumimus. Et si Christus esse

Christi corpus in diuisibiliter est in hostia, nec alio modo tunc posset.

esse deberet in hostia, eo modo quo vn̄ gloriosum corpus per alterum transire potest, necessarium erat tantæ quantitatis hostiam cōficere. s. in longitudine, latitudine, & profunditate, quantæ longitudinis latitudinis, & profunditatis Christus erat, qui in ea subsistere debebat: quo concessio, nunquam communicantes sumere poteram⁹ totum corpus Saluatoris nostri, cum non possemus tantæ magnitudinis hostiam cōficere, quæ coqui non posset. Quod si fortassis quisq̄ tāta molis hostiam faceret, & aliquo artificio coqueret, nullus tantam valeret suscipere magnitudinem. Et si fortasse non totam illam cōfectam hostiam sumeremus, sed eius quandam particulam, non sumeremus totum nostrum redemptorem, sed eius quandam particulam: vt si quis de digito Christi particulam sumeret, alius verò de digitis, aut de capillis, quod non erat communicare. & hoc est magnam inconueniens. Sequebatur autem & aliud inconueniens deformius, scilicet quòd quotidie Christus in multas laceraretur mēbratim particulas, ad quā diuisionem dolorem sequi necessarium erat. Nam ad discontinuationem partium tantum causatur dolor in re, quanta sentitē, quòd de Christo sentire nefas est. Item sequeretur necessariò quotidie Christum multoties mortem subire, & corpus suum quotidie examinari, quia cum aliquod corpus viuens est, quod in partes minutatim diuiditur, necessariū est, vita defungi, cum in sic diuisis anima nequeat facere mansionē, & vnitas rei, quæ viuens erat deleta est, quod hereticū valde est, sicut testatur Petrus in canonica sua prima. Et Apostolus Paulus ad Hebræos cap. 8. Christus semel mortuus est, & iam nō moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Item sequeretur, Christum quotidie hominem esse, & quotidie desinere esse hominem: nam Christus in triduo mortis suæ, computando per sine dochem, non fuit homo, sicut omnes sancti doctores Theologi distinguunt, licet in hoc obstiterit magister Petrus Lombardus in tertio libro suarum sententiarum, qui in hac parte communiter nō tenetur, ad quod sicut satis solidæ probationes: de quibus gratia breuitatis ad presens non insisto. Cum ergo Christus quotidie moreretur, necessariū erat ipsum quotidie desinere esse hominem. Sequeretur autē & aliud inconueniens, s. q̄ Christus quotidie a morte resurgeret: nam cum Christus quotidie moreretur, vt ex prælibatis concluditur: & tamen quotidie homo est, necessarium erat quotidie ipsum resurgere, cum sit resurrectio reuñio diuisorum: sicut mors erat separatio vnitorum, scilicet animæ, & corporis. Multiplicia quoque alia innumerabilia inconuenientia sequerentur, quæ quilibet per se inducere poterit prædicta respiciens.

*Quomodo Christus sit in hostia, & quomodo Christus ex vtero virginis exierit.*

Cap. LXVIII.

**E**X prælibatis ergo deducitur, Christum nullo alio modo in hostia esse posse quam indiuisibiliter. & non eo modo, quo corpora gloriosa per alia solida corpora transeunt. Sic quoque inducitur Christum natum ex vtero virginis non indiuisibiliter produisse: sed modo diuisibilis quantitatis: sicut transeunt corpora gloriosa per alia corpora solida omnino obstantia. Ex quo identidem necessaria illatione concluditur, Christum de virginis vtero in lucem nullatenus exiisse per eum locum, quo cetera humana corpora de feminino vtero expellantur. Omnes au-

**F**tem per genitale vas femininū emittuntur in lucem: ex quo necessarium est tantā fieri genitalis vasis apertionem, quanta est fetus magnitudo nascentis. Et quia in vtero virginali nulla fuit virginiorū claustrorum apertio: & corpus Redemptoris nostri exiit de virginis vtero sub tanta magnitudine, quantæ erat quantitatis, cum in vtero erat: necessarium erat non nasci per genitale vas Dominae nostræ. Si fortassis corpus Redemptoris nostri indiuisibiliter produisset de vtero quemadmodum in hostia est, poterat per vas genitale virginis emitti: licet apertio claustrorum nulla sequeretur: sicut in aliis corporibus sequi solebat feminis: sed non natus fuit indiuisibiliter, vt in prepositis probatum est: sequitur ergo Dominum Iesum per genitale virginis vas nō fuisse in lucem emissum. Erit ergo dicendum, Christum Deum, secundum totam suam quantitatem de vtero produisse, scilicet, quòd quantus erat Redemptor noster in vtero, tātus natus est, nulla facta diminutione in corpore suo, aut ad indiuisibilem reducendo. Et quia corpus Dominicum in vtero virgineo satis magnam occupabat quantitatem, sicut supra declaratum est, necessarium est, quòd in exitu tantam quantitatem occuparet in partibus vteri virginalis: ita quòd si corpus illud trium palmorū in longitudine foret, tres palmos longitudinis in vtero virgineo in exitu occuparet: si autem latitudo vnus palmi esset, tantum de latitudine in partibus vteri occuparet. Quia ex re necessariū erat ipsum per vmbilicum, & per totum ventrem, atque illa natum fore, hæc omnia occupando: nihil tamen de illo, aut diuidendo, aut rumpendo. Et sic dicendum est, non magis Dominum Iesum per vas genitale virginis natum quam per vmbilicum, quā per alias vteri partes: sed per omnes illas natus est. Apparet ex supradictis in vnā formam redactis, Dñam nr̄am in partu nullam claustrorum virginiorum sustinuisse fracturam. Paret etiam longiori deductione ex prælibatis Dominam nostram aptissime vas clausum dici, continens omnem virginieam clausonem, scilicet claustrum saluationem in cōcipiendo, & eadem inuiolata claustra in pariendo. Hæc autem quantum ad particulam illam primæ metaphore, in qua dicitur, vas clausum, dicta iusticiant.

*Dña nostra aptissime, quidā vas clausū vocitatur.*

*De vase non clauso. Cap. LXIX.*

**C**ONTINVATO ordine in preposita metaphorica locutione sequebatur, vas nō clausum: quod est contradictorium particulæ iam expositæ, scilicet vas clausum. Quæ si totaliter contradictoriæ essent, oportebat alteram earum falsam fore: sed sunt non totaliter contradictoriæ. s. quātum ad veritatem, licet in voce aliquo qualiter contradicere videantur. Quia in re consideratione dignum est inuestigare, cur Dominam nostram vas non clausum vocetur. Cui respondendum est, q̄ illis modis, quibus Dña nr̄a vas clausum dicebatur, vas non clausum dici potest. In prepositæ particulæ declaratione, prælibauimus Dominam nostram Saluatorem Iesum dupliciter continuisse, scilicet in animo conceptualiter, & in suo benedicto vtero realiter. Quantum ad primum modum, quo Dominam virgo continuit Saluatorem necessarium est, ipsam esse vas non clausum, siue vas apertum. Continuit enim Dominam nostram in se redemptorem conceptualiter, cū verbis diuinæ orationis ei per Gabrielen Archangelum relatæ consensit. Recepit enim in se Dominum Saluatorem per fidem, & electionem, quia non continuerat Dominam nostram semp ante hoc Redemptorem nostrum fide, & electione, cum eum nunc nouiter prepositis diuinis verbis Archægeli vo-

*Cur Dña nostra vas non clausum vocetur.*

ce consensit, est dicendum cor illius, quod ante clausum erat nullam talem fidem, aut electionem continendo, vel recipiendo, cum nouiter ista accepit ad asfentiendum, atque credendum apertum fore. De hac mentis apertione Isaias cap. 45. loquebatur cum desiderium aduentus Messie depromeret, dicens: Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum, aperiat terra, & germinet Saluatorē, exprimens in præassumptis verbis Isaias desiderium aduentus Messie expressit illa, sine quibus aduentus ille fieri non potuisset: sunt autem hæc duo. Primum est voluntas diuinæ mittens Saluatorem, qui est secunda in benedicta trinitate persona, ad nos saluandum, atque redimendū. Secundum erat voluntas virginalis, consentiens fieri nostri Saluatoris genitricem. Inuita namque nunq̄ fuisse genitrix Saluatoris: ideo quousque auditis, & intellectis verbis orationis diuinæ respondit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, vt scribit Beatus Lucas primo cap. nunquam Dei genitrix facta est. Primum autem horum duorum necessariorū expressit Isaias in verborum suorum exordio dicens: rorate celi desuper, & nubes pluant iustum. In quo metaphoricè fingendo personam rei, quæ personam non habet, celis, & nubibus loquitur, quia Deū quem pro missione Saluatoris propheta assidue exorabat, in celis erat, & hoc dicens: rorate celi desuper, & nubes pluant iustum: quia ros, & pluuia de celo, id est de aere, & de nubibus fluunt: ita Redemptor noster de coelis ad terram vsque peruenit. Secundum in hac re necessarium exprimit Isaias cum dicit: Aperiat terra, & germinet Saluatorem. Terra autem hic nihil aliud quā Dominam nostram vterus intelligitur, quia sicut terra omnes de se fructus generat, ita Dominam nostra de se protulit Saluatorē, de quo Dauid in Psalmis loquitur dicens: & terra nostra dabit fructum suum, id est vter⁹ virginis benedictæ nobis Saluatorem geminabit, hanc autem rationalem intelligentemque terram Isaias Propheta exorat valde aperiri, scilicet per consensum ad recipiendum in se redemptorem nostrum. Quia vt prælibatum est, si ipsa per consensum ad eum recipiendum nunquam aperta fuerat, non fuerat aliquatenus genitrix Saluatoris.

*Quomodo virgo Maria Christum realiter continerit. Cap. LXX.*

**A**MPLIVS autem continuit in se Dominam nostram realiter Christum Redemptorem, cum eum in suo vtero tenuit: & quia eum non ex æterno tenuit, identidem, & postquam eum suscepit non sē per clausum tenuit: sed aliquando de se protulit, necessarium est, in ea duas assignari aperturas, s. vnā ad recipiendum eum cum in ipsa non erat, alteram autē ad eum in lucem emittendum cum intra ipsam erat. Vtraque autem harum metapho. apertura est, neutra namque earum realiter extitit sicut in prepositis prælibauimus. Sunt tamen realiter istæ duæ apertiones in ceteris feminis cum concipere, aut parere debeant. Prima autem duarum apertionum est claustrorum virginiorum referatio, quæ est ad recipiendum semē masculinum, de quo partim fetus formatur in vtero, quæ in Dominam nostram non assignata fuit, quia non ex virili femine, sed ex mystico spiramine extitit grauidata. Damus tamen ad hoc aliquam apertionem, quia Saluator noster Iesus carnem ab æterno de virgine non assumpsit, sed aliquo in tēpore hoc fecit, tunc ergo Dominam nostram saltem in metaphora aperiri dicebatur, quia in se nostrum recipiebat redemptorem, secundam scilicet trinitatis benedictæ personam. Hæc tamen non est vera apertio, atque diuisio aliqua-

**A**rum corporis partium: sicut virginei pudoris claustræ verissime in femina qualibet referantur, cum semen suscipit in coitu masculino ad causandam conceptionem. Deus autem purus spiritus est, nullam habens corporeitatem loci occupatiuam: & ideo non erat ei locus necessarius, aut aliquam fieri aperturam, vt vterum virginealem subiret. Si enim corpora gloriosa apertura aliqua, aut loco ad transeundum nō indigerent, sed omnia corpora quantumcunque solida eis peruia sunt: quanto amplius Deus, qui purissimè spiritus est? Et si animæ nostræ ad transeundum parietem aliquem, aut quamlibet massam ferri apertura aliqua non indigent, quanto magis Deus, qui simplicissime substantiæ est? Item quia quando secunda in beata trinitate persona carnem de vtero virginis assumpsit, non erat ei opus ventrem subire virgineum, quia intra illud semp erat. Dicimus enim de Deo, q̄ est benedicta trinitas, quòd in omni loco sit, & extra omnem locum, & in omnibus rebus: necessarium ergo erat Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, in vtero virgineo existere eo tempore, siue instanti, quo beatifica illa incarnatio celebrata est: quod est carnē in vtero virgineo sumere: alioquin non diceremus Deum vbiq; semper esse, quod valde absurdum est, & catholicæ obuians positioni. Sic ait Ieremias propheta cap. 22. Cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus. Item quia si diceremus, Deum non vbiq; esse, non conseruaret omnia, & illa in quibus non esset, nec conseruaret, necessariò deperirent carentia rectoris, atque gubernatore in eas continue influente. Item diceremus, Deum non esse infinitum in essentia, & perfectione: quod identidem nepharium est:

*Obiectio penes prædicta, ac de Sancta Trinitate quadam. Cap. LXXI.*

**Q**UOD si fortassis quisquam asseuerat Patrem, & Spiritum sanctum, cum in incarnatio fieri debuit in vtero præfuisse virgineo: sed non filium, qui carnem assumpsit. Sic necessariò diceretur ipsum ad incarnationem virginem vterū subijisse. Respondetur hæc positio esse penitus impossibilē, quia tunc sequeretur Patrem, atque Spiritum sanctū vbiq; subsistere filium, autem nequaquam: quod est contra catholicam assertionem, quia tunc sequeretur filium in diuinis minoris esse perfectionis quam patrem, & Spiritum sanctum: quod est contra symbolum Athanasij, in quo continetur fides circa principalia puncta, & dicitur: Qualis pater, talis filius, talis spūs sanctus. Item in eodem symbolo cum Athanasius de filio incarnato sermonem ageret, dixit equalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Item quia sequeretur filium non esse in diuinis infinitum, ex quo consequenter inferebatur eū creaturam esse, vt Arius heresiarcha magnus asseuerat a tota vniuersali Ecclesia condemnatus. Necessaria patet inductione, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, scilicet sanctam, atque benedictam personam trinitatem in virginis vtero extitisse, cum debuit in incarnatio celebrari. Item & hoc amplius patet, q̄ si Pater, & Spiritus sanctus erāt in virginis vtero, necessario ibidem filius existeret, quia Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus indiuidue substantiæ: vbi ergo vnus est, necessariò alius erit. Et sicut dictum est, tunc cum incarnatio celebrata est, sanctissimam Trinitatem in virginis vtero extitisse. Ita nunc profiteri debemus ibidem beatam consistere Trinitatem: & ibidem in æternum futuram, alioquin aliquis locus, aut res daretur, in qua Deus non existeret, quod impossibile est: vt supra probatum est. Et sicut nunc bene-

*Inductio ne probat sanctam Trinitatem in virginis vtero extitisse.*

*Benedicta Trinitas vbiq; est in quocunq; bet quolibet cuiusque parte bene-*



benedicta Trinitas est, in vtero virginis: ita est in ca- pite nostro, & in manibus, pedibus, atque capillis, & in lapidibus, parietibus, & in oibus alijs rebus, & in infer- nis, & demonibus: alioquin illa esset definerent. Sequi- tur ergo, qd cum Deus filius secunda in Trinitate psona assumens de virgine carne in vtero virgineo existeret tempore incarnationis: quod non erat necesse eum alium eius subire.

Dubius an ante incarnationem Christus in vtero virginis existerit. Cap. LXXII.

ET si quispiam contra hoc arguere moliat, qd Christus in vtero virginis non esset tempore, quo carnem assumere deberet, quia dicitur in symbolo fi- dei per Apostolos facto: Descendit de celis, & incar- natus est. sequitur ergo eum paulo ante hoc in virginis vtero non fuisse. Quibus respondetur, qd Christus in vtero virginis erat, quando carnem assumpturus erat, & quod non descendit de celis ad assumendum carnem in virginis aluo: intelligendo, qd Christus ante carnis assumptionem in celis existeret, & non in terra, & in virginis aluo, & tempore incarnationis esset in virginis vtero, & non in celis: quia hoc totum infinitati Dei re- pugnat, pariter & perfectioni. Cum autem scriptura dicit, qd filius Dei descendit in virginis vtero de celis ut inde carnem assumeret: respondendum est, qd ista, locutio non est in sensu historico aut literali intellige- da, sed in methaphorico, secundum qd multa aliq in sa- cra scriptura methaphorae sunt. Hoc autem facit sacra scriptura Spiritu sancto docente, quia omnis sacra scri- ptura ad erudiendum nos est in via vitae aeternae, tam credendo q operando. Et quia si a nobis intelligi non valeret, nihil omnino proficeret, oportuit eam in tali forma traditam esse, in qua a nobis intelligi posset, & quia intellectus noster sequitur modum corporeu, qd est organu corporeu, necessarii fuit, vt ea, q ad fide pertinebant sub proprietatibus corporu nobis intelli- genda proponerent. Quia si ea, quae de Deo nobis dicitur fm proprietatem suam nobis proponi deberent, ineffabilia essent, quia ad ea exprimenda nobis penitus verba deficerent, & si aliqua expressiuua verba forent difficulter intelligerentur, praesertim ab intellectibus hominum rusticorum. Fuit ergo necessarius metha- phorarum vsus: & sic facit sacra scriptura potissime in veteri testamento: quia in ipso hominibus rudibus lo- quebatur, & noui incipientique intellectus. Con- formiter autem hic methaphorica locutio est, in qua sacra scriptura finxerat nobis Deum tanquam quendam regem magnum atque excellentem, cuius sedes in celo est, quia vt Dauid propheta testatur, dicens: Dominus in celo sedes eius: cum autem quippiam in his inferio- ribus fieri debet dicitur Deus huc ad illud efficiendu descendere. Et sic habetur Gen. ca. 18. Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere com- plerint, & sic necessarium erat, quod si Deus in ce- lo sicut rex magnus esset, quod cum in terris aliquid facere debet, ad eas de celis descenderet. Scriptura autem hunc modum sequuta dixit, quod Christus siue filius Dei, quod idem est, de celis in virginis aluo carnem assumpturus descendit: quia assumptio car- nis in celo fieri non poterat, cum virgo in terris existeret.

Sancta trinitas in vtero virginis exiit antequam filius Dei inde carnem assumeret. Cap. LXXIII.

IN Quo solidius speculantibus dicendum est, quod tota sancta Trinitas in virginis vtero existeret

antequam filius Dei inde carnem assumeret, non ta- men eundem effendi modum in ea habuit, quem po- stea habuit. Considerandum autem est, quod eo mo- do, quo pater, & Spiritu sanctus in vtero virginis ste- terunt, ita postea semper fuerunt: filius autem Dei non eodem modo semper stetit in virgine. Quod ap- paret, quia dicimus sanctam Trinitatem, qui Deus est, ex sua immensa perfectione vbique, & in qualibet re esse, & quia alius virginis aliquis locus, aut res erat, necessarium erat eam ibidem existeret, ex quo ipsa mu- lier esse cepit, pariter autem nunc necessarium est su- pradicta ratione consistere. Iste autem modus, quem sancta Trinitas in virgine ante coceptum Saluatorem & post partum habuit, est modus, quo in omnibus re- bus simul est, quia nullum specialio rem effendi modum in ipsa quam in ceteris rebus habebat. Ab instanti aut conceptionis Dominae benedictae vsque ad partum, fuit in ea sancta trinitas, sed filius Dei, quae est secunda in Trinitate persona, non habuit ibi eundem effendi modum, quem ante habuerat. Ante hoc n. solum in ipsa erat sicut generaliter in ceteris rebus eam custo- diendo, postea autem in ipsa fuit assumendo carnem ex sanguinibus eius, & faciendo carnem illam esse par- tem illius humanae naturae assumptae ab ipso. Erat ergo dei filius in virgine post coceptionem sicut in matre, donec ipsum peperit, sicut nunquam ante stete- rat eodem modo nunquam in aliquo viro, aut femina sic fuit, quia de nullo homine viro, aut femina car- nem vnquam assumpsit: sed ex sola virgine benedi- ctam. Postquam vero filius Dei de virginis vtero na- tus est, non mansit in ipsa sicut in matre, vt ante ma- nebat: sed mansit in ipsa tota Trinitas sicut a princi- pio manserat, & iste erat generalis modus, secundum quem in omnibus rebus est. Ex quo euidenter induci- tur, quod si aliquis modus effendi specialis filio Dei in virginis vtero fuit, hoc erat dum Domina noster, dominu Iesum tenebat in vtero grauidata, quia mo- dus effendi prior, & posterior omnibus rebus genera- lis fuit. Item dicendum est, quod Pater, & Spiritus San- ctus nunquam specialius in virgine steterunt, quam in ceteris creaturis, quia si aliquem modum effendi spe- cialē in ipsa habuerunt, hoc fuit: quia dñs noster ex ip- sa carnē asumpsit, et non ex aliquo viro aut alia femi- na, & fuit in ipsa sicut in matre, sed pater, & spiritus car- nem non asumpsit, sed soli filio hoc datum: solus ergo filius specialē modum effendi in virgine magis q in ceteris habuit creaturis, sed nec Pater, nec Spiritus habuit aliquē specialem modū effendi in virgine benedicta. Ex praebatis infertur in Domina nostra, nullam verē in carne fuisse aperturam ad concipien- dum, pariendumque nostrum redemptorē, sed que- cunque illa dicatur methaphorica est.

De secunda apertione, quae fuit in exitu Saluatoris. C. LXXIII.

SECVNDA de methaphoricis in virgine aperturis fuit apertio in exitu Saluatoris, quia redemptor nō carnem asumpsit in virginis aluo, et non stetit semp in ipso, necessarium ergo erat inde aliquando exisse, ad hunc autem exitum in omnibus parietibus sequi- tur apertura, et non qualiscunque apertio, sed maxia, et dolorosa omnium claustrorum muliebrium aper- tura. Si hoc sic in Domina nostra fuisset, recte dici pos- set vas non clausum, sed nihil omnino tale in ea fuit: nam fuisset magna imperfectio, sed potius virginis pu- doris clausura totaliter illibata permansit: quia nun- quam in conceptu, aut partu genitale virginis vllam passum est lesionem: sed in eadem perfectione, in qua Domina nostra in Natiuitatis suae die prima fuit, in ea vsque ad mortem permansit. Quomodo autem Domina

In Maria virgine fu- it apertio methaphori- ca.

Dña nostra parere potuit claustris illibatis virgineis, superius explanatum est. Quia tñ dominus in tra virgi- nis vterum fuit, & exiit, licet in exitu nulla fuerit aper- tio caufata, aut fractura claustrorum, sicut in ceteris parietibus euenire solet, dicitur in ea fuisse apertio in methaphora: quia in ceteris mulieribus, a quibus ali- quid emittitur apertionem patiuntur. Quantum ad hos duos figuratos modos Domina nostra vas non clausum dici potest: nā si per omnem modum vas cō- clusum fuisset, nunquam in se aliquem recepisset, aut de se aliquid protulisset: sic enim patet expositio secū- dae particulae vni primariae figuratae Paradoxae, scilicet vas non clausum.

De tertia particula huius primae methaphorae paruum, scilicet B vas. Cap. LXXV.

IN praeposita methapho. cuius insistimus expositio ni: tertia particula erat paruum, scilicet qd vas istud paruum erat. In quo aduertendum est, quod sicut Domina nostra vas clausum, & non clausum dicitur referendo ad nostrum redemptorem: ita vas paruum & non paruum ad eundem referēdo praedicatur, quē tanquam vas ipsa continuit. Circa quod consideran- dum est, quod paruum est nomen relatiuum, & non dicitur nisi referendo ad suum correlatiuum: est aut correlatiuum parui magnum, & per vnum eorum al- terum cognosci debet, sicut ait Aristot. in lib. praedica- mentorum in praedicamento ad aliquid, si quis cogno- uit vnum correlatiuorum diffinitē cognoscit & reli- quum, id est qd si quis cognoscit significationem, vel diffinitionem vnius relatiui, cognoscit diffinitionem, & significationem alterius. Cognito ergo quid sit ma- gnum, quid sit paruum cognosceremus. Magnum dup- liciter dicitur. Primo modo magnum habet signifi- catum absolutum, & ponitur in praedicamento quā- titatis. Secundo modo significat relationem, & hoc modo quantum ad fundamentum ponitur in praedi- camento quantitatis, & quantum ad formale signifi- catum ponitur in praedicamento ad aliquid siue rela- tionis. Primo modo omnis continua quantitas ma- gna dicitur, siue modicum de longitudine aut latitudi- ne habeat, siue multum, & isto modo magnum non recipit comparisonem: nec dicimus vnam quantita- tem altera maiorem, cum omnis quantitas, qualiter- cūque se habeat magna sit, & in praedicamento quā- titatis non reperitur magis & minus, sed in praedi- camento qualitatis. Quantitas namque prima diuisio- ne in cōtinuum, & discretum diuiditur, omnibus aut existentibus sub quantitate cōtinua pertinet ista gene- ralis proprietas. Iesse magnum: omnibus, autem sub quantitate discreta existentibus pertinet passio ista, q est multum, sicut sunt numeri, & sic omnis numerus multum dicitur quicūque vnitate habuerit. Isto mo- do accipiendo magnum, non reperitur aliquid paruu: quia magnum sic non dicitur relatiuē. Nam quacū- que quantitas continua sit, magna dicitur, & non est aliqua, quae parua praedicetur, nec sunt tunc opposita relatiua magnum, & paruum. Alio modo accipitur magnum relatiuē, & vocatur tunc magnum, quod multum de longitudine aut latitudine habet, vel al- terius commensurationis continuę quantitatis. Res autem quae modicum longitudinis aut latitudinis, vel alterius commensurationis habet parua vocatur. Et quia aliqua sunt, quae quibusdam comparata parua di- cuntur, alijs autem comparata magna iudicantur, con- siderandum est cui rei Domina nostra hic referatur, ad quam relata vas paruum iudicetur: nam si Domina nostra nulli cōpararetur, nec vas paruum, nec magnum dici poterat, cum magnum relatiuē assumatur. Qui-

Magnum dupliciter dicitur.

bus respōdentes dicere debemus, quod omnes huius methaphorae partes de nostra Domina praedicantur, referendo eam ad nostrum redemptorem. Vocabitur ergo vas paruum respectu Christi: quia ipsa fuit vas continens Saluatorem, ad continendum tamen eum fuit vas paruum: quia vterus virginalis erat parua quā- titatis, sicut alius alterius mulieris. Filius autem Dei, qui in eo gestandus, infinitus erat in essentia, & in vir- tute, & non recipitur in toto mundo, & est in omnib⁹ rebus & extra omnes res. Sic declarat Ieremias cap. 23. Caelum & terram ego impleo, dicit dominus. Et Plal- mista Plalmo 138. ait explicans magnitudinem Dei: Quō ibo a spiritu tuo? & quō a facie tua fugiam? Si ascendero in Caelum, tu illic es. Si descendero in infer- num, ades. Si sumptero pennas meas dilucalo, & ha- bitauero in extremis maris, etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. De hoc lob multoties, & in plerisque sacrae scripturae locis. Que- libet ergo res corporalis ad hanc rem infinitam conti- nendam est parua rationabiliter ergo Domina nostra vas paruum nuncupabatur. In quo ecclesia admirata quomodo Domina nostra in se clausit Saluatorem dicit eam laudans: Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Quomodo Christus in virgine carnem assumere potuit.

Cap. LXXVI.

ARGVET autem fortasse quispiam, quomodo redemptor noster in virgine carnem assumere potuit, aut intra eius viscera claudi: aut quomodo in- tra parua rem magnum aliquid claudi potuerit, quia loci & locati conditio talis est, quod commenturan- tur, & aequalia sunt, nec potest res locata maior loco suo, aut re, intra qua locatur esse. Aliquis forte respō- debit, legibus naturae repugnare intra rem paruum re magnam posse locari, operatione tamen miraculosa magnum intra paruum locari potest, sic ergo Deus li- cēt infinitus sit, actione miraculosa intra corpus virgi- nis claudi potuit. Responso assignata multipliciter peccat. Primo, quia dicit miraculose rem magnā quā titatis intra rem paruae quantitatis posse locari: hoc tñ est falsum: licet enim Deus rem magnam intra rem parua locare posset reducendo eam ad parua quan- titatem: rem tamen magnae quantitatis in magna quā titate manentem sub parua quantitate locari impossi- bile est. Deus enim totam aquam maris reducendo

Quo De- res magnā parua lo- cari possit.

ad valde paruum quantitatem posset intra vnam am- phoram collocare, quia nullam cōtradictionem aut inconuenientiam includit, Deum tamen totam aquā maris sub sua quantitate manente intra amphorā col- locare est impossibile, & includit contradictionem. Sic ergo magnam quantitatem intra paruum colloca- ri prorsus contradictionem includit, quia dici magnū posse sub paruo concludi, est dicere magnum sub for- ma magni sub paruo posse concludi: quod nullatenus fieri naturaliter, aut miraculose pot: nec cadit sub ali- qua potentia. Euidenter ergo apparet non posse hāc respōsionē teneri, quia si fortassis respōsionē istā pro- posito applicare velimus, dicēdo rem magnam intra parua miraculose posse concludi, cum res magna ad parua reducitur quantitatem, dicemus Deum, qui infinitus erat, diminuisse magnitudinem suam, vt intra virginis vterum caperetur, quod manifestē fi- dei repugnat, & omni Philosophorum positioni, & omni recto intellectu, quia Deus diminutionem oīo non patitur, nec vicissitudinariam mutationem, testā- te Malachia cap. 3. Ego Dominus, & non mutor. Sic etiam testatur Iacobus in Canonica Epistola sua cap. primo.

primo. Item continet errorem ista positio, quia miraculum esse asseuerat Dominum Iesum intra virginis uterum assumpturum carnem humanam fuisse conclusum: quod si verum est, conformiter miraculum erit Deum intra nos, & intra res singulas esse, sacra tamen scriptura asserit Deum intra omnia esse: & extra omnia, & oēs doctores huic assentient, nullus tñ vnquam miraculum esse dixit, Deum intra ista, & eorum singula esse: non ergo fuit miraculum Deum intra virginis uterum fuisse conceptum, sicut isti stultè asseuerant. Item sicut non est miraculum animam humanam intra corpus posse consistere, ita Deum intra illud existere miraculum nullum est: sed animam humanam intra corpus posse consistere nullus asseruit esse miraculum: identidem ergo dicitur Deum intra singula capi miraculum nullum est. Hoc autem amplius declaratur, quia anima spiritus est indiuisibilitatē continens, nullumque occupans locum: non est ergo vllum miraculū eam intra quodlibet corpus capi, quātumcumq; paruum illud sit: de Deo autem liquet eū spiritum fore, sicut ait Beatus Ioan. cap. 4. & est simplicior anima humana oibusque aliis rebus, cum maioris perfectionis rebus omnibus sit. Minus ergo erit miraculum Deum intra singula capi posse, & intra virginis alium consistere, quā aīam virginis existere in eius corpore benedicto: sed etiam suam in suo corpore contineri miraculū nullum erat: ergo nec Deū intra virginis alium esse miraculum erit.

Aīa species est indiuisibilis.

Responso Doct. ad dubium actum superius, Cap. LXXVII.

**RELICTA** autem hac infana responsione, ad formam argumenti respondendum est: cū dicitur, quod res quantitatis maioris intra rem parue quantitatis capi non potest, sed Deus est infinitus, uterum autem virginis parue quantitatis erat: ergo intra eum capi non poterat. Periculum respondere distinguendo maiorem, aut minorem. Si autem ad maiorem volumus respondere, dicemus eam esse falsam: quia bene capitur res magnae quantitatis intra paruae quantitatis locum, quia licet res magnae quantitatis corporeae intra rem paruae quantitatis molis capi non possit, res tamen magnae quantitatis virtutis, aut spiritualis intra rem paruae quantitatis corporeae capi potest. Ad minorem etiam possumus respondere negando eam, quae continebat Deum vtero virginis esse maiorem: comparatio enim semper in vniuersis sit, vbi quae autem aequiuocatio reperitur, comparatio nullatenus fieri potest, & quia res corporales sunt magnae magnitudine corporali, Deus autem magnus est, atque infinitus magnitudine spirituali, non est ergo verū Deum maiorem vtero virginis esse. Nec aliqua alia re corporea. Etiam non est aliqua res corporea Deo minor. Sed si aliquo modo improprie loqui velim, congruentius dicere poterimus virginis uterum Deo maiorem existere, quā e conuerso: quia uterum virginis alicuius quantitatis est, Deus autem nullius est quantitatis: apparet ergo qualiter Dominus Iesus intra virginis se uterum clausit: & quomodo comparata ad redemptorem Domina nostra vas paruum rectè dicatur.

Quarta particula huius metaphora, scilicet non paruum, Cap. LXXVIII.

**PRIMAE** huius metaphora quarta particula sequitur, scilicet vas non paruum, & dicitur de Domina nostra, sicut ceterae huius metaphora particulae, scilicet quod ipsa est vas non paruum, id est magnum. Et quia magnum, siue non magnum, ut hic acci-

pitur significat relatiuè, inspiciendum est, ad quem comparata vas non paruum, siue magnum dicatur. Et quia inter relatiua habentia oppositionem est generale, quod vna res potest esse subiectum illorum duorum relatiuorum, & denominari ab illis, sed hoc non comparando ad idem, sed ad diuersa: sicut in his duobus nominibus correlatiuis pater, & filius: potest namque aliquis simul esse pater & filius, & quilibet horum ad alterum est: sed qui est pater non dicitur pater referendo ad eum secundum quod filius est: quia tunc haberet eundem pro patre, & filio, quod est impossibile, includitque contradictionem. Ita aliquid potest dici magnum, & paruum respectu duorum, & relatum ad vnum vocabitur magnum, ad alterum autem relatum paruum vocabitur: sed ad idem comparatum magnum & paruum appellari non poterit, sicut si aliquem hominem duobus palmis maiorem asseramus, & eundem duobus palmis dicamus esse minorem: cum autem Domina nostra hic vas paruum & non paruum dicatur: necesse est ista duo relatiua non secundum idem, vel ad idem de ea praedicari.

Dubium ad quid relata Domina nostra vas non paruum appellat.

Quaeremus ergo ad quid relata Domina nostra vas non paruum appelleretur. Cui inquisitioni respondendo, dicemus Dominam nostram virginem vas non paruum nuncupari ad Christum relata, quem tanquam vas continebat. Cui aliquis obuiabat, dicens, subsistere non posse, quia tunc aliquid magnum & paruum ad idem referendo diceretur, quod militat in regulā relatiuorum superius assignatam. Huic autem responderetur, quod licet ad Christum relata Domina nostra vas paruum & non paruum appellatur, tamen diuersis respectibus. Dicitur enim vas paruum relata ad Christum respectu continentiae, scilicet ut ipsa illud continere deberet: quia Domina nostra non erat tantae excellentiae aut virtutis, in qua Deus, qui infinitus erat virtutis, & essentiae, carnem deberet assumere, ipsaque Deum contineret. Vas autem non paruum siue magnum Domina nostra vocatur: quia in se actua liter nostrum cotinuit redemptorem: qui cum valde magnus atque infinitus esset, non nisi à valde magno vase contineri potuisset, sed ab ea contentus est, ergo ipsa vas magnum erat. Sic enim eam Ecclesia tanquam magnae continentiae vas miris laudibus effert, dicens: Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. De ipsa identidem sacrosancta canit Ecclesia: Sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio, quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

Notandum penes praedicta.

Cap. LXXIX.

**AD** huius autem veritatis solidiorem perscrutationem attendendum est, quod Dominam nostram vas paruum, & vas non paruum dici dupliciter considerari potest, scilicet aut quantum ad realitatem siue naturam, aut quantum ad dignitatem, & excellentiam. Quantum ad primum modum, scilicet quantum ad naturam, dicendum Deum verum, siue totam sanctam Trinitatem intra virginis uterum capi non erat vllum miraculum, nec ad hoc referendo Domina nostra vas paruum dici potuisset. In qualibet enim parte, aut re totius vniuersi quantumcumque illa parua sit est tota sancta Trinitas, sicut in praebatis comprobatum est. Alioquin magnum inconueniens sequeretur, scilicet quod res illae, in quibus Deus non esset à Deo non conferuarentur, reciperent tamen esse, & permanentiam. Item darentur

remus ex parte Dei imperfectionem, quia dicemus, quod Deus non erat simplicissima substantia, quia in quibusdam capiebatur, in alijs vero non. Diceremus quoque aliquas res esse, quae à se Deum excluderent, quod identidem inconueniens magnum est. Fortasse autem aliquis arguet ex hoc, quod dicit Ieremias capitulo vigesimo tertio: Caelum, & terram ego impleo, dicit Dominus. Ecclesia quoque cantat: Quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Quomodo ergo in virginis utero capi potuit, quem caelum non capiebat, praecipue cum tanta sit proportio excessus magnitudinis corporis caelestis ad paruitatem vteri virginalis? Item Deus substantiae simplicis est, cum ergo in qualibet re quantumcumque parua capiatur, quomodo in caelo non capit? Ad cuius euidentiam considerandum est, in singulis rebus quantumcumque parua quantitas sit, Deus est, sed omnes res vniuersi simul sumptae Deum totaliter non includunt. Huius autem fundamentum est ad posse fieri, & posse intelligi, quia Deus secundum corpoream quantitatem est simplex, nec habet vllam quantitatem, quia indiuisibilis est: est tamen infinitus quantum ad essentiam, & virtutis quantitatem, atque potentiam, quia dicimus Deum vbi que secundum potentiam, praesentiam, atque essentiam esse. Quantum ad istas duas partes propositionis duarum quantitatum, quas in Deo confitemur, concedimus duo genera propositionum de Deo, quae repugnare videntur, cum non repugnant. Nos enim loca rebus attribuimus secundum suae quantitatis magnitudinem, rebus autem magnae quantitatis locum magnum attribuimus, paruae quantitatis corpora intra parua loca collocamus: res ergo, quae nullius corporeae quantitatatis est, in quolibet loco capi potest, cum non indigeat aliqua magnitudine corporea, in qua recipiatur: & quia Deus quantitatē nullam corpoream habet, est indiuisibilis, sicut declaratum est, quia spiritus substantia simplex est. Sequitur ergo, quod in qualibet re quantumcumque paruae quantitatis capietur Deus, cum non habeat partem aliquam huius quantitatis, & non solum Deus intra res habentes quantitatem capitur, quantumcumque parua illa sit, sed etiam intra res, quae nullam obtinent quantitatem, & simplicis substantiae sunt, atque indiuisibiles: sicut in animabus nostris. Dicimus enim Deum intra animarum nostrarum essentias esse, & intra essentias angelorum. Et sicut miraculum nullum est rem aliquam duorum palmorum intra rem quatuor palmorum collocari: ita miraculum nullum erit Deum intra re quamlibet quantumcumque paruae quantitatis posse consistere.

Deus est in omnibus, sed tamen à reb' omnibus simul sumptis contineri non potest.

De eadem re hic agitur. Cap. LXXX.

**SECUNDA** huius fundamenti pars est, Deum infinitae essentiae, virtutis, atque potentiae esse: & sic non solum hic, sed etiam ibi, & alibi, atque vbi que, est: nam si locum aliquem, aut rem aliquam darentur, in qua Deus non existeret, non esset ibi potentia, & essentia, atque virtus sua: & sic Deus terminatus esset in essentia, & potentia, & virtute, quod fides catholica diffiretur. Sequitur ergo, Deum in quolibet loco esse, & in omnibus locis simul sumptis, & in qualibet creatura, & in omnibus creaturis simul sumptis. Et non solum Deus in omnibus rebus est, sed etiam extra omnes res: quia si Deus solum intra omnes creaturas existeret, quia locus, & res locata aequantur, aut saltem locus materialiter maior est re locata, sequeretur omnes res simul sumptas Deo fore aequales, vel maiores: quia essentia sua, & potentia non exten-

Deus non solum in singulis reb' est, & omnibus simul sed etiam extra omnia

Alph. Toft. Parad.

duntur ad esse ulterius, quam in omnibus rebus, aut omnes res simul sumptae Deo maiores sunt, quod falsum est. Sequitur ergo Deum non solum in omnibus, aut in toto mundo esse: sed etiam extra omnes res, & extra totum mundum. Non tamen ex hac occasione intelligendum est, aliquem locum vacuum esse extra mundum in quo Deus sit, & nulla alia res sit, sicut quidam homines rudissimi arbitrati sunt, quia hoc contradictionem includit. Scire autem per certitudinem quid sit esse Deum extra totum mundum, aut extra omnes res, maioris est speculationis, quam praesens tractatus requirat, ideo hoc nunc subricebimus, sed de hoc diffusè super tertium capitulum Exodi disputauimus. Ad hoc autem apertius elucidandum, est quoddam exemplum conueniens de anima rationali: nam dicimus totam animam in toto corpore humano, & totam in parte qualibet corporis consistere. Si ergo anima rationalis talis conditionis est, quod in qualibet parte corporis capitur, id est non est aliqua pars quantumcumque parua, in qua capiatur: & tamen non est aliqua pars corporis quantumcumque magna sit, in qua anima totaliter claudatur, quia tunc intra solam illam clauderetur, & in alijs nullatenus, quod falsum est: quia tunc alij vitam non tribueret: melius ergo hoc in Deo fieri poterit, quod in re qualibet quantumcumque parua capiatur, & tamen non claudetur in aliqua re, sed erit in omnibus alijs. Quomodo autem intelligi valeat, & euidentibus induci argumentis, quomodo anima in toto corpore sit, & tota in qualibet corporis parte, est satis magna speculatio, de qua satis disputauimus super Exodum capitulo vigesimo.

Expositio quorundam verborum Ieremiae, ac Ecclesiae.

Cap. LXXXI.

**PRAEDICTA** autem in Deo sunt, & de eo dicuntur propter propositum fundamentum, scilicet, quod Deus non habet aliquam quantitatem, quia ex causa in re qualibet capi potest, & quia essentia sua est infinita in omnibus rebus est. Cum autem scriptura dicit capitulo vigesimo tertio Ieremiae: Caelum, & terram ego impleo, dicit Dominus. Et cum Ecclesia cantat: Quia quem caeli capere non poterant tuo gremio contulisti, non est sensus, quod Deus, id est, Sancta Trinitas non stet tota in toto caelo, aut in tota terra, quia in qualibet parte caeli, aut terrae est Benedicta Trinitas, sicut declaratum est, quia indiuisibilis est: Capiturque in omni loco, quantumcumque ille paruus sit. Est tamen sensus, quod non capitur Deus in caelis, id est, quod licet Deus secundum se totus in caelis sit, tamen non est sicut eis, quod caeli totaliter contineant, & claudant Sanctam Trinitatem, quia tunc esset Deus in aliqua alia rerum parte, nisi in caelo, quod falsum est, quia in omnibus rebus est. Sic autem quamuis Sacra Scriptura in modum miraculi ponat Deum in vtero virginis capi, qui intra totum coelum non capiebatur, non est miraculum. Et quando dicitur, quod dominus non poterat capi in caelo, est sensus, quod non poterat Deus intra caelum contineri, ita quod in caelo esset, & in nullo alio loco extra caelum. Hoc identidem de beata Virgine verum est, quia licet filius Dei, aut beata Trinitas in vtero virginis tota existeret, ita quod nulla pars, aut aliquid eius ibi deesset: tamen non sic in vtero illo erat, quod in nullo alio loco, aut re existeret, quia cum filius Dei carnem assumpsit, & nouem mensibus in vtero virginis

C

ginis

ginis fuit, stabat etiam in toto vniuerso, scilicet, in celo, & terra, aere, atque mari. Tunc ergo sicut verum est, quod coelum totaliter in se concludere Deum non valebat: ita & in virginis vtero totaliter capi non poterat.

Quomodo Domina nostra Christum concipere potuit, si intra eius vterum penitus non stabat. Cap. LXXXII.

SI alijs fortassis argueret: quomodo Domina nostra Christum concipere potuit, si intra eius vterum totaliter non stabat. Hinc respondendum est, quod verum est totum Dei filium, quem virgo concepit intra eius vterum exiisse, & nullam eius partem, aut de eius essentia extra vterum remansisse. Sicut si aliquis homo intra saccum aliquem clausus foret, qui tamen alteram manuum extra saccum adduceret: tunc enim totus homo ille intra saccum minime existeret. De filio autem Dei, quem virgo concepit ad ipsam referendo sic dicere non valemus: quia filius Dei spiritus est, atque indiuisibilis substantia.

De indiuisibilibus regula.

De indiuisibilibus autem regula est, quod ubi aliquid rei indiuisibilis est, tota ipsa res indiuisibilis est, cum non habeat partem, aut partes. Hoc autem solum sufficit ad hoc, quod filius Dei de virginis vtero carnem assumeret, ipsaque Domina Dei filium conceperet, quod enim filius Dei tempore conceptionis, siue incarnationis, non solum in aluo virginis esset, sed etiam in ceteris rebus, nihil obstabat ad hoc, quod a virgine conciperetur, aut totaliter in eius vtero esset. Cum autem Ecclesia dicit: Quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Non est sensus, quod vterus virginis eum totaliter contulisset, ita quod in alijs rebus, aut locis nullatenus existeret, sed quod benedicta Virgo eum in vtero tenuit totum, scilicet, non manente aliqua parte eius, aut aliquo de essentia eius, siue natura, quod intra virginis vterum non esset. Hoc autem de caelo identidem verum est, quia coelum semper in se Deum totum tenuit, siue beatissimam Trinitatem, & semper continuit, licet non solum Deus in caelo existeret: sed etiam in omnibus alijs locis. Sic enim quantum ad hoc caelum, & Domina nostra virgo aequalia sunt: nam eo modo, quo Domina nostra, continebat in se filium Dei, siue Sanctissimam Trinitatem, continebat illum coelum. Et eo modo quo coelum continere non potuit filium Dei, nec vterus virginis valuit continere, sicut supra declaratum est. Ecclesia tamen in laudem Dominae nostrae faciendo inter eam & coelum differentiam, ponit hanc continentiam, tanquam miraculum. Differentia autem continentiae haec est, quia licet filius Dei in virginis aluo subsisteret in omnibus rebus vniuersi esset, tamen de nulla omnium rerum carnem assumpsit praerogam de vtero Virginis benedictae, & in hoc fuit aliquid speciale. Sic enim ait Paulus Apostolus in Epistola ad Hebraeos in capitulo secundo: Nusquam angelos apprehendit, semen autem Abraham apprehendit, id est, quod filius Dei non assumpsit aliquem angelum ad vnitatem hypostaticam, siue supernaturalem, siue aliquam aliam rem, cum quilibet res assumptibilis esset a verbo, sed assumpsit ad hanc vnitatem semen Abraham, scilicet, Beatam Virginis carnem, quae erat de semine Abraham, sicut Matthaeus, & Lucas in Saluatoris Genealogia conscribunt.

De eadem re superiori speculatio. Cap. LXXXIII.

CIRCA hoc autem acutius speculantibus dicendum est, quod ad hoc, quod filius Dei carnem

de virginis aluo assumeret, non magis conferebat dominum Iesum. scilicet, verbum patris intra virginis vterum solum esse, & in nulla alia re, quam quod in beata Virgine existens in omnibus alijs rebus simul esset, sicut erat quando benedicta illa conceptio facta est. Hoc autem conuenienti patet exemplo, quod ab omnibus catholicis approbatur. Scimus namque ex fidei traditione, quod quotienscunque sacerdos rite in sacerdotium promotus verba consecrationis super debitam materiam triticeae panis profert, in instanti quo prolatio desinit, est tota substantia panis conuersa in verum corpus nostri redemptoris, & incipit nouiter Christus in illa hostia esse, in qua antea nullatenus existeret. Et si fortassis multi sacerdotes rite promoti haec consecrationis verba super debitam materiam in eodem loco, aut in diuersis mundi partibus simul protulerint, sunt simul multae hostiae consecratae, & in qualibet illarum Christus est verus Deus, & homo. Et non dicimus Christum perfectius existere in vna hostia, quando sola fuerit consecrata, quam cum simul decem millia fuerint consecratae. Item si vna hostia sola fuerit consecrata, est Christus in ea solum semel, quod si in particulas decem mille fuerit diuisa, in qualibet earum verum, & integrum Christum est, & dicimus non esse perfectius Christum in tota hostia, quando indiuisa erat, quam sit in qualibet illarum decem mille particularum. Sic ergo conformiter non stetit Christus perfectius in virginis aluo, si in eo solo existeret, & in nulla alia rerum parte, quam si in virginis vtero existens in omnibus simul mundi partibus esset, sicut in benedicta conceptione factum est. Ex praelibatis apparet nullum fore miraculum quantum ad naturam, siue ad realitatem, filium Dei intra virginis existere vterum: quia satis interius, capi poterat, & adhuc in qualibet alia re quantumcumque minoris quantitatis: quia cum indiuisus sit, omni caret quantitate.

Nunquid virgo fuerit digna, vt Christus ex ea carnem assumeret. Cap. LXXXIIII.

SECUNDVM autem quod speculandum proposuimus erat dignitas continentiae, scilicet, si Domina nostra digna erat, vt de ipsa filius Dei carnem assumeret, quod si forte ipsa digna reperitur non erit in hoc vllum miraculum. Si autem digna non esset, mirabilis erat dignatio Domini ex ipsa carnem assumere. In quo aduertendum est, Dominam nostram perfectiorem fuisse, & semper esse omni quacunque creatura. Et hoc non perfectione naturae, quia omnes angeli perfectioris naturae sunt omnibus alijs rebus, atque hominibus quacunque perfectionis illi sunt, sed perfectione gratiae, & virtutum, atque specialium privilegiorum. Deus namque Beatam Virgini specialem gratiam, virtutes, atque privilegia contulit super omnes creaturas, & sic in caelis super choros angelorum, atque omnium intelligentium creaturarum collocata est, sicut de ipsa cantat Ecclesia. Exaltata es Sancta Dei Genitrix super choros angelorum ad caelestia regna: & tamen omnia ista, & si pleraque alia ei Dominus contulisset, non sufficiebant ad efficiendum eam dignam Dei Genitricem. Nam concessio, quod Deus dedisset in centies millicupla quantitate virtutes, atque privilegia Virgini benedictae supra id, quod contulit, non tantum ei contulisset, quod esset digna mater eius. Concessio autem adhuc, quod Deus vsque ad finem mundi semper gratiarum cumulos in Beata Virgine continere adaueret, erat impossibile eam ad tantum peruenire cumulum, vt Dei digna genitrix efficeretur. Insuper

Quod Christus non perfectius existit in vna hostia, quam in decem millibus, si in ea fuerit consecrata, & non alijs rebus sit consecrata, sicut in exemplo declaratur.

Mariae Virginis excellentia.

Virtus creatiua non potest communicari.

Insuper licet Deus infinite bonitatis sit: possitque infinitum bonum, aut esse tribuere, sicut Deus pater filio infinitum esse, & perfectionem concauit in eo gignendo: impossibile tamen est Virginem Beatam infinitam virtutem posse recipere: licet Deus sem se eam tribuere possit. Sicut Theologi doctores arguunt, & determinat de virtute creatiua, quod ipsa nulli creaturae communicari possit. Quorum fundamentum est, quia ista potentia, aut virtus creatiua infinita est: quilibet autem creatura quantumcumque magna, & perfecta sit, non est infinita: & cum nunquam aliqua virtus in aliquo subiecto recipi possit, quae maioris perfectionis sit quam subiectum: non poterit recipi virtus creatiua in aliqua creatura, quia maioris perfectionis est, aut attestatur quam sit quodlibet subiectum creatum. Sic autem in presenti dicendum est, quia dignitas dicit aequalitatem esse, aut dignam matrem filii Dei esse aequalem filio Dei. Sicut in naturalibus pater, & mater, & filius sunt vnus specificae perfectionis, siue substantialis gradus aequalis. Sic ergo concedentes virginem dignam esse Dei matrem, concedere cogemus eam Deo fore aequalem. Necessario ergo concludendum est, eam non esse dignam Dei genitricem. Nec in hoc aliquis nos virginis hostes esse iudicet: cum sub eius sola protectione gubernemur: nullo inquam modo laudes eius diminuimus: aut honori, & gloriae eius quicquam detrahimus. Sicut enim nullam iniuriam virgini inferimus ea creaturam fore appellantes: ita nullum ei opprobrium facimus, si eam Deo non esse aequalem fateamur: aut si dicamus non dignam fuisse Dei genitricem. Virginem ergo Dominam nostram non dignam effici matrem Dei, effici matrem Dei miraculum est. Admirabilis dignationis bonitatisque sine termino fuit tantum velle humanam exaltare naturam, vt carnem de vna feminarum assumere dignaretur, quantumque illa perfectionis atque virtutis foret, quia quantumque illa bonitate polleret, ad eum videndum digna non haberetur: quantum magis ad eum concipiendum, & ex vtero emittendum. Rationabiliter ergo de Domina nostra predicabimus, eam vas paruum fore ad recipiendum in se filium Dei: licet secundum naturam miraculum nullum erat filium Dei, aut totam sanctam trinitatem intra virginis vterum posse claudere, erat tamen miraculum quantum ad dignitatem, quia quantum ad dignitatem virgo Domina nostra non erat digna mater Dei.

Obiectio contra determinata, & alia ad ea attinentia.

Cap. LXXXV.

FORTASSIS aliquis contra supra determinata arguere nitetur, in quibus dictum est, Dominam nostram virginem non esse dignam Dei genitricem. Nam de ipsa cantat Ecclesia: tu sola fuisti digna portare regem caelorum, & Dominum, id est, tu fuisti digna, quod in vtero tuo haberes filium Dei, qui est rex caelorum: & hoc est esse matrem dignam Dei. Huic autem respondetur, quod aliquid esse dignum aliquid alterum agere, aut pati, aut continere dupliciter intelligi potest. Vnus modus dignitatis naturaliter est, quae vocatur dignitas aequalitatis. Alia est dignitas dignariua, quae vocatur dignitas congruentiae, siue complacentiae. Prima autem dignitas, quae naturalis est: & dicitur dignitas aequalitatis est, quae dicitur aliquid quae res in se absolute accepta non relata ad aliquid alterum attribuitur dignitatem extrinsecam, habet in se aliquam dignitatem: sicut naturaliter homo equo dignior est, propter specificam perfectionem. Panis

Aliquid alio dignum esse dupliciter intelligi.

Quae sit dignitas aequalitatis, & quae dignitas dignariua seu congruentiae.

Alph. Tost. Parad.

quolibet naturaliter aliquam dignitatem habet, quia ad alimentum corporis nostri, & vitae conseruationem summe necessarius est. Secunda autem dignitas dignariua, quae dignitas congruentiae, siue complacentiae appellatur est, vt si dicamus, quod solea vnus sotularis naturaliter, aut secundum ea, quae intrinsicè continent, non habet dignitatem decem fanecarum tritici. Si tamen rex in suo territorio statuat soleam sotularis determinatam ad certam quantitatem, & figuram tres auri duplas valere. & hoc communi totius regni consensu approbatum sit, valebit solea talis sotularis decem tritici fanecas, & amplius. Et esset digna solea sotularis, vt pro ipsa decem tritici fanecae dentur. Haec autem solè dignitas, non erat dignitas naturae, sed dignationis, & congruentiae. Quia fortassis sic fieri illo tempore concedebat deficienti omnia alia moneta, sicut alias, in quibusdam regionibus factum historicarum narrationum euidentia patefacit: Aut esset dignitas solius complacentiae. Quia sic regi placitum, & toti regno dato, quod nulla alia causa subsisteret sic praedicta faciendi. Hoc autem ad virginem applicari potest, de qua dicendum est ipsam dignam non fuisse Dei genitricem fore: accipiendum dignitatem naturalem aequalitatis, non erat tantus valor suus, aut dignitas naturalis, vt mater Dei effici mereretur: tum non consonarent in idipsum diuina atque humana natura. Item si virgo naturalem dignitatem ad hoc, vt Dei genitrix esset, habuisset, potuisset naturaliter effici mater Dei: sed hoc falsum est, atque impossibile. Quia nisi fuisset magna illa Dei bonitas atque infinita dignatio, vt ad nos redimendum carnem humanam assumere dignaretur, nunquam de virgine carnem assumere, nec ipsa foret genitrix effecta. Sic inquit Paulus Apostolus. Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus misit filium suum vnigenitum propitiationem pro peccatis nostris. Sic ergo ex dignariua charitate non ex naturali dignitate, aut aptitudine factum est. Secundum autem secundam dignitatem, quae dignitas congruentiae, aut complacentiae dicitur, dicendum necessarium erit, Dominam dignam fuisse fieri Dei genitricem, quia cum Deus filius redempturus esset genus humanum carnem assumens humanam, congruum atque valde expediens fuit, eum de illa femina carnem assumere, quam in virtutum privilegiorumque excellentia praefecerat ceteris creaturis. Assumendo identidem dignitatem complacentiae, Domina nostra digna erat fieri Dei genitricem, quia licet secundum naturam digna non esset, placuit tamen Deo suam illam efficere genitricem: Et licet ipsa in se digna non foret, Deus tamen illam tantam dignissimam acceptabat: aut eam dignissimam dignabatur, & hoc modo Domina nostra digna fuit, vt mater Dei efficeretur. Cum autem Ecclesia de virgine cantat: Tu sola fuisti digna portare regem caelorum, & Dominum, non intelligit de dignitate aequalitatis naturalis: sed de dignitate congruentiae, aut complacentiae. Et sic assumendo verum est eam fuisse dignam, vt supra declaratum est.

In quo modo Domina nostra vas paruum, & non paruum dicatur. Cap. LXXXVI.

VLTERIVS autem circa praedicta animaduertendum est, cum supra dixerimus non esse miraculum secundum naturam filium Dei, aut totam sanctam Trinitatem intra viscera virginis clausum fuisse: tamen secundum dignitatem miraculum erat, in quo modo istorum Domina nostra vas paruum, & non paruum dicatur.

C. Huic



Huic respondere potest, Dominam nostram vas parvum respectu dignitatis dici: quia non erat digna secundum aequivalentiam, sicut de eius vero filius Dei carnem assumeret. Quantum ergo ad hoc, vas parvum aptissime nuncupatur. Potest autem vas non parvum, siue vas magnum nuncupari referendo ad naturam: quia quantum ad naturam realitatem filius Dei, aut tota trinitas cum spiritus sit, atque indivisibilis incorporea que substantia, in virginis utero capi poterat, atque in qualibet alia minori quantitate: Dominam ergo nostram ad tam parvam, imò nullius quantitatis rem collata, vas non parvum dici poterat. Quamvis praedicta responsio satis veritate fulciatur, convenientius tamen respondere potest, haec duo, scilicet, parvum & non parvum, ad idem referendo, scilicet ad dignitatem, siue realitatem. Vtrumque autem ad realitatem collatum intelligi non valet: quia licet sic referendo vas non parvum Dominam nostram dici posset, vas tamen parvum nullatenus dici poterat: sicut in superioribus declaratum est. Oportet ergo vtrumque ad dignitatem relatum veritate subsistere. scilicet Dominam nostram virginem vas parvum appelletur, collata ad dignitatem aequivalentiam naturalis. Sic enim referendo, parvum vas erat: quia non erat digna effici mater Dei, sicut in praelibatis indutum est: potest autem Dominam nostram vas non parvum, siue magnum dici ad dignitatem collata, quia cum ipsa filium Dei continuerit, qui infinita excellentia erat, necessarium est, quod ipsa magna foret dignitatis, & sic vas non parvum dici potest.

Aliter autem responderi potest, scilicet quod virgo Dominam nostram erat digna effici Dei genitrix, quantum ad dignitatem congruentiam, aut aequivalentiam. Sequitur ergo ipsam vas non parvum esse quantum ad ipsam dignitatem, cum in ipsa filius Dei caperetur. Ex praedictis apparet expositio huius quartae particulae huius primi figurati Paradoxii.

*Particula quinta prima metaphora, scilicet, vas luminosum. Cap. LXXXVII.*

**NARRATIONIS** profectiue ordinem prosequentes in praeposita prima metaphora particula quinta sequitur, scilicet, Vas luminosum. In quo advertendum est, quod circa istam particulam in Latino, & vulgari idiomate controuersia quaedam est, quia in nostro idiomate Castellano sunt duo nomina, quibus in Latino duo alia correspondentia sunt. Vulgaria autem sunt lucio, & lumbroso: his autem in Latina lingua respondent lucidum, & luminosum: tamen contrarium respondent: quia vulgari lingua loquentes lucio, siue lucidum vocant, quod in superficiem claritatem aliquam habet, licet ex se radios non emit, sicut ensis cum politus est, vulgariter Lucio vocatur, sed non luminosus. Sic enim hominis facies cum pinguis, atque plana est, lucida est, sed radios nullos emittit. Luminosum siue vulgariter Lumbroso dicitur, quod radios emittit, sicut sunt corpora caelestia, ut sol, & luna, & caetera astra: ista tamen in lingua vulgari lucida non vocantur. Apud distinguentes vocabulorum virtutes in Latino idiomate, ut sunt philosophi, & doctores omnes super secundum de Anima, & super de potentia visiva, & super secundum de Sensu, & Sensato: sunt duo nomina substantiua, scilicet lux, & lumen, a quibus duo adiectiua deriuantur, scilicet lucidus, & luminosus, quo secundum philosophos praedictos, & est per se per se, hoc nomen lux significat claritatem, aut splendorem ab aliquo corpore deriuatum, & non manet in ipso corpore luminoso, sicut solares radij ab ipso ad terram emitti lux, & non lumen nuncupantur: & sic de caeteris corporibus a se incidentias causantibus radiosas. Lumen dicitur claritas manens a corpore, in quo originem habet, sicut radij solis

Lucidum & luminosum differunt.

Lux & lumen differunt.

**F**lares, dum in superficie solaris corporis sunt: vocantur ergo sic corpora lucida de se radios, siue lucem emittentia proprie assumptas, licet aliquando improprie his vtamur. Appellantes ergo Dominam nostram vas luminosum, si conditione vulgaris idiomatis insequamur, est sensus, quod Dominam nostram de se radios emittebat. Si autem conditione latine dictionis uti voluerimus, luminosum erit quod in se radios continet, licet de se nullos emittat. Hec autem qualiter virgini beate applicentur vertitur in ambiguo. Aliqui fortassis Dominam nostram hanc applicabunt ob vultus sui splendorem. Nam sicut in Iudaorum Annalibus reperitur, & recitat hoc doctor seraphicus Bonauentura, Dominam nostram fuit specialiter pulchra inter omnes contemporaneas feminas: a nullo tamen vnquam fuit carnaliter concupita. Cum ergo Dominam nostram corporis pulchritudine aliarum feminarum obtineret victoriam: necessarium erat vultum suum esse pre teneritudine planti, atque lucem continentem: vocaretur autem luminosum, si Latini idiomatis proprietate vtamur.

*Contra Bonauenturam Doctorem seraphicum. Cap. LXXXVII.*

**N**VLAM autem firmitudinem praedicta adnotatione habere dignoscitur. Primum, quia fulcimentum suum satis stat in ambiguo: nam licet rationabile fuerit Dominam nostram corpore pulchram fuisse, non tamen plene constat sic fuisse. Item concessis prioribus adhuc peccat praedicta applicatio, quia hic Dominam nostram vas dicitur luminosum: ex quo liquide inferitur, quod non dicebatur vas luminosum secundum vultus fulgorem, sed secundum id, in quo vas erat Dominam virginem, vas erat in quantum continebat in utero Christum redemptorem: necessarium ergo est eam quantum ad istam particulam vas vocari. Dicendum ergo virginem vas luminosum dici debere ad redemptorem nostrum collata: nam Latinae dictionis conditione vtentes illud luminosum vocamus, quod lumen in se continet, licet radios nullos emittat. Sic erat virgo sacratissima in se continens Saluatorem, qui lumen erat: licet hoc in patulum non erat cuiuslibet intuenti. Dominam nostram Christum redemptorem in utero continentem vas luminosum dici debere ex ratione saluatoris apparet: quia saluator noster lumen dicitur, sicut ex plerisque scripturis locis manifeste colligitur. Sic dicitur Luc. 2. c. Lumine reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Sunt autem haec Simeonis sacerdotis verba: cum Christum sibi offerri intuitus est, quem multis ante temporum discursibus expectauerat. Christus est lumen erat, quia ipse illuminabat omnes habitantes in tenebris: sicut Luc. 1. c. describit in cantico Zachariae. Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Vbi Zacharias de illo, qui ex alto oriebatur. de Messia sermones coterrens subiecit, quod Christus natus est ad lumen prestandum illis, qui in tenebris sunt, & in umbra mortis: & ad dirigendum omnes actiones, & desideria in pacem, quae ipse est. Et non solum Christus lumen est, sed lumen super omne lumen, quia sol erat: sic ecclesia cantat cum de laudibus beatae Virginis agit, scilicet, Quia ex te ortus est sol iustitiae Christus Deus noster. Iste autem redemptor noster, qui verum lumen erat, Iudeis intuitibus non patebat. Nam eum nec Deum, nec Messiam opinabantur, sed virum de communibus, & simplicibus arbitrati sunt. Ex praelibatis euidenter apparet illatum, Dominam nostram vas luminosum dici debere, quia in se continebat Saluatorem, qui lux, aut lumen erat.

*Particula*

*Particula sexta prima metaphora, scilicet, vas non luminosum. Cap. LXXXIX.*

**PR**IMAE huius metaphoricae locutionis particula sexta eiusdem serie continuata erat, scilicet, vas non luminosum. Necessarium est autem virginem Dominam ad illud collatam vas non luminosum dici: ad quod collata vas luminosum dicebatur, & quia ipsa ad Saluatorem relata vas luminosum dicebatur, necessarium est, ut ad eundem relata vas non luminosum appelletur. Hoc autem dupliciter intelligi potest. scilicet aut respectu ipsius virginis continentis: secundo respectu Christi, qui eius gestabatur in utero. Quantum ad primum eam vas non luminosum esse constat: quia non clarebat eam genitricem fore Saluatoris: quia natiuitas eius, & conuersatio, praecipue autem & conceptio occulte fuere. Sic enim redemptor noster Deus occultus dicitur: iuxta prophetam testimonium: tu es Deus absconditus. Item Iudei eum Deum non arbitrati sunt, ex quo consequenter inducebatur non cognouisse eos virginem Dominam filii Dei fore genitricem. Sic enim ait Apostolus in epistola ad Corinthios in prima. c. 2. Si cognouissent, regem gloriae non crucifixissent. Iudei autem videntes virginem Dominam nostram in aetate puellam, in matrimonium fuisse susceptam: Ioseph autem tunc grandaeuum exiisse: aestimauerunt eam a Ioseph fuisse incognitam, & sic veritas se habebat: quia forte Ioseph erat aliquo modo ad actum venereum praetatis magnitudine impotens: cum ergo Dominam nostram Christum concepit, & peperit, arbitrati sunt eam ab aliquo viro adulterino fuisse tunc cognitam. Aliqui tamen rectius se habent, quorum Deus tetigerat corda, tantum opprobrium virgini non imponens putauerunt eam a Ioseph viro suo, licet grandaeuo grauidata. Hanc opinionem quorundam tangit beatus Lucas. cap. 3. cum dicit. Erat autem Iesus incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. & existimabant eum esse filium Ioseph: qui tamen priorem tenebant positionem, eum conceptum, & natum ex adulterino coitu praedicabant, sicut inducitur ex aliquibus locis euangelij beati Ioannis.

*De eadem re, quomodo vas non luminosum fuit. Cap. XC.*

**I**DENTIDEM autem vas istud non luminosum apparuit. scilicet Dominam nostram in oculis Ioseph viri sui, quia cum Ioseph certissimè cognosceret, quod beatam virginem nunquam carnaliter accessisset: nihil suspicans ipsam de Spiritu sancto posse grauidari, cum hoc a seculis inauditum esset, arguens inductione necessaria inferebat, eam carnaliter ab aliquo viro adulterino fuisse cognitam. Hoc autem quotidie videns intumescente utero eius quotidianis incrementis, intra neis viscerosisque, intra se tacitus affligebatur angustijs: nihil horum Beatae Virgini villo verbo declarans: noluit tamen eam accusare: quia cum esset vir iustus, nulli aliquam offensionem inferre volebat, aut saltim iustam tristitiam: sed intra se decreuerat eam occulte dimittere. Sic enim dicit beatus Mattheus cap. 1. Ioseph autem cum vir iustus esset, noluit eam traducere: sed voluit occulte dimittere: tunc angelus in somno ei apparet horatus est eum super hac re non contristari, virginalis conceptionis supernaturaliter facte pandens mysterium. In toto autem hoc temporis decursu, non erat Dominam nostram vas luminosum, sed potius tenebrosum erat in oculis Ioseph. Identidem hoc apparuit in oculis vulgariarum hominum a Deo non illustratorum ad huius mysterij cognitionem, Dominam nostram vas tenebrosum fuisse toto tempore.

*Alph. To. Par.*

**A**re conceptionis, & tempore emissionis ab utero, tempore quoque enutritionis domini Iesu. Imaginabantur namque vulgares, quod sicut magnorum regum, atque principum matres viuunt in magna rerum affluentia: magnis subiectionibus potiuntur: magnisque excellentijs funguntur. Cum ergo Deus maior omnibus regibus sit, sicut testatur beatus Ioannes Apocalypsis 1. cap. eam, quae mater Dei erat, maiori omnium horum affluentia potiri condecuit quam reges, & regum matres potiantur, aut potiri possint. Et quia haec, aut horum nulla in Virgine beata tempore conceptionis inspexerunt, & tempore partus atque post partum: non existimauerunt eam Dei genitricem, sed cuiuslibet alterius simplicium, atque nullius excellentiae virorum. Hoc autem euidentibus signis innotebat: quia virgo Dominam nostram multoties grauida fuit labores perpeffa est, quia ipsa, & vir eius Ioseph pauperem vitam debebant. Ioseph namque sicut euangelista declarat, faber lignarius fuit: Dominam autem nostram relata, & acu, nendoque, caeterisque femineis, atque honestis laboribus inuigilans vitam exquirebat sollicitè, fideliterque virum suum adiuuans: sicut doctor seraphicus Bonauentura in suo libello, quem de vita Christi confecit euidenter descripsit. Idem liquidis apparet argumentis: quia tempore quo saluator noster nasci dignatus est, verbum caro factum, vniuersalis professio per totum orbem terrarum facta est imperante hoc fieri Octauiano, qui tunc Romae rerum summam gerebat. Ibant autem tunc singuli ad loca, ex quibus originem traxerant profecturi: tunc autem Ioseph & Maria ierunt in Bethlehemi ciuitatem suam: qui cum pauperissimi essent, pra multitudine hominum hospitium habere nequiverunt, sed se ad quoddam diuersorium in viarum medio inclinantes confedere, ubi in abundantia frigoribus Christus pauperimè natus est: Denique, & cum eum Dominam nostram post partum enutritet, in magna pauperie enutrit: cum nullas eis diuitias essent, nec eas ullatenus concupiscerent: sed manualiter quotidianum victum exquirebant. His ergo inspectis non erat Dominam nostram vas lucidum, sed valde tenebrosum: nam alicuius peccatoris viri genitrix extitisse videbatur.

*De eadem superiore, scilicet, vase non luminoso, argumenta. Cap. XCI.*

**S**ECVNDARIO autem apparet Dominam nostram, vas non luminosum dici debuisse respectu nostri Saluatoris: quia si ipsa erat vas luminosum, hoc erat, quia Christus lumen erat, quia si forassis Christus non lumen, sed tenebra ingens esse visus esset, dicendum Dominam nostram, vas non luminosum recte appellari. Christum autem in oculis aemulorum Iudaorum tenebram apparuisse notabilem euidenter apparet, quia cum omnes actus Christi Iudaorum actibus obuiarent, inuidebant ei, omnia quoque quae a Christo gerebantur nepharia esse censebant, eique multa opprobria conijciebant, scilicet, quod peccator, ebrius, atque vorax esset, & pleraque in hunc modum: sicut scribit beatus Mattheus capitulo secundo. Hic est vorax, & potator vini, & publicanorum socius: Et alibi Iuda: apostolis de Christo dicebant: Quare cum peccatoribus, & publicanis manducat, & bibit magister vester, quasi dicat, malum valde agit.

Aliquando eum improperebant, dicentes eum demoniacum: ut habetur Ioannis octauo capitulo, scilicet, Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es, & demonium habes. In passione quoque eum tota Iudeorum cohors a sacerdotibus, & tribunis concitata

*C 3 eum*

eum malefactorem proclamavit dicens, si non esset hic malefactor, non aduxissemus eum ad te: ut patet Matt. 27. cap. multa alia probra infida illa Iudeorum cohortis in Christum coniecit. in quo liquide apparet, eum in oculis Iudeorum non lucem, sed magnas tenebras visum esse. Similiter autem Domina nostra vas non luminosum dici potest ad sui corporis conditionem relata: ipsa namque vas fuit, quia in utero suo continuit redemptorem: fuit tamen non luminosum, quia corpus suum fuit densum carens lumine sicut cetera corpora humana. Dicitur ergo possit ex hoc vas non luminosum, sed prelibata superius responsiones congruentiores sunt.

Particula septima prima metaphora, scilicet vas vacuum. Cap. XCII.

Maria virgo dupliciter saluatorem continuit.

IN metaphora prima ordine consequenti verbum septimum sequitur, scilicet vas vacuum. In quo animaduertendum est: quod cum Domina virgo vas vacuum nuncupetur, toties, aut etque multipliciter vacuum dicitur, quoties, aut quotupliciter vas appellatur. Et quia diximus eam vas totius puritatis esse, totius impuritatis, aut coinquinationis vas vacuum appellabimus. Non enim fuit vlla labes in virgine benedicta. Etiam cum Domina nostra vas omnium virtutum appellata sit, eam vas vacuum omni vicio tam mortali, quam veniali, & originali dicere compellimur: de quibus in superioribus prescriptum est, ut magis tamen ex prelibatis patet, cum illam particulam vas clausum explanaremus. Conclufum est, quod licet Domina nostra oibus assignatis modis vas dici poterit: proprius tamen aptiusque vas dicta est, quia non continuit redemptorem. Et quia dupliciter virgo continuit saluatorem, animaduertendum est, an utroque modo vas clausum dici possit. Primum, an continuit Domina Saluatorem in anima sua conceptualiter, quantum ad hoc vas appellari potest, quia aliquid in se continebat: sed vacuum dici non valet, quia nihil ei deficiebat. Conclufum ergo apparet virginem vas vacuum appellari debere quantum ad aliam partem, quae erat secundus modus, quo virgo in se continuit redemptorem, scilicet realiter in utero virginali.

Vacuum dupliciter sumitur. Cap. XCIII.

SUPERIORI autem considerationi insistentibus dicendum est, quod istud nomen vacuum, secundum morem Latini idiomatis duo signat. Primum modo vacuum dicitur illud, cui alterum deficit: & sic hominem insensatum vacuum sensu, aut prudentiam appellamus. Quod prudentiam nullam habet. Ita enim de singulis rebus vacuas esse predicamus: cum aliquid de eo, quod inesse debebat deesse dignoscitur: siue illud, quo carent spirituale siue corpus habens sit: quamuis magis vacuitas propter corpus, quam propter incorporalia predicetur. Secundum modo, dicitur vacuum corpus illud, quod vltimus susceptivum est corporalis, & nondum recipit. Circa istum vacuitatis modum ponit Aristoteles opiniones in libris Physicorum. Quidam autem antiquorum opinati sunt vacuum esse spacium contentum inter latera corporis continens, & contenti: hoc modo Aristoteles in presatis libris prebat vacuum nihil esse. Alij autem aliorum arbitrati sunt, quorum positiones ibidem excludit Aristoteles. Concludens vacuum nominari locum corporeum repletum de hoc, quoque presatus Aristoteles probat in presatis Physicorum libris vacuum nihil esse. Et sic est istud nomen vacuum, sicut nomen istud chimera, quae voces solae sunt nihil rei significatae prorsus habentes:

Vacuum quid sit Aristoteles.

inconuenientia at, quae sequuntur ad vacui positionem inducit Aristoteles in presatis Physicorum libris: multaque quoque experientiae hoc euidenter ostendunt.

Opiniones vulgarium. Cap. XCIII.

VULGARIVM autem multi imò plures, qui ad tantam intelligentiae viuacitatem minimè eleuantur: existimauerunt totum locum sphaerae aereae, atque igneae contentium, & actualiter continentem vacuum prorsus esse: arbitrantur enim ibi nihil esse. Fuit autem haec poetica positio, quam poetarum famosissimi, aut prorsus tenuere, aut ab alijs positam retulere. Recitat autem Ouidius hanc positionem metamor. lib. 2. ubi poeticè enarrans de Calistone, quae alijs Perasis dicitur Iouis amasia, qualiter ab eo graui data filium, qui Archas dictus est peperit. Inquit, quod cum semel Archas annos quindecim agens venator feras insequeretur Iuno Iouis soror, & coniunx pellicis emula eam in vrsam conuertit: quam sub vera vrsae effigie Archas filius insequens ex arcu iaculata sagitta letaliter percussus erat. Iuppiter miseratus, sagittam directè emissam dissecit, vrsamque in vrsam, & Archadem filium per aeris inania rapiens: duas celestes vrsas. duo vicina sidera effecit: quarum altera vrsa maior: altera vero vrsa minor appellatur: in quarum vna, quae polo propinquior est, stella nautarum, quae Bootes graecè dicitur, collocata est: dicit ergo Ouidius.

Raptos per inania vento, Imposuit caelo: vicinaque sidera fecit.

Vocauit Ouidius inania, id est vacuum totum aereaeque sphaerae spacium, quorum morium erat, quia in toto hoc spacio corpus nullum videbant: cum aer, atque celestis ignis inuisibiles sint. Idem autem excellentissimus poetarum Virgilius ponit in Bucolicis in Ecloga, quae incipit.

Sicilides musa paulo maiora canamus.

Vbi recitat antiquorum positionem circa formationem rerum sequens opinionem Anaximandri, atque Anaxagore ponentium causas: qui dixerunt totam mundi vacuitatem aethoris plenam fore, illa autem coniungebantur, atque corpora componebant. Haec est Democraati Philosophi positio fuit: de quo Aristoteles recitat 1. Physicorum in cap. sicut Physici dicunt Virgilius at in Ecloga nominata, inania. i. vacuitate, vel loca vacua nominauit spacium aeris, & ignis contentium. Iste modus ponendi vacuum non est possibilis, quia procedit ex errore antiquorum, atque vulgarium modernorum existimantium corpus ignis, & aeris corpora non esse, nec locum aliquem occupare. Alium modum accipiendi vacuum vulgares, atque alij acutius speculantes posuerunt. Quod vacuum corpus illud dicatur, quod alicuius corporis capax est, & non continet corpus vllum solidum. Sic enim de arca dicitur, quod vacua est, cum monetur, aut alterius rei solidae plena non est, ipsa tamen vere vacua non est, quia aeris plena est, cum nihil aliud solidius contineat. Hoc modo in Domina nostra accipitur, quod vas vacuum appelletur.

Quomodo B. Maria vas vacuum dicta sit. Cap. XCV.

NUNC autem praedicta applicanda sunt ad modum illum, quo Domina nostra vas dicebatur: diximus namque in prelibatis, ipsam fuisse vas, quia in mente sua nostrum continuit conceptualiter redemptorem: quia ad istum modum vas vacuum dici non poterat: sicut in superioribus declaratum est. Restat ergo, quod alio modo vacuum dicatur, in quo vas dicebatur, scilicet, quia in suo utero nostrum continebat redemptorem: quam ad hoc vas vacuum appellari

pellari non poterat: quia in se redemptorem continebat aliquid continebat: quod eam non esse vacuum faciebat. Vocatur autem vas vacuum, quia in se non continebat id, quod communiter continere debuerat: nam ad hoc, quod aliqua femina in utero fetum habeat: necessarium est, ut prius semen virile in utero recipiat, atque contineat: & quia Domina nostra nullum virile semen in se recepit, nec continuit: cum Christus non ex virili semine: sed mystico spiramine ex solo menstruo muliebri formatus sit: in hoc vas vacuum fuit. Item, quia Domina nostra virgo erat. virginitas autem totaliter vacua, atque sterilis est, nihilque concipiens, in hoc aptissimum vacuum vas poterat appellari. Hanc autem similitudinem omnes physici, atque Astrologi sumunt ad celum transferentes in circulo zodiaco, qui est circulus obliquus declinans ad vtrumque latus super lineam aequinoctialem. Iste circulus in duodecim partes diuisus est, quae totum per continuationem coelum circunt: quarum singulam signum vocauerunt: sub his signis sol per totum annum deambulat: & quia sunt duodecim signa, sicut duodecim menses correspondet vnum signum cuiuslibet mensi: & sol in quolibet mense vnum signum pertransit: signum autem illud, quod sol in vltima Augusti medietate, & prima Septembris medietate pertransit ab astrologis, atque physicis virgo nominatum est. Omnis autem alijs naturalibus, atque astrologicis causis praecipua, quam signat est, quod sicut mulier virgo totaliter sterilis est, & dum virgo est, nihil concipit aut parit: ita sol dum in medietate vltima Augusti, atque prima medietate Septembris discurrit sub circulo Zodiaci quadam parte anni, terra nihilominus virens gignit: sed tota marcescit est, aptissima ergo Domina nostra, vas vacuum dicitur in quantum virgo est.

Particula octava prima metaphora, scilicet, vas non vacuum. Cap. XCVI.

HVIVS primi figurati Paradoxo ordinem consequentibus particula octava occurrit, scilicet, vas non vacuum: in quo animaduertendum est, quod cum vacuum & non vacuum contraria sint, necesse est, ut circa idem praedicentur. Et sicut in superioribus dicebamus, Dominam nostram esse vas vacuum immunditia: ita è contrariò, dicentes eam vas non vacuum omni puritate appellabimus, cum in ipsa culpa nulla fuerit. Et sicut dicebamus, eam esse vas vacuum omni culpa peccati: ita eam vas non vacuum, imò plenum omni virtute tam morali, quam theologica predicabimus. Applicantes tamen hoc ad modum illum, quo proprius Domina nostra vas appellatur, dicendum est, quod sicut in se Domina Virgo dupliciter continuit redemptorem, ita dupliciter vas non vacuum dici potest. Primum, virgo Christum continuit conceptualiter, & in hoc fuit vas non vacuum, quia in ipsa fuit fidei abundantia: cum integrè crediderit: licet conceptus virginis secundum naturam impossibilis foret, & nunquam in tota consequentiū seculorum serie contigisset, potestati tamen diuinae atque immensa bonitati impossibile nihil erat, aut quouis modo repugnans. Et sicut in ea fuit abundantia fidei, ita fuit plenitudo consensus. Consensit enim Domina nostra Dei fieri genitricem: ut sic ei aliquè impenderet famulatum. Hoc ergo virgo continens, vas vacuum dici non poterat. Si enim hoc non continuisset, deficiente fide, haec fieri posse, aut eius deficiente consensu, nunquam in ea conceptio filij Dei facta fuisset. Continuit autem secundario Virgo beatè realiter nostrum redemptorem in utero, & in hoc Alph. Toit. Parad.

vas non vacuum fuit. Nam considerantes Dominam nostram virginatatem, arbitraremur eam vacuum fore. si non posse concipere, aut vllatenus parere: tamè vacua non erat: quia quod virile semen non fecit, quod ibi nullatenus fuit, Spiritus sanctus Virgini superueniens operatus est, sicut Gabriel archangelus Domine praedixerat: ut patet Luc. 1. c. f. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideo quod ex te nascetur sanctum erit. Non ergo hoc modo vas vacuum dici poterat. Item alia feminae, quae filios parua conditionis, & status concipientes ediderunt: dum grauidae sunt, vacuae non dicuntur: sed potius plene atque secundae. Cum ergo Domina nostra filium Dei verum, & hominem concepisset, qui infinita dignitatis super homines erat, vas vacuum dici nullatenus debuit: sed totaliter plenum superque plenum: ita ut vix tantae excellentiae natus, intra alicuius mulieris viscera claudere possit. Ex presatis liquide conclusum est, quod Domina nostra vas vacuum, & non vacuum dicta est.

Particula nona prima metaphora, scilicet, vas mundum. Cap. XCVII.

ORDINIS Metaphora huius primae consequentibus particula nona occurrit. I. vas mundum. In qua acutius speculantibus dicendum est, quod cum Domina nostra omnibus creaturis excellentior fuerit, omnes modi puritatis atque perfectionis, qui in omnibus creaturis sunt, in Virgine Domina nostra excellentius reperiantur. Nam sicut diuinae perfectiones, ut possumus in quibusdam proficimus regulam, quam ponit beatus Dionysius in li. de diuinis nominibus. Ita aliquo modo virgini Dominae nostrae applicabimus: licet non secundum aequalitatem: sed secundum aliquam proportionalitatem. Regula autem haec est, quod quilibet perfectio reperta in aliquo genere, aut specie creaturae attribuat Deo perfectus in illo genere, aut specie creaturae reperitur, & hoc quia Deus est infinitae perfectionis, nullum terminum bonitatis suae, aut perfectionis habens. Item quodlibet genus creaturae perfectionem aliquam habet, quia est ens: esse autem etiam per se solum perfectio est. Si autem omnis perfectio cuiuslibet generis Deo non attribueretur, daretur aliqua perfectio, quae in Deo non esset, & hoc est magnum inconueniens, quia tolleret diuinae perfectionis infinitas. Infinitum namque est, quod omnia comprehendit, & in se nullum finem habet: si tamen esset aliqua perfectio in creaturis, quae in Deo non esset, Deus ex parte illa finitus esset, necessarium ergo est, quodlibet perfectionem in creatura repertam in Deo reperiri. Ideo si esse hominem aliqua perfectio est, necessarium est, ista in Deo erit: licet non sit eodem modo, quo in homine est. Sic enim de quolibet genere, & specie creaturae. Si ergo Deo, quia super omnia est ista perfectio, nem attribuiamus omnium creaturarum, & Domina nostra perfectior est omnibus creaturis, non perfectione naturae, sed specialium gratiarum, atque privilegiorum, conueniens est omnem gratiam, aut bonitatis spiritualis perfectionem, quae in creaturis reperitur beatè Virgini attribui. Euidenti ergo illatione concluditur omnes perfectionis, & puritatis modos, qui in creaturis sunt in virgine reperiri.

Oem perfectionem creaturae esse in beata Virgine.

Nulla macula fuit in beata Virgine. Cap. XCVIII.

IN Superioribus dicebatur beatam Virginem ab omni macula puram esse, quaecumque imaginari possit: hic tamen de maculis corporalibus sermonem facimus: quia de his nulli extabat in ambiguo ea penitus mundata fore. Dicitur autem macula corporalis, ut quod aliquod corpus



pus monstruosum sit, scilicet, plura membra, ut membrorum particulas habens, quam communiter alia corpora habere cōsueverunt: sicut multos digitos, aut manus, cetero uero corporis artus, aut pauciora membra habere, pauciores uero membrorum particulas, quæ in materno utero formatae non fuerint. Idem cum corpora non bene in utero formata sunt, aut insolite magnitudinis, vel paruitatis sint, aut sine mutua membrorum proportione corpora nata sint, vel quomodo libet aliter. Horum autem in Domina uirgine nihil fuit, quod patet ex duplici fundamento.

Primum fundamentum, siue ratio est, quia sicut Aristoteles testatur in libro de Physionomia, in quo de figuris corporum, & earum significationibus agit, monstruosum corpus monstruosam animam representat, id est, quod cum aliquod corpus insolitum modum aliorum quomodo libet habet, signum est, quod anima existens in illo corpore peruersas habeat inclinationes.

*Solutio quorundam ad ea, quæ dicta sunt.*  
Cap. XCIX.

**H**VIC autem aliquis fortassis respondere conabitur, quod licet signa corporis monstruosi Domina nostræ malitiam inclinationis signarent in anima, Deus tamen poterat illam inclinationem aufere, peruersitatem bonorum desideriorum, & operum talem animam ordinare. Huic responsioni argumentatione facilius respondetur, Deum hoc nulla difficultate interposita facere potuisse: & multoties in uiris, atque mulieribus id effici: in Domina autem uirgine sic fieri nullatenus condecebat: quod duplici ratione concluditur. Prima, quia quod optime fieri potest, malè ordinati culpam magnam habet, sed Deus poterat genitricem suam efficere corpore, & anima dispositiuiam, ergo si sic fieri condecebat, non erat uilo modo rationale, eam indispositam effecisse.

Item cum aliquid conuenienter pauco cum labore effici potest, id magno cum labore efficere culpa non caret. Sic ait Aristot. in octauo Topicorum, peccatum est per plura facere: quod fieri potest per pauciora. In presenti autem sic est, quia Deus potuisset genitricem suam efficere perfecte dispositam optima dispositione: si ergo eam monstruosam effecisset, postea uero bonæ inclinationis efficeret, erat dupliciter ad idem laborare, quod nullatenus Deo conuenit, sic ait Aristot. in primo Politicorum: Deus, & natura nihil faciunt frustra. Item hoc nullatenus congruebat: quia non efficiebatur Domina nostra quæ perfecta, sicut aliter fieri poterat: nam sic erat uia actio, aliter autem multe, quod ualde magnum inconueniens est. Nam si Deus beatam uirginem integram effecisset sine monstruositate, erat uia actio: uirgo autem imperfecta erat, si fortassis eam monstruosam effecerat: deinde peruersas inclinationes abstulerat consequentes corporis monstruositatem: erant duæ actiones, & non manebat uirgo ita, sicut si fuisset uia actio: quia ipsa sine monstruositate facta fuisset. Nam hoc modo in hac secunda actione Deus auferebat uirgini genitrici suæ peruersam mentis inclinationem consequentem corporis monstruositatem: non tamen tollebat corporis monstruositatem. Non est ergo uilatenus rationale dici, Dominam uirginem corpore monstruosam factam fuisse.

*Alie rationes ad idem.* Cap. C.

**I**N TENTIONIS autem huius secunda ratio inducta erat: nam dato uirginem corpore extitit-

se monstruosam, ex quo monstruositas in anima sequeretur: si Deus monstruositate animæ auferret manentibus corporis monstruositatibus, gentes beatam uirginem inspicientes, necientes animæ beatæ uirginis monstruositatem, siue peruersam inclinationem ab anima uirginis diuinitus ablata fore: arbitrarerunt semper Dominam nostram mali desiderij, atque peruersæ actionis esse, & eam tanquam nullius probitatis feminam, & infamem existimarent. Ex quo occasione quandam haberent conijciendi de Christo, ipsum male affectionis pessimeque actionis uirum esse: quod dari non conueniebat, quia Deus abstulit omnem incentiuum nequiter in Christum probra conijciendi.

Conclusione inducitur euidenti in Beata uirgine monstruositatem nullam fuisse. Aliæ autem ad idem inducendum rationes sunt, quia quomodo cūq; uir aliquis, aut femina est monstruosus in corporis figura: inter alios nimio despectui habetur: quia de eo non ut de uiro mentio fit: ipseque intra medullas suas fortissimis angustis exurit: alijs se applicare non audeat: quibus Deus, & natura corpora sine monstruo aliquo tradidere. De benedicta uirgine concedendum non est, quod a Deo taliter effecta sit, ut omnibus intuentibus despectui haberetur. Item sicut cum in aliqua hominum progenie aliquis homo excellens uiribus, aut intellectu pollens est, vel qualibet altera probitate beatus, omnes in illa progenie nati ex illius solius probitate exaltantur, & ubique sint magnis laudibus se extollunt. Ita cum in aliqua progenie aliquis homo nequam aut ualde imperfectus est corpore, vel intellectu omnes in illa profapia geniti de illo uerecundantur, nec se alijs audent uerbis adsequare. Si fortasse Domina nostra imperfecta, atq; monstruosa corpore fuisset, quæ imperfectio magis erat, ex hoc magna honoris, atque gloriæ depressio omnibus illi profapie hominibus sequebatur. Et quia nullus, ita uirgini sicut Christus propinquus erat: cum ipse filius eius esset: maxima huius facti uerecundia, atque dedecus Christo erat. Hoc autem concedendum non est, scilicet, ut ipse tale opprobrium, atq; gloriæ detrimentum super se venire permitteret: quia ista pena ingratissima erat. Quocumque autem Christus aliquam in se pignalitate suscipiebat, erat quia ex ea aliqua uirtus sequebatur: quæ hic nullatenus demonstratur.

Dicendum ergo est nullam talem monstruositatem in Domina accidisse. De hominibus autem monstruosis, quod inter ceteros homines deprimantur, in parulo est, quia non solum inter homines deprimuntur, quantum ad actus singulares, & personarum priuatarum, sed etiam quantum ad actus, & honores publicos leges illos inhabiles effecere. Sic enim leges decreuere, ut homo monstruosus, quantumcūq; parua foret monstruositas, index effici non ualere: hæc autem propter deformitatis causam fuerunt. Item quia, qui corpore monstra gerunt, in intellectu alijs uiris æquiparari iura non credidere. Item secundum canonica instituta, qui monstruositate aliqua deprimuntur, ad ecclesiasticos honores, & officia inhabiles denotantur. Quod ergo Domina nostra talis foret, quæ ab omnibus publicis honoribus expelli digna esset, dignitati saluatoris nostri non modicum dignoscitur obuiasse.

*Rationes probantes uirginem Mariam a qua uis facta macula immunem & pulchritudinem corporis fuisse bonam indolis signum.* Cap. CI.

**C**IRCA hoc autem aliter animaduertentes, aliter arguere ualemus, scilicet, quod corporis pulchritudo magne bonitatis indolis est eius, cuius pulchritudo est, & cum non sit quidpiam ita oppositum

tum atque totaliter obuians pulchritudini sicut monstruositas, sequitur rationabiliter eam in Domina uirgine nullatenus extitisse. Quod corporalis pulchritudo bona habentis indoles sit apparet: quia corporalis pulchritudo attestatur super bonam complexionem: bona autem complexio signum, & causa efficacis boni intellectus est. Nam cum organa phantastica disposita sunt, intellectus, quibus ista subleuiunt, recte intelligit: si fortassis malè disposita sunt, intellectus aut parum, aut perturbatè, aut omnino nihil intelligit: sicut in prælibatis explanatum est. Bonus autem intellectus habentem aliorum dominum facit, & rectorem. iuxta illud uulgatum, uerum que prouerbiis, qui bono sunt intellectu vigentes, aliorum sunt domini, & rectores. Ita ergo ex esse pulchrum esse dominum sequitur, & rectorem. Sic enim de rege Priamo Troiano dictum est, pulchritudo Priami digna est Imperio, & quia talis perfectio ad esse dominum, & rectorem præuium erat: ualde congruebat uirgini benedictæ: quia est uia de maximis perfectionibus. Dicendum ergo est in Domina uirgine pulchritudinem extitisse, nec uillam monstruositatem corporis in ea fuisse. Aliæ autem maculæ corporibus humanis sunt: sicut esse cæcum, esse claudum, aut obliquum, siue luscum, vel scabiosum, aut impetiginosum, aut aliàs in corpore esse aliquo uulnere deformatum. Istarum autem nulla in uirgine benedicta fuit: nam si Deus in sacrificiis suis nullum animal maculatum offerri uolebat: aliqua scilicet istarum macula deformatum, ut patet Leuitici 22. cap. & Deuteronomij cap. 12. quanto magis aliqua harum macularum labe contractam matrem non acciperet? Non enim est conueniens uilo modo. Item quia sicut monstruositates faciunt hominem inter ceteros opprobriosum. Ita huiusmodi maculæ hominem inter ceteros despectum atque paruæ extimationis efficiunt: aut non tantæ quantum aliter esse habiturus. Sequitur ergo in Domina nostra maculam nullam extitisse deformantem aut eam minoris extimationis, vel honoris efficientem. Conclusum ergo ex prælibatis apparet, Dominaam nostram nullam omnino corporis maculam habuisse: quia quælibet earum minoris honoris atque extimationis efficit. Sic igitur poterat Domina nostra uas mundum dici ab omni macula corporali.

*De munditia, & puritate uirginis.* Cap. CII.

**Q**UAMVIS Luce clarius sit, ab omni corporali macula eam immunem fuisse, præterens tamen inuestigatio principaliter non attendebat suam munditiam corporalem, nec ex hac uas mundum appellatur: sed quantum ad munditiam spirituales. Quia in re Dñæ nostræ erat munda ab omni iniqua cogitatione: erat sincera ab omni uersa locatione, erat munda ab omni inquinata operatione. Identidem Domina nostra erat pura ab omni labe originali, ab omni macula mortali, ab omni culpa ueniali: de his autem diffusius pertractauimus, hanc huius metaphorem particulam, quæ uas clausum dicebatur exponentes. Fuit autem puritas ab omni labe, aut inquinamento perfectior in Beata uirgine quam in omnibus creaturis. Sic enim sacri testantur doctores: decuit, ut Beatissima mater Dei tanta puritate polleret, quia maior sub Deo non posset reperiri. Et hoc quomodo cūq; puritas allumatur: siue enim accipiat puritas, ut dicit priuationem alicuius iniquationis, vel maculæ, quod est proprium eius significatum: hoc enim modo purior esse non poterat, quam ut ab omni originali, mortali, atq; ueniali labe pura esset: à quibus omnibus Domina nostra munda fuit, nec sunt alijs

modi culparum aut possibile est haberi, siue accipiantur puritas pro augmento uirtutum, siue secundum numerum, siue secundum graduale in intensiorem: nulla enim in toto orbe fuit creatura, quæ ita perfectas aut gradualiter intensas uirtutes haberet, sicut domina benedicta.

*Nunquid Beata uirgo fuerit maior Io. Baptista in perfectione uirtutum.* Cap. CIII.

**C**ONTRA Prædicta autem aliquis argueret conabitur, quod alij in uirtutibus perfectiores essent Dñæ nra benedicta: nam ut Euangelistæ testantur, à Christo fuit dictum, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: sed Domina nostra fuit de natis mulierum, ergo maioris perfectionis uirtutum fuit beatus Ioannes uirgine benedicta. Huic autem leuissimæ obiectioni multiphariam respondere ualebit inspecto modo loquendi Saluatoris nostri, scilicet ad quid ista protulerit, quia minus significant quam uidentur. In presenti tamen solum respondendum, quod Saluatoris uerba de solis masculis prolata sunt, de feminis autem nequaquam, quia dictum est: inter natos mulierum, quod ad masculos solos extenditur, cum loquatur in genere masculino. Aliquis autem fortasse arguet, quod genus masculinum concipiat femininum, ita quod per nomen generis masculini intelligi ualeat res nominis feminini secundum regulas grammaticorum, & etiam secundum regulas iuris. Huic respondebitur, quod hic nullam fieri conceptionem probabitur in generibus. Item quia si sacra scriptura hic rem generis feminini sicut rem generis masculini intelligi uoluisset, non diceret, inter natos mulierum, sed inter natos ex mulieribus: hoc patet ex habitudine dependentiæ grammaticalis. Nam si hoc nomen, natus, in tali terminorum contextu sine prepositione cum genitiuo ponatur, significat filium, & non innuitur uia generum facta conceptio. Cum autem ponitur cum prepositione non filium, sed eum qui nascitur significat, & tunc tam masculinum, quam femininam representat, cum nomen adiectiuum sit. Sequitur ergo præsumptam auctoritatem in prælibata nihil uiri, scilicet, quod Beata uirgo perfectior in uirtutibus extiterit omnibus creaturis.

*De uirgine, quæ uas mundum appellatur.* Cap. CIIII.

**O**MNIBVS Prælibatis modis Domina uirgo uas mundum appellari poterat, quia in omnibus illud uas rectè dicebatur, & tamen quia ut superius declaratum est, aptior modus ad eam uas uocandum est, quia in se continuit Saluatorem: ita congruentior modus ad eam uas mundum appellandum est, quod dominum continebat. Dupliciter autem uirgo Christum continere dicta est, scilicet conceptualiter, & quantum ad hoc non poterat uas mundum, aut immunum iure uocari. Quia Domina nostra conceptualiter tenuit fidem diuinæ prestantis supernaturaliter ad conceptum uirginem operantis, tenuit etiam consensum, ut prædicta in illa fieret: hæc autem non ex aliquo sine iniquo: sed ut Deo aliquem impenderet famulatum. Sic enim Gabrieli respondit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum: Si tamen in isto metaphoricè loqui uellemus, diceremus Dominam nostram uas mundum esse: nam omnis consensus, cogitationes, atque prolationes, si secundum genus malè non sint, aut ad iniquum finem gerantur, castè, & mundè uocantur. Sic enim ait Psalmista Psalmo 18. Eloquia domini eloquia casta: ergo

ergo virginalis cōsensus vt Dei genitrix efficeretur ad bonum finem fuit: vas mundum in hoc dici potuit. Secundus modus continendi Saluatorem fuit realiter in suo vtero, & quāuis ex supradictis nullatenus conueniret Dominam nostram, vas mundum dici, magis congruebat quantum ad istum modum realis continen- tiae. Fuit nanque Virgo beata vas mundum, nul- lam aliquatenus suscipiens immunditiā ad concipien- dum redemptorem. In omnibus autem feminis se- cus fit: nam ad hoc, vt aliqua femina concipiat neces- sarium est masculinum semen in vtero eius recipi: qđ licet secundum se immundum, aut immunditia nul- la sit, quia Dei creatura est: quia tamen in originalis culpa pēnalitatem datum est, vt seminalis decisio, at- que maris & feminae commixtio sine concupiscentiē passione nullatenus fiat: quam cōcupiscentiam sacra scriptura immunditiam vocat, quia ob immūditiam hęc in pēnam data est, aliās autem sacra scriptura eam maculam vel peccatum appellat: sicut Psalmista psal- mo quinquagesimo ait: Ecce in iniquitatibus conce- ptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Quod licet de originali culpa dicatur, aptius tamen de quibusdam pēnalitatibus consequentibus carnalē commixtionem dici poterit, & hęc reliquā peccati originalis nuncupantur. Ab omnibus his Virgo Do- mina nostra inuicem fuit: quia in conceptu suo non fuit aliqua carnalis commixtio, nec decisio feminis vi- rilis. Evidenter igitur ex prædictis apparet, quomodo Domina nostra vas mundum apte dicta est.

Particula decima prima metaphora, scilicet, vas non mundum. Cap. CV.

IN fine autem huius primi figurati Paradoxi vlti- ma, quæ decima est in ordine particula, est: Vas nō mundum: quo circa cūm in prælibatis verissimē Do- minam nostram, vas mundum esse probauerimus, non potest vas non mundum rectē vocari. Potest ta- men dupliciter, vas non mundum nuncupari. Primus modus est, vt Domina virgo vas non mundum appel- letur collata ad redemptorem nostrum, quem in vte- ro continebat. Hoc autem, quia licet Domina virgo verē munda esset, comparata tamē ad redemptorem nostrum, qui infinite puritatis erat, non erat ipsa suffi- cienter pura: quia non erat infinita sua munditia, nec erat possibile infinitam fore, secundum quam digna Dei genitrix haberetur secundum dignitatem æqui- ualentia, vt in superioribus declaratum est: sic ergo sua munditia, licet magna foret, cōparata puritati re- demptoris, quem tenebat in vtero, vocari nō poterat puritas, sed potius non munditia. Iste modus loquen- di vñtatus est in sacra scriptura: sicut patet in lib. Iob. vbi loquens de perfectione Dei, dicit: Coram eo cœli quoque im mundi sunt, & in angelis suis reperit ma- litiam: cœli tamen simpliciter mundi sunt, angeli quo- que, qui cum Deo sunt, malitiam nullam habent: vo- catur tamen im munditia, vel puritas parua puritas cœ- lorum comparata ad infinitam diuinam puritatem. Angelorum autem parua bonitas dicitur malitia, ad diuinam bonitatem collata. Iste autem loquendi mo- dus in considerationibus philosophicis reperitur: nā cum distinguitur, quoties priuatio assumatur, dicitur quod vno modo priuatio dicitur forma minoris per- fectionis respectu formæ magis perfectæ: sicut nigre- do dicitur priuatio albedinis, sic maior albedo dicit, tanquam forma, & minor albedo maioris albedinis priuatio dicitur. hunc modū ponit Albertus Magnus Theutonicus. Sic igitur maior puritas, verē puritas dicitur, & minor puritas respectu maioris, non puri- tas, siue priuatio puritatis nuncupabitur. Et quia pu-

ritas Dei fuit infinita, puritas autem virginis fuit fini- ta, dicitur virgo vas non mundum.

Alio modo Virgo Maria vas non mundum appel- lata est. Cap. CVI.

SECUNDVS modus assumendi Dominā no- stram non esse vas mundum potest esse, quātum ad opinionem, siue apparentiam, & non quantum ad veritatem: quia licet secundum veritatem vas mun- dū esset, aliquibus tamen vas non mūdum visum est. Nam Iudæi videntes eam cōtraxisse cum Ioseph, qui grandæus erat, et qui fortē carnaliter ei copulari nō posset, arbitrati sunt eā ab aliquo viro adulterio fuisse cognitam, ideo ipsi Christum in adulterio geni- tum appellabant. Et cūm Christum opprobriis natu- rare volebant, improperebant dicentes. Nos ex forni- catione nati non sumus, ac si aperit dicerent, tu in for- nicatione natus es, sed non nos. Identidem Ioseph perperam de Virgine suspicatus est, quia cūm eā cer- neret grauidatam, sciretque a se carnaliter cognitam nō fuisse: sic supra prælibauimus, cūm particulas illas luminosum, & non luminosum differeremus. Licet ergo verē Domina nostra vas mundum fuerit: tamen vas mundum non apparuit in Iudeorum oculis, & Ioseph. Quod si fortassis aliqui Christum filium Ioseph arbitrarentur, sicut euangelista Luc. cap. 3. refert, scilicet, erat autem Iesus incipiens, scilicet, quasi anno rum triginta, vt putabatur filius Ioseph. alibi autem de Christo legitur, quod filius fabri nuncupatus sit, cūm dicitur: Hic est filius fabri, & Mater eius, atq; so- rores apud nos sunt. Ipsi scilicet arbitrabantur Christum esse filium Ioseph: licet existimarent Dominam no- stram non esse vas mundum. Nam Christum ex viri- li femine natum, & omnes tales conceptiones immū- dæ sunt, cūm fiant secundum carnalis cōcupiscentiæ ardorem, qui peccatum aut iniquitas, vel non puritas dicitur. Et quia nullus Hebræorum Christum de Spi- ritu sancto conceptum arbitrabatur, sed virili femine decisio, omnes eam vas non mundum arbitrabantur. Ex supradictis infertur qualiter Domina nostra vas mundum, aut non mundum appelleretur, & sic explicit literalis explanatio huius figurati Paradoxi.

PARADOXON SECUNDVM DE LEONE.

De ordine dicendorum. Cap. I.



CONDITIONE Ordinis, quem vestra regia celsitudo mihi seruorū vestrorum minimo vasallo in præ- positus direxit metaphoricis locu- tionibus, secunda est. Fuit vnus Leo, qui videbatur, & non videbatur: qui audiebatur, & non audiebatur: qui cognoscebatur, & non cognosce- batur: qui tangebatur, & non tangebatur: qui teneba- tur, & non tenebatur. Sicut in exordio huius explanatiui tractatus quin- que figuratorum Paradoxorum fuit posita quædam ipsorum communis proprietates, scilicet, quod omnia ista Paradoxa, aut mirabiles propositiones appellant: sic ergo in præsentī dicendum est, omnes has quinque eodem stylo præcedere: quia in qualiter earum sunt quinque contradictoriarum propositionum conne- xiones. In hoc autem inspiciendum est, qđ metaphora prima, in cuius explanatione hactenus la- borauimus de Beata Virgine intelligebatur, sicut in profec-

profecutione declaratum est. Ita omnes iste quatuor A consequentes de redemptore nostro exponendæ sunt, sicut inferius apparebit. Partes nanque cuiuslibet harum metaphorarum redemptori nostro solum conueniunt, alicui autem alteri personæ conuenire non possunt: licet ei applicare velimus: omnes ergo subse- quentes quatuor metaphora cum conuenienter expo- nentur, redemptori nro necessariō applicandæ sunt.

Prima pars huius secunda metaphora. Cap. II.

Christus leo appellatus est.

INTER has autem quatuor connexas metapho- ras, quæ de solo Christo exponendæ sunt, prima in ordine est: Fuit vnus leo, &c. In cuius principio atten- dendum est, sicut in tractatu exordio annotauimus, quod cūm transumptio sit, quorundam rerum nomi- na rebus alijs imponendo, necessarium est rationem aliquam conuenientia inter illa assignare. Oportet ergo in presenti causam aliquam assignare, quare sacra scriptura Christum leonem appellauerit: nam frequē- ter i sacra scriptura Christus leo appellatur: sicut dicit Genes. ca. 49. vbi ponit Iacob benedictiones filiorum suorum, cūm autem ad benedictionem filiorum Iuda in cuius tribu Christus natus est, sicut ex euangelio Luca, & Matthæi manifestatur, veniret, benedicens Christum sub nomine Iuda, ait: Iuda te laudabunt fra- tres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorū ad prædam ascendisti fili mi, & accubisti sicut leo, & leona, quis suscitabit eum? Christus autem Iudas nun- cupatur, quia in Hebræo idiomate nomen istud Iudas laudem notat, hoc aptissimē Christo congruit: nam Christus magnis laudibus exaltatus est. Sic insequens litera signat, scilicet, te laudabunt fratres tui: Christi fratres christiani sunt, quia sicut ipse Christus, ita Chri- sti christiani nuncupantur. Idem patet, per apostolum Paulum in epistola ad Hebræos. c. 2. cūm dicit: nō eru- besceat eos vocare fratres, quod ibidem Apostolus de Christo dictū probat, per illud Psalmi. 20. f. Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Ecclesię lau- dabo te. Hęc autem verba sunt nostri redemptoris ad Deum patrem, siue ad totam Trinitatem. Dicitur vltieris: Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorū. Hoc autem de Christo potius, quā de quopiā alio intelligitur. Nam eū omnes gentes, & populi timue- runt, & inimici eius, qui suis actibus emulantes obuia- bant, scabellum pedum eius positi sunt. Sic ait Psal- mista, Psalmo centesimo octauo. f. Dixit dominus do- mino meo: feda a dextris meis: donec ponam inimi- costuos, scabellum pedum tuorum. Iste psalmus de Messia intelligendus est: sicut in primi Paradoxi de- claratione, circa primam particulam manifestatū est, vbi dicitur: Vas clausum. Dicitur vltieris: Ad præ- dam ascēdisti fili mi: quod de Christo intelligitur. Re- scendente ad inferos, & inde prædam trahente: quia omnes sanctorum patrum animas ad ipsum ex actio- num, & ex fidei merito peptinētes, inde eduxit secum ad felicitatis patriam redūcturus. Sic ait psalmista: a- scendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, scilicet, quod eos, qui in inferno captiui erant, & captiui- tas nuncupantur, inde abstrahens tanquam captiuos duxit, quia eos magnis viribus de dæmonum eripuit potestate. Vltieris sequitur: Sicut leo, & leona: quis suscitabit eum? quod intelligitur de quiete dominici accubitus in sepulchro: quia sicut dormientem leonē nullus suscitare audeat, quia oēs eum timent. Ita nullus erat, qđ de sepulchro dñm Iesum suscitare valeret: nisi ipsem et, qui erat verus Deus. Vocatur etiam leo Chri- stus in resurrectione: quia sicut leo viribus potens est: ita Christus in resurgendo potens fuit, cūm proprijs vmbus resurrexerit.

Christus duplici de causa leo nuncupatur. Cap. III.

PRAE DICTA autem intentioni propositæ a- prius applicantes, dicemus leonem Christum du- pliciter nuncupari. Primō propter potestatem, & subie- ctionem: quia sicut cuncta animalia, leone viso stu- pent: ita omnes gentes ad Christi formidant imperiū: quia eum Deum esse cognoscunt, & sicut leoni om- nia quadrupedia exhibent famulatum: ita Christo omnes gentes obediunt. Secundō Christus leo vocat̃ propter fortitudinem: quia sicut leo omnibus anima- libus fortior, atq; impetuosior est: ita Christus est cun- ctis rebus fortior: de leonis robore scribitur Proverb. 3. cap. Leo fortissimus animalū ad nullius eorum pa- uebit occursum. Item Christus propter potentia resur- rectionis leo vocatur: quia in magna potentia resur- rexit, scilicet, in propria potentia, nullo extrinseco ad- iutore: quæ potentia erat infinita. Ex hac etiam ratio- ne Christus quatuor animalibus comparatur, scilicet, aquilæ, boui, homini, leoni. Aquilæ comparatur in ascensione: quia sicut aquila ceteris animalibus excel- siorem facit volatum: ita Christus resurgens ad altissi- simam polorum sedem ascendit. Comparatur boui in passione, quia sicut bos in victima ceditur: ita Chri- stus pro nobis sine aliqua metaphora immolatus est. Comparatur homini in natiuitate: quia tanquam ho- mo purus natus est. Comparatur leoni in resurgendo: quia potens in robore resurrexit. Item cum qua- tuor Euangelistæ prædictis quatuor animalibus con- paratur: quæ imaginariē vidit Ezechiel, vocatur Mar- cus leo: quia ipse ceteris apertius aptiusque dominicam resurrectionem enarravit. Vocatur quoq; Chri- stus leo in multis alijs locis sacre scripturæ: sicut patet in Apocalypsi Ioannis. f. Vicit leo de tribu Iuda. Sicut apparet ex euangelio Luca, & Matthæi. Ex prædictis liquidō concluditur inductio, hoc secundum figura- tum Paradoxon de Christo debere intelligi, & cur, leo nuncupetur.

Christus quatuor animalibus comparatur. f. aquila, bo- ui, homi- ni, & leo- ni.

Vnde Mar- thæus euā- gelista for- titus sit no- mē leonis.

Pars prima metaphora secunda, scilicet, Leo, qui videbatur. Cap. IIII.

CONSEQVENS huic in hac secunda meta- phora particula est: Qui videbatur. De Christo Saluatore nostro, quem præterens figurata locutio leo- nem appellat, omnes subsequentes particulae exponē- dæ sunt. De hoc dicitur, quod videbatur. Iste enim dominus Iesus de Virgine natus triginta duobus annis, & dimidio, iuxta traditionem scripturæ. s. Iustis sex, qui iam peractis, inter homines communicauit, scilicet, vsque ad tempus suæ sacratissimæ passionis: Post resurrectionem quoque apparuit illis demonstrās eis in multis argumentis suam sanctam resurrectionem, sicut in 1. cap. libri Actuum apostolorum continetur. In toto autem hoc tempore visus fuit dominus Iesus ab illis, cum quibus communicabat. De hoc Baruch propheta. 4. cap. hic est dominus Deus noster, & non æstimabitur alius a nobis, qui inuenit omnem viam veritatis: & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dile- cto suo. Post hęc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hęc autem prophetalis auctoritas de Christo Saluatore nostro, qui verus Deus, & ho- mo est, liquidō patet exponenda. de hoc Saluatore Abacuc loquitur continuata narratione quarundam aliarum rerum, quæ præposuerat, & dicit: Hic est dominus Deus noster. In quo innuit hunc Saluatorem esse Deum, qui ea, de quibus suspensius sermo tene- batur effecerat. Et dicit hunc Deum suum esse: quia non ponit, aut tollit quenquam alium Deū aut deorum: sicut fatua coluit gentilitas: quæ multifariam deorum distin-

distinctionem posuit, de quibus aliquoties latius differimus. De his Aug. de Civitate Dei lib. 2. 3. & 5. atq; 7. Horum autem nullum viri Iudaei paternas traditiones sequentes colendum assumpserunt, de quibus hic Habacuc, qui praedicta loquebatur erat. Et subdit, & non aestimabitur alius a nobis, quod ad Deorum mutationem in colendo clare attinet. Alique enim de generibus nationes Deos inutiles, atque infames assumptes, cum sibi nihil ab illo Deo conferri viderent, illum nullum bonum existimantes poterant ad aliorum Deorum declineare culturam: de hoc ergo Baruch in praelibata auctoritate testatur, cum & participes verarum traditionum nunquam Deum alium assumpturos. Fundamentum autem horum est, quia Deus Hebraeorum erat verus Deus, & solus Deus multa, tam temporaliter, quam secundum aeternorum verum promissiones cultoribus suis bona distribuens. Non erant igitur alius alius estimatorum Deorum, qui illis magis vllatenus prodesse valeret: nulla igitur saltem apparenti ratione moveri poterant, ut hoc Deo deferret alterius se aptarent culturae. Iudaei tamen, qui aliquando infidi, & valde nequam erant, mutaverunt Deum suum simulachra excolentes. Sic testatur Psalmista psalmo centesimo quarto. Et mutaverunt gloriam suam, in similitudinem vituli senum comedentis, id est mutaverunt Deum suum, qui erat gloria sua in bouem: hoc fuit cum exeuntes de Aegypto in deserto vitulum coluerunt. Saepius autem hoc fecisse referuntur, ut ex historialibus prophetarumque sacrae scripturae libris apparet discurrenti: super quibus Deus magna indignatione conquiretur per Ieremiam cap. secundo. Transire ad insulas Cethim, & in Cedar quoque mittite, & videte si mutavit gens Deum suum: & ipsi non sunt dii, populus autem meus mutavit gloriam suam in idolum. Sequitur in praedicta auctoritate. Iste invenit omnem veritatem, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Hoc quo ad legislationem intelligitur: nullus namque exumatorum Deorum cultoribus suis, quo mores regerent, vitia extirparent, leges vllas dedit, sed potius infanda sacrificia, & ritus profanos in miserabilium illaqueationem animarum tribuere, de quibus large disputat Aug. secundo de Civitate Dei, loquens de frigidis sacrificiis, aut fugalibus, quae Troiana dicuntur. Haec enim Berecinthiae deorum matri gentilium nationes impendebant. Verus Deus suis cultoribus modum sibi collocandi in actionum directione, atque vitam aeternam, in qua felicitas sistit humana attingendi vllens tribuere, ne in alterutrum deviatione humani iudicij actus flecti possint, legem in libris quatuor Moysi conscriptam dedit. Et cum dicit eum invenisse omnem veritatem, sensus est, quod ad omnes humanas actiones, in quibus aut errare, aut recte agere homines possunt, sufficientes leges illi temporis dedit. Dicit autem hanc veritatem traditam fore Iacob puero suo, & Israeli dilecto suo, quod ad idem pertinet, quia Iacob, & Israel vnius viri nomina sunt: quoniam qui Iacob antea vocabatur, postea ab Angelo Israel nuncupatus est, ut patet Gen. 32. & 35. cap. Dicit autem datam legem hanc seu veritatem Israeli, quia nulli alij populo Deo legem dedit: licet quidam imperiti Iudaeorum secus sentiant, dicentes quod prius istam legem Ammonitis, Moabitique, atque Imaelitis dedit, sed ipsi eam ex quibusdam friuolis causis suscipere noluerunt: quia cum reieissent, Deus illam Iudaeis in monte Sinai proposuit, & illi eam libentius susceperunt: quam friuolam vanamque positionem diffusius improbauimus super Deuteronomij cap. 33. Quod autem dicit, post haec in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. ad aduentum Christi in carne clare attinet, qui aduen-

tus plusquam mille, & ducentis annis post datam in Sinai legem fuit. Tunc enim vltima in terris, quae cum ante spiritus purus foret, videri non poterat: postea vero verbum caro in substantia apparet corporea ab omnibus videri potuit. Conuersatus est autem cum hominibus praedicando, exhortando, conuersando in potibus atque cibis. Ex praelibatis patet qualiter Christus, qui leo erat, videbatur.

De modo duplici, quo Christus videbatur.  
Cap. V.

CIRCA praedicta vltius speculantibus inquirendum est, quomodo Christus videbatur, & dicendum, quod dupliciter videbatur. Primum in corpore suo benedicto, sicut cum inter gentes conuersabatur praedicans, & exhortans. Secundum modo in hostia videtur: nam hostiam videntes cum sciamus ibi sub panis effigie Christum latere, dicimus Christum videre. Primus modus proprius est aliquo modo: secundus autem per appropriationem quandam. In quo animadvertendum est Christum, siue Iesum dicere vnam personam, suppositum, siue hypostasim: quae tres substantias complectitur, quarum prima diuina est, secunda, persona trinitatis, quae est filius, & haec sibi naturam humanam in vtero virginis vniuit: Secunda substantia est anima humana: Christus namque veram humanam animam assumpsit nouiter creatam, atque infusam illi corpori benedicto, sicut in ceteris hominibus est. Tertia substantia est corporea: Christus enim verum corpus humanum de virgine sumpsit. Haec tres substantiae vnam hypostasim, aut personam non componebant, sicut corpus, & anima rationalis compositio ne vnum hominem constituunt, quia tunc secunda trinitatis persona alicuius compositi pars esset, quod falsum est. Item quando aliquid componitur perfectius est compositum qualibet suarum partium, ex quo inferitur Christum perfectiorem esse secunda persona trinitatis, quod falsum est: quia cum secunda trinitatis persona infinite perfectionis existat, super infinitum maius daretur, quod contradictionem includit. Non ergo istae tres substantiae suppositum, personam, aut hypostasim Christi componunt, sicut corpus, & anima hominem constituunt. Sed diuina persona, secunda in trinitate integre, & totaliter suppositum, aut hypostasis, vel persona Christi est. Duae autem aliae substantiae, scilicet corpus, & anima non constituunt aliquam personam, hypostasim, vel suppositum: sicut in quolibet homine corpus, & anima tertiam faciunt entitatem, siue suppositum, aut personam: sed assumptae sunt, ut vnita verbo, quod est secunda trinitatis persona, & non addendo aliquid de hypostasi, aut nouam constituendo personam, vnam cum verbo personam, vel hypostasim faciunt. Alioquin Christus esset duae personae integre, aut hypostases, scilicet vna persona diuina, quae est perfecte persona nullo ei prorsus addito: alia autem esset hypostasis, vel persona, quam corpus, & anima vnita constituerent, & sic Christus non esset vnus, sed duo: sicut Deus, & quilibet alius homo de nobis duo & non vnus essent: quod impossibile penitus erat, sicut quod vnus homo, duo homines essent. Sequitur ergo has tres substantias multas personas, aut hypostases non constituere, sed vnam. Sic Athanasius in symbolo fidei nrae attestatur de Christo loquens. scilicet qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus, id est licet habeat duas naturas, quia Deus est, & homo: & habeat tres substantias, diuinam, animalem, & corpoream, non tamen est duae personae, sed vna. Item quod corpus, & anima Christi suppositum, aut personam nullam constituent, aut partes hypostasis vel personae

Substantia  
triplex in  
Christo.

sint probat Athanasius in eodem symbolo, non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, id est, quod ad hoc, quod Christus vnus suppositum esset: non oportuit, quod natura diuina, & humana miscerentur, aut diuina in carnem mutaretur: ut sic idem cum corpore esset, sed quod illa persona diuina suppositum esset, & assumeretur humanitas a verbo. Ex praedictis euidenti illatione concluditur, qualiter in Christo tres substantiae se habeant, & quae earum sit totaliter suppositum, aut persona Christi.

Dubium, scilicet, numquid Christus animam  
habuerit. Cap. VI.

SUPERIORA Intendentibus dubium suboritur: quia diximus Christum tres substantias complecti, scilicet verbum, & corpus, atque animam rationalem. Dubitabit ergo aliquis in hoc, quia multi existimauerunt Christum animam non habuisse, sed sicut anima esse corpori tribuit per vnionem: quia ipsa spiritus est: ita Deus cum spiritualis substantia sit, si corpus sibi vniret, illud viuificare posset: nec erat necessitatem aliquam animam in illa incarnatione nouiter fuisse creatam ad corpus illud informandum, sed verbum, secunda in trinitate persona corpus illud sibi vnens animaret tribuens esse, viuere, & moueri. Hoc autem subsistere non potest multipliciter. Primum, quia Christus erat verus homo, & homo substantia composita est: necessarium ergo est, quod si animam non habuit verbum cum corpore componeret, hoc valde diuinae naturae repugnat, quae cum re nulla componitur. Item si Christus non habuisset animam, necessarium erat, ut homo, qui Christus erat, ex duabus partibus componeretur, cum homo non sit substantia simplex, sed composita: cum igitur animam non haberet: necessarium erat, ut altera istarum partium persona diuina foret. Hoc autem subsistere non valet, cum pars toto imperfectior sit, quia totum vtriusque partis, simul continet perfectionem: ex quo inferitur perfectiorem fuisse hominem illum compositum, quam secunda trinitatis personam: quod omnino impossibile est, quia secunda trinitatis persona, & quae libet aliarum diuinarum est infinite perfecta, supra infinitum autem amplius dari non potest. Item si Christus animam non haberet, & secunda persona trinitatis cum corpore hominem constitueret, & corpori esse tribueret, non vocaretur ista assumptio, sed compositio: nam cum secunda trinitatis persona esse vnita corpori Christi daret compositionem. Assumptio autem multum a compositione differt, quia in assumptione assumens non dat esse assumpto, sed solum assumens ad se assumptum trahit, & assumens & assumptum non faciunt duas personas, supposita, aut hypostases, sed unam solum: hoc tamen falsum est, quia orthodoxorum firmum positum hoc non compositio, aut mixtionem, sed assumptionem vnitiuam appellat: sicut in symbolo fidei ex verbis Athanasij supra sumptis apparet. Item si Christus animam non habuisset, & verbum diuinum loco animae tenuisset, non dicere fasus, quod verbum diuinum assumpsisset naturam humanam, sed corpus in vtero virginis formatum, & sic non dicere fasus hominem, aut naturam assumptam fore, sed corpus formatum ex virgine: quod falsum est, quia sancta mater Ecclesia, & doctores approbati dicunt hominem, & naturam assumptam, & non solum corpus de Virgine fuisse assumptum. Apostolus quoque Paulus praedicta attestatur in epistola ad Romanos cap. 1. dicens: Christus praedestinatus est esse filius Dei: nunc autem inquiretur, quid vocet apostolus in hoc loco Christum, nullus enim dicit solum corpus Christi

nominari, quia corpus Christi non est Christus, sed corpus Christi. Item quia pars integralis, aut substantialis, nunquam totius praedicari in recto denominationem suscipiunt: corpus autem Christi eius substantialis pars est, non ergo nominabitur Christus. Item, quia corpus Christi non vocatur filius Dei, nec sacra scriptura, aut quisquam hominum eum sic aliquando nuncupauit: necessarium ergo est in presenti vocari diuinam personam, scilicet secundam Trinitatis personam cum anima, & corpore sibi vnitis: aut secundam personam solo corpore sibi iuncto, aut secundam personam, siue verbum sola anima sibi vnita, aut secundam personam solum, aut corpus, & animam Christi solum. Si autem auctoritatem beati Pauli in primo modo accipiendi Christum intelligamus. scilicet Christus dicat verbum cum carne, & anima sibi vnitis, sic in Christo animam concedemus, quod illorum quidem positioni repugnat, hoc tamen nos confirmemur. Hoc tamen modo intelligi non potest, quia cum verbum, siue secunda in Trinitate persona suppositum sit, si hic pro secunda persona diuina acciperetur, cum dicitur: Christus praedestinatus est esse filius Dei: erat sensus quod a Deo praedestinatum erat, ut secunda trinitatis persona filius Dei esset, quod quidem falsum, atque impossibile est. Nam praedestinatio ante res praedestinatam est: quia praedestinatio aeterna est, praedestinata autem cum temporis limitatione complentur, sicut Boetio deferente didicimus de Consolatione libro quinto. Tunc enim sequebatur verbum diuinum aeternum non esse: quod falsum est, quia omnes tres personae aeternae, & sibi coaequales sunt, sicut ait Athanasius in symbolo fidei: Aeternus pater, aeternus filius, aeternus Spiritus sanctus: non tamen tres aeterni, sed vnus aeternus. Inducitur ergo verbum Dei, quod est secunda in Trinitate persona ab aeterno genitum. Non ergo de verbo praedestinatum est, quod esset filius Dei: quia ex quo Deus est, Deus filius Dei, siue verbum est Deus: quia Deus non est antiquior patre, filio, & Spiritu sancto. Concluditur ergo in praemissa Apostoli auctoritate, Christum hoc primo modo non accipi. Item in praefata auctoritate Christus secundo modo accipi non potest. scilicet dicat diuinum verbum cum corpore humano sibi vnito, quia hoc subsistere non potest ex fundamento rationis praefatae. scilicet quia verbum diuinum est suppositum, dum autem Christum nominarem, intelligeretur secunda trinitatis persona, de qua praedicaretur, quod erat praedestinatus esse filius Dei, quod subsistere non valet, ut in praedictis declaratum est. Item tertio modo Christus accipi non valet. scilicet sit suppositum diuinum cum sola anima rationali, quia tunc sequebatur inconueniens supra datum, scilicet, quod secunda Trinitatis persona, quae suppositum est, diceretur hic praedestinata, ut esset filius Dei, ut in superioribus probatum est. Item quia nullus vnquam hominum verbum diuinum cum sola anima rationali Christum nominauit, quia tale suppositum cum inuisibile sit, a nobis sentiri non poterat: sed adhuc hoc dato necessario inferitur, quod nos dicimus, scilicet, Christum habere animam rationalem. Item non potest hic accipi Christus quarto modo. scilicet pro solo verbo diuino, quia licet secunda persona verbi sit suppositum, quod est Christus, nunquam tamen eam solum Iesum aut Christum appellamus, quia tunc induceretur Virginem non esse matrem Christi, quia secunda Trinitatis persona patrem Deum habet, matrem autem nequaquam: non ergo isto modo Christus nominatur. Item, quia sequebatur inconueniens supra assignatum. scilicet quia verbum, siue secunda in Trinitate persona diceretur praedestinata, ut esset filius Dei, quod falsum est, ut supra probatum est. Necessaria ergo conclusione inducitur Christum ab apostolo

huc



hic appellari, prout secundo modo appellari debet. f. quod Christus sit corpus & anima coniunctioe unita, quæ duo homo sunt, iuxta illud, quod in symbolo Athanasij est. Sicut anima rationalis & caro unus est homo, & de hoc est verum, quod est prædestinatus, ut sit filius Dei, quia licet verbum diuinum, quod unita sibi natura humana Christus nuncupatur, sit æternum, homo tamen ille assumptus a verbo, & ex anima & corpore compositus, omni excluso inconuenienti dici potest, quod est prædestinatus esse filius Dei. Concluditur ergo ex his, quæ præcedunt, Christum habere animam rationalem.

*Si verbum animam rationalem non habuisset, euerterentur mysteria omnia, & fides omnis. Cap. VII.*

**HIS** quoque adijcitur, quod si Christus rationalem animam minimè habuisset, nullatenus mori posset: nam ut isti delirantes arbitrantur, quod verbum carni unitum ei esse dabant, sicut anima rationalis eidem unita efficeret. Tunc igitur sicut corpus humanum nunquam vita defunctum est, donec ab eo uiuificans anima totaliter discesserit. Ita nunquam corpus Christi mortuum foret, donec a verbo fuisset desertum, nunquam tamè corpus Christi a verbo desertum est, iuxta Damasceni sententiam, quod semel assumptum nunquam dimisit. Hæc quoque catholicorum sententia est, & omnis confitetur ecclesia: Anima Christi ad inferos descendente, verbum corpori in sepulchro unitum mansisse, sequitur ergo Christum nullatenus fuisse mortuum, quod omni euangelistarum assertio, & epistolarum exhortationum fides, & sacri doctores, atque omnia fidei symbola profitentur, scilicet, Christum pro nobis semel fuisse passum. Ex his ergo necessariò inducitur, Christum animam habuisse, & per eius ablationem mortem in eo fuisse, tamen manente verbo diuino corpori humano assumptum in totali pristina unione: ad animam quoque eadem unione manente, licet non ad vtrumque simul. Item si Christus animam humanam non habuisset, sequitur quod a verbo corpus eius aliquando desertum esset, quod falsum est. Iuxta auctoritatem Ioannis Damasceni: Quod semel assumptum, nunquam dimisit. Consequentia autem probatur: quia si Christus animam rationalem non habuisset, verbum carnem illam uiuificasset, sicut anima eidem unita effectura foret, tunc autem corpus vita defungi non poterat, nisi inde deitate submota. Sicut humanum corpus nunquam mortem subijt, nisi a uiuificante anima deseratur: sed Christus uerè iuxta totius fidei assertionem mortuus est: ergo uerbum dereliquit corpus eius: sed hoc falsum est. Sequitur ergo Christum animam habuisse.

*Quomodo aliquid alteri uniri potest, & tunc causa esse. Cap. VIII.*

**ITEM** non poterat secunda trinitatis persona uniri compositione cum corpore humano, ut sibi esse daret: nam quod aliquid alteri uniat, & illi esse tribuat, hoc est cum ambo sunt partes speciei, & neutrum totam essentiam conuenit speciei: sicut est in anima, & corpore: quia corpus non est homo, & si solitarius sit etiam pars hominis non est. Et anima non continet totum esse specificum, quia per se non est homo, nec pars hominis: licet in hac parte Plato nimis errauerit, dicens hominem esse animam in corpore uiuentem, sic totum esse hominis in anima posuit, quod falsum est, ad quod responsiones multæ, & efficaces sunt. In presenti breuitatis causa omnes dimittimus. de hoc diffusè tractat Sanctus Thomas in questionibus suis

de anima, in questione prima, cuius titulus est, vtrum anima sit forma corporis, & hoc aliquid. Nulla igitur harum duarum rerum esse continet specificum: quapropter ambo totam speciei essentiam continent. si quod unum hominem constituit. Si autem duo sint, quorum vtrumque aut alterum perfectum esse contineat specificum ex ambobus, per compositionem nullum tertium ens, per se resultare potest: sicut ex hōie & asino, aut capra nullum tertium fieri potest, quia homo continet in se perfectum esse specificum, capra quoque, & asinus, & nullum eorum ad alterum vnibilitatis respectum habet, secundum quem fieri possit unum tertium. Sic enim de angelo sequitur, quod licet angelus simplicis spiritualisque substantia sit, sicut anima, & Deus ponat eum in corpore aliquo humano, non poterit ei esse, & vitam influere, scilicet, quod si aliquis homo moriatur, & immediatè corpore recitè Deus animam ad corpus illud reducat, aut post multos dies anima illa esse corpori tribueret, sicut ante tribuere solebat, & homo uiuens esset, nec corpus vllatenus putrefieret, sed ille sum sanumque, ut antea erat remaneret: sed si mox, ut a corpore anima egressa est, Deus angelum interius poneret: illi corpori esse dare non posset aut vitam: sed maneret semp corpus mortuum atque putrefieret. Hoc autem solum angelus in corpore facere poterat, quod moueret corpus illud, si recenter mortuum esset. si organa corporalia seruientia potentia imperatiua illa essent factis quibusdam

partium interiorum abluitionibus locutio sequi posset, tales autem egeronias magis obseruāt ad faciendum loqui corpora nouiter mortuorum additis quibusdam uanis superstitionibus, de quibus sanioris consilij est in presenti subterere. In corporibus, quæ a multis diebus vita defuncta sunt, hoc effici non potest: quia arteria uocales a multis diebus insanabiliter corruptæ sunt: hoc ergo solum est, quod angelus in corpore humano efficere potest, si illud localiter mouere, & loqui per illud, non tamen sibi esse aut uitam tribuere potest, & illud a putrefactione præseruare, hoc autem in angelo sequitur, quia in se totum esse specificum perfectè continet. Sic autem de Verbo diuino incarnato dicendum est: nam licet in Deo propter maximam substantia suæ simplicitatem, species non sit: quia compositionem dicit conceptus specificus ex aliquo quatuor generum compositionis. scilicet ex materia, & forma, genere & differentia, actu, & potentia, esse, & essentia, tamen habet totum suum esse perfectum, nec aliunde perfectionem expectat. Non ergo uerbo, quod est secunda trinitatis persona, aut alicui alteri personæ diuinæ, aut toti benedictæ trinitati, aliquid corpus uniri potest: dato autem, quod aliquid corpus ei uniret, illi esse dare non poterat, sicut dat anima rationalis, nisi animam aliquam corpori illi crearet.

*Quid absurdè sequeretur ad dicentem Christum animam non habere. Cap. IX.*

**PRÆDICTIS** autem addendum est, quod si Christus animam non haberet, & uerbum diuinum uicem anime in corpore gereret, sequeretur, quod uerbum causa formalis corporis esset: sed hoc impossibile est, non igitur uerbum se habet ad corpus, sicut anima ad corpus. Consequentia apparet, quia anima est forma corporis humani, sicut Aristot. in secundo de Anima, in princip. diffinit. dicens: anima est endelechia, siue actus corporis physici organici, potentia uitæ habentis: si ergo uerbum diuinum in corpore uicem anime gereret, necessarium est, ut sit tanquam forma. Quod autem impossibile sit aliquam diuinam personam, aut totam simul sanctam Trinitatem, alicuius materia

materie formam esse, liquidò comprobatur, quia si eum materia habet necessariam habitudinem, siue respectum ad formam, quæ dicitur potentia materia, ut ipsa a forma informari possit. Habet quoque appetitum recipiendi illam: ita forma habet appetitum ad materiam ad informandum illam: appetitus autem isti dependentia sunt: in Deo autem dependentia nullæ sunt, quia omnes dependentie infinite repugnant perfectioni. Si fortassis aliquis dicat, quod dare esse non est aliqua imperfectio: sed potius perfectio, quæ forma conuenit: non ergo dicit aliquam imperfectiorem in Deo. Cui respondendum est, quod forma non solum esse materiae tribuit: sed etiam in materia esse recipit: non quod materia aliquod causalitatis genus directe super formam habeat, sed quia forma esse habere non potest nisi in materia, sicut anima brutorum esse nullum habet, nisi in corporibus brutorum, formæ quoque insensibilium rerum esse non habent, nisi in ipsis corporibus rerum: aliæ formæ aliter generis sunt, quæ licet sine corporibus, aut in materiis, quarum sunt, esse habere possunt, esse tamen perfectum non habent: sicut anima humana post corpora morte defuncta esse habere possunt, & habent: sed non habent esse perfectum, nec operationes intellegendi, ita conuenientis speciei extra corpus sicut in ipso. Item quia subtilius speculantibus apparebit, animam humanam sine corpore uitam, aut esse habere non posse, quia licet anima humana post defunctum morte corpus esse habeat, quia ipsum non perdit: ipsum tamen antequam habeat sine corpore recipere non potest: nam anima quælibet respectu corporis illius in quo est esse recipit, & indiuiduationem: quia alias in spiritibus, nulla minor differentia esse potest differentia specifica, sicut in Angelis est. Qualiter animæ inter corpora creatæ sunt, & qualiter sine corporum respectu differentiam indiuidualem inter se habere non poterant, & qualiter angeli omnes nulla minori inter se differentia differentiant, quæ specifica, altissima speculatio est, quam in presenti censui omittendam. Apparet ergo ex prædictis formas in materiis suis aliquas recipere perfectiones, quas sine illis nullatenus habent, quæ ex re ad ipsas quandam habent dependentiam, hoc autem Deo nullatenus conuenire potest, qui nullam ad rem aliquam dependentiam habet, nec perfectionem a re aliqua recipit, aut in ipsa: quia repugnat suæ infinitæ perfectioni aliquam perfectionem esse extra ipsum: sequitur ergo, Deum non posse ad corpus uicem forme gerere. Item forma habet inclinationem ad materiam: cum autem inclinatio in aliqua re est, non est totaliter perfecta, donec consequatur id, ad quod inclinata est, sicut de animalibus dicimus respectu corporum mortuorum. Nam cum ipsæ formæ corporum sint, inclinantur ad esse in illis, & ut ad illa rursus reuertantur, & expectant, atque desiderant illa: quousque in generali corporum resurrectione fiat denuo reunitio, & nunquam desineret expectare quousque hæc omnia fiant: & licet in felicitate Paradisi existentes ualde de sua beatitudine delectentur, nunquam tamen plenum gaudium habebunt, quousque ad corpora reuertantur.

Si ergo Deus, aut aliqua diuinarum personarum, siue tota beata Trinitas alicuius corporis forma esset, totam suam perfectionem non haberet, quousque corpori uniretur, quod absurdum est. Ex quo duo sequuntur absona ualde. Primum, quod perfectior Deus esset cum aliquid sibi corpore unitum foret quam, cum nullum: quod identidem absurdum est, quia tunc sequeretur perfectiorem nunc esse secundam in Trinitate personam, quia corpore humanum sibi unitum habet, quæ cum nullum corpus habebat, tempore Adæ,

ANNOÈ, Abrahæ, Moysis, atque Dauid. Item aliud sequeretur absurdum. scilicet perfectiorem esse secundam Trinitatis personam qualibet aliarum duarum personarum, quia nec prima, nec tertia corpus unitum habet, quod falsum est, quia quælibet diuinarum personarum perfectionis infinita est. Infinito autem nihil maius reperiri potest. Item si Christus animam non haberet, homo esse non posset: sed Christus est uerus Deus, & uerus homo: sicut Euangeliorum, Epistolarumque, atque omnium canonicarum scripturarum probat auctoritas, sequitur ergo Christum animam habuisse: Consequentia autem probatur, quia homo est substantia composita ex materia & forma, cum non sit simplicis substantie: principia autem componentia erant corpus & anima, sequitur ergo Christum animam rationalem habere. Item quodlibet alicuius speciei indiuiduum habet omnia essentialia illius speciei, & quia essentialis differentia speciei humanæ est esse rationale, quod ab anima rationali inest, sequitur Christum, qui homo erat, animam habere. Item si Christus ex uerbo, quod est persona secunda diuina, & corpore humano compositus esset sicut ex materia & forma, illud corpus non esset corpus humanum, sed diuinum, nec uoco corpus diuinum in presenti corpus, quod Deus habet, quæ hoc modo uerum est: quia secunda Trinitatis persona illud corpus assumpsit, & sibi uniuert: sed corpus diuinum uoco, quod pars Dei est, & ex quo Deus componitur, sicut homo ex corpore & anima componitur. Corpus autem suum, quia informatur forma, quæ anima humana est: necessarium est esse corpus humanum, id est corpus, quod sit pars hominis: sic igitur si ex uerbo diuino, & ex aliquo corpore quidpiam componeretur, quia forma diuina erat, necessarium erat corpus esse diuinum, id est partem Dei: hoc tamen falsum est, quia sic Deus compositus foret, quod identidem falsum est. Secundum inconueniens principale est, quod Christus non esset homo: quia non habebat corpus humanum, sed diuinæ nature solum: ergo Deus erat.

*Obiectiones penes prædicta. Cap. X.*

**FORTASSIS** autem aliquis dubitabit circa hoc, existimans quod uerbum diuinum corpori unitum illi humanum esse tribueret, sicut anima eidem unita tributa erat. Si enim Christus animam habuisset, eum esse hominem dubium nullum erat: ita cum uerbum diuinum corpori illi unitum esset, humanum corpus illud esse constabat. Huic autem responderetur, quod prædicta impossibilia sunt: nam quælibet forma esse tribuit sibi genus suæ essentia: anima quippe brutalis nullum nisi esse brutale conferre potest: anima autem rationalis nullum esse nisi rationale præstabit, forma igitur diuina nullum esse materię impedit nisi diuinum. Res ergo, quæ forma diuinam habuerit, Deus erit. Si ergo secunda Trinitatis persona esse corpori Christi, ut forma tribueret, non poterat illi esse humanum tribuere, sed necessariò faceret esse Deum, aut diuinum corpus. Item probatur, Christum animam habuisse, quia si animam nullam habuisset, moriens eam a se emittere nullatenus posset, sed tempore mortis animam emisit, animam ergo habuit: maior euidentissima est: anima quippe non emittitur nisi unde steterit, minor autem omnium Euangelistarum communis assertio est. Dicit enim Matth. cap. 27. & Luc. cap. 23. & Ioan. cap. 19. Christum in fine totius suæ acerbissimæ passionis dixisse, consummatum esse. & cum hoc dixisset, emisit spiritum. Aliquis autem huic probationi fortasse infare conabitur dicens

spiritum non vocari hic animam humanam, sed deitatem, siue verbum diuinum, cui corpus vnitum erat, quod quia est spiritalis substantia, spiritus dici potest. Deus quippe spiritus est, sicut beatus Ioan. testatur. cap. Sic ergo cum dicit: Emisit spiritum, non est sensus, quod animam aliquam emisit, sed quod diuinam personam a se expirauit. Huic autem inepte argumentationi respondendum est, hoc nulla veritate fulciri. Nam hoc concesso sequeretur verbum diuinum in morte Christi ab assumpto corpore fuisse separatum, & sic non mansisset vnio hypostatica, aut suppositalis, quam verbum ad assumptum corpus habebat: quod falsum est, quia teste Damasceno, quod verbum semel assumpsit nunquam dimisit. Ecclesia quoque vniuersalis fidelium idem profitemur dicens verbum diuinum cum corpore Christi mansisse per triduum in sepulchro. Non est igitur aliquid quod Christus in morte emittere posset, & spiritus vocaretur nisi anima rationalis: Christus ergo habuit animam. Identidem autem hoc ex nostrae fidei symbolo comprobatur: vbi Athanasius ait. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens. Item dicit beatus Matthaeus cap. 27. vbi de Christo moriente loquitur. Pater in manus tuas commendo spiritum meum.

Responsio aliorum ad praedicta. Cap. XI.

QVOD forsitan quispiam hic respondere conatur, hic spiritum pro diuino verbo accipi, quod substantia spiritalis est, vt supraposita responsione probatum est, subsistere non potest: quia hoc, & supradictum ad idem refertur. Idem namque, quod in praecedenti beati Mat. auctoritate spiritus vocabatur, hic quoque spiritus vocatur: cum solum in eodem orationis contextu sit. Item horum sententia stare non valet: quia si hic spiritus secunda Trinitatis persona diceretur, Christus non commendasset illam patri: pro diuina quippe persona exorare nefas est, cum ipsa creator sit, & ipsa potius est ad quam praeces fundi decet. Item quia nullus est, ad quem pro persona diuina exorari possit: cum omnes personae diuinae in perfectione aequales sunt, sicut Athanasius in symbolo fidei nostrae attestatur, scilicet: Omnes tres personae coeternae sibi sunt, & coaequales. Item quia quilibet diuinarum personarum aequalis est aliis duabus in perfectione. Peccasset ergo grauer Christus si pro diuina persona exorasset, quod concedendum minime est: non ergo pro diuina persona orauit, sed pro spiritu exorauit, sicut ex praecedente auctoritate euidenter colligitur: sequitur ergo eum pro anima sua fuisse deprecatum, quod arguit eum animam habuisse. Item si hic spiritus pro verbo aut diuina persona assummeretur, non dixisset Christus, pater in manus tuas commendo spiritum meum: sed dixisset pater in manus tuas commendo me spiritum: hoc tamen nulla expressit scriptura, nec debuit expressisse: sicut ex superioribus liquidè inductum patet. Quod autem si de verbo, aut secunda persona diuina loqueretur, sic dicere debuisset, manifestè colligitur: quia suppositum, persona, aut hypostasis est qui loquitur, & de se loquitur. Cum ergo persona, aut hypostasis Christi essent secunda persona diuina, siue verbum, & non homo assumptus, sicut tota Ecclesia, & catholicorum doctorum tradit assertio, si hic acciperet spiritus pro persona diuina, nullus, qui Christus esset de ea loqui poterat: sed ipsa de se loqui debebat: quia ipsa Christus erat: & persona, siue hypostasis loquentis. Necessarium autem est, vt semper suppositum sit, quod loquitur: sicut quispiam Petrus vocaretur, homo ille Petrus

persona, aut suppositum, vel hypostasis est: ipse quoque de se, & nomine suo loqui debet. Sicut igitur dicere poterit: pes meus albus est, aut caput meum est sanum: quia istae partes cum suae sint, de ipsis sermonem facit. Idèdem autem de partibus substantialibus, quae de integralibus faciendae sunt: ita vt dicat, corpus meum sanum est, & anima mea peccatrix, non tamen de se ipso hypostasi, vel persona sermonem facere poterit cum isto pronomine possessiuo meum, dicens Petrus meus est bonus: sed, ego, qui sum Petrus, sum bonus vel, ego Petrus sum bonus.

Ad propositum autem praedicta applicantes cum persona, vel hypostasis aut suppositum in eo diuinum sit, scilicet verbum, non debebat ipse de secunda persona diuina loqui in tertia persona, aut cum isto possessiuo meus dicens: pater in manus tuas commendo spiritum meum: sed dixisset: pater in manus tuas commendo me spiritum, aut me, qui sum spiritus: & hoc in prima persona, & sine hoc possessiuo meo. In tertia tamen persona, & cum pronomine possessiuo locutus est: Sequitur ergo, quod non de verbo diuino siue secunda Trinitatis persona locutus est, sed de anima sua rationali.

Ioannes testatur Christum animam habuisse. Cap. XII.

IDENTIDEM autem aliquis probare conabitur Christum animam habuisse ea beati Io. auctoritate, quae habetur ca. 10. scilicet: Ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis: animam ergo habebat, aliàs enim ipsam ponere non valuisset pro ouibus suis. Identidem eiusdem Io. auctoritate in cap. 10. comprobatur, scilicet: Potestatem habeo ponendi animam meam. & potestatem habeo iterum assumere eam: quorum vnum est per passionem, alterum autem per resurrectionem: sequitur ergo Christus animam habuisse. Huic sic conanti conuincere respondetur, ex praedictis inferri nullatenus Christum animam habere: quia hic anima non accipitur pro spiritu vegetante corporis artus, & esse atque motum tribuente, quae forma est corporis, atque compositi pars. Hoc autem manifestatur ex verbis Christi, & habetur Mat. 16. ca. Qui diligit animam suam perdet eam, & qui perdit animam suam, in vitam aeternam inueniet eam. Et alibi: Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam, id est qui vult in aeterna felicitate vitam habere, perdet eam hic. Quae de anima rationali non posse intelligi luce clarius est, quia qui odit animam suam, non inuenit eam in vita aeterna, scilicet in felicitate paradisi, sed in aeternis inferni suppliciis: & qui animam suam diligit, non perdit eam, sed potius lucrificat. Quae omnia verbis Christi repugnant, si de rationali anima intelligeretur: animam namque nostram post Deum ex charitate super omnia diligere obligamur: necessarium ergo est hic animam pro vitae poni. Et est sensus, quod homo, qui odit vitam suam secundum hoc seculum, non multum de eius conseruatione curando, aut delectationibus caducis frui in praesenti non curat, inueniet vitam in felicitate paradisi: quia iste non curat de vita sua, sed potius pro Christo exponit: qui autem diligit animam suam, id est vitam suam, eam exactissima diligentia conseruare desiderans, atque inexcogitatis magnisque deliciis in praesenti frui cupit: odit eam atque perdit. Quia nunquam lucrificat aeternam paradisi felicitatem. Huic autem expositionis modo consonant verba saluatoris per Mat. vbi supra, cum ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: id est si quis me perfecte per viam consiliorum sequi desiderat, accipiat crucem suam, id est tormentum suum, aut mortem in manu sua se quotidianis propter Christum accerbitatibus penalis cruciando, nec carnalibus illecebris indulgendo, & tunc sequetur me.

tormentum suum, aut mortem in manu sua se quotidianis propter Christum accerbitatibus penalis cruciando, nec carnalibus illecebris indulgendo, & tunc sequetur me.

Declaratio auctoritatum Ioannis, & quod Christus vitam non autem animam pro nobis posuit, & quaedam de anima. Cap. XIII.

Aia dum corpori coniuncta est nullum sentit dolorem, neque aliquem habet actum.

SICVT praecedentia beati Matthaei verba declarauimus: ita beati Ioannis praedicta auctoritates intelligendae sunt, scilicet ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis, id est vitam meam: sic autem valde rationabile est, & quasi necessarium debere intelligi. Nam accurtius speculantibus liquidè comprobatur Christum pro nobis animam non posuisse, sed vitam: anima namque Christi mortua pro nobis non fuit, cum ipsa sicut ceterae immortales esset. talis namque ante mortem Christi fuit qualis nunc est. Item anima Christi nullum pro nobis dolorem perpessa est, quia anima dum corpori vnita est nullum experitur dolorem, aut actum aliquem habet, sed homo est, qui operatur: anima enim non intelligit, sed intellectus est, qui intelligit: nam si anima in corpore existens intelligeret, scilicet quod ipsa esset id, quod est intelligens: nihil magis homo in vigilia quam in somno intelligeret: sed in vigilia homo intelligit, in somno autem nequaquam. Item aequè intelligeret anima cum homo ebrius est, & cum sobrius: sed falsum est, quia homo ebrius nihil, aut parum, aut distortè intelligit: sicut in praedictis declaratum est: sobrius verò intelligit. Consequenter autem patet, quod anima in se ipsa omni tempore aequè perfecta est, atque temperata cum incorporea sit nullam penitus corpoream suscipiens passionem, aut disturbance. Item anima in se ipsa dum coniuncta est nullis gaudiis afficitur, & nullis amaritudinibus perturbatur: sed homo est, qui affigitur, & turbatur. Sic ait Arist. in secundo de anima, qui dicit animam tristari, dicit eam texere, & aedificare: sed nullus dicit animam texere, nec aedificare: pariformiter ergo nec latari, aut tristari dicere compellemur. Anima ergo beati Iesu, in eius morte nullam tristitiam, aut amaritudinem tolerauit: sed Christus est, qui omnia tolerauit: nulla ergo ratio est, quae inducere possit, vt dicamus Christum pro nobis animam posuisse, sed vitam. De vita sua verum est, quod ipse eam pro nobis posuerit: quia ante passionem Christus viuebat, per passionem autem vita defunctus est, quia viuere desit, & iterum vitam reassumpsit: corpus tamen & anima Iesu tam ante passionem, quam post passionem semper fuerunt: nec vllatenus vt vita esse desierunt. Sic autem, & in alia auctoritate cum dicitur: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum assumere eam: assumitur anima pro vita: nam in potestate Domini Iesu erat pro nobis in passione vitam perdere, & eam in resurrectione rehabere. Conuincitur ergo ex auctoritatibus quas isti inepte induxerunt Christum animam habuisse non liquere. Ex praedictis rursum inducitur probationibus Christum rationalem animam habuisse vegetantem artus, & esse formaliter corpori tribuentem.

De tribus substantiis in Christo existentibus. Cap. XIII.

RVRSVS autem ad ea, quae reliquimus reddentes, dicendum est in Christo tres substantias esse. scilicet verbum siue secundam personam diuinam, & animam incorporealem, atque corpus. Haec autem tria Alph. Toft. Parad.

personam Christi, siue hypostasim non conponebat, quia persona sua, siue suppositum erat persona diuina, siue verbum, anima autem, & corpus humanum ad vnitatem suppositi a persona diuina assumpta sunt, nihil tamen in persona illa de natura personalitatis integrabant. Circa praedicta diligentius attendendum est, quod ad hoc, quod aliquis proprie, aut quasi proprie Christum videret, non erat necessarium istas tres substantias videre, quae erant in supposito Christi. Nam sic impossibile erat videri vnquam Christum, quia Deo secundum se inuisibilis est: sicut scribit beatus Ioan. cap. primo, Deum nemo vidit vnquam. Et Exodi cap. 33. dicitur: Non videbit me homo, & viuet: & hoc quia Deus secundum se substantia solum intelligibilis, & non visibilis est. Item anima Christi inuisibilis erat, cum ipsa spiritus sit, & magnitudinè nullam habeat, nec colorem: trium ergo substantiarum, quae sunt supposita Christi, aut proprius loquendo in Christo, duntaxat vna visibilis est, scilicet corpus humanum, quod assumpsit, & hanc solum substantiam videntes Christum videre profitemur. Sic enim de homine dicimus, quem ex duplici substantia, scilicet spiritali, atque corporea constitutum esse patet. Altera namque eius pars, scilicet anima, quae spiritus est, visibilis non est, sed corpus solum videmus: corpus tamen solum videtes hominem videre praedicamus. Omnes igitur, qui Christum in carne viderunt cum praedicationi, aut exortationi insisteret, aut intergentes iuxta traditionem prophetiae Baruch conuersarentur, proprie eum vidisse dicuntur. Potest autem Christum interdum improprie cerni, cum eum non per aliquid harum trium substantiarum aspiciamus, sed cum per aliquid alterum valde extrinsecum videmus: quod extrinsecum signum praesentiae eius est. Sic enim Christum in hostia, aut calice videmus quia sub sacramentum talium specierum, vel animarum occultatur: cum tamen hostiam consecratam sacerdotum manibus in altum tolli videmus, scimus verè ibi corpus Christi latere: cum autem calicem conspiciamus eleuatum ibi Christum esse manifeste cognoscimus, haec tamen visio propria non est, quia per id Christus videtur, quod in eo nullo modo est.

Videtur aliquid tripliciter. Cap. XV.

IN quo ulterius speculandum est, quod aliquid videri tripliciter accidit. Primus modus est cum aliqua res per se videtur, nec est aliquid alterum, quod faciat eam videri: sic enim colorem, & lucem videre dicimur. Nam cum lucem cernimus, non eam per aliquid cernimus, quod nobis ea visibilem reddat, sine quo lux visibilis non esset, sed ex se visibilitatem habet. Hic autem primus modus bipartitur, quia quaedam sunt, quae sunt per se, & de se visibilia, & primo visibilia: quia non sunt alia, quae prius illis videantur, aut quibus primo visibilitas correspondeat. Hoc autem solum est, quod directe est obiectum visus potentiae, quod duas partitiones habet, scilicet lucem, & colorem: licet ista non aequaliter primae potentiae visus obiecta videantur. cum lux tam intrinsece, quam extrinsece colori visibilitatem largitur: intrinsece quidem, quia lux intrat compositionem cuiuscunque coloris. Extrinsece verò, quia visio nullius coloris fieri potest nisi medio per lucem disposito: lux ergo quia obiectum est primo, & per se visibilis est: & ideo visibilis est, quia lux est: & non est lux, quae visibilis non sit. Color etiam, quia obiectum est visibilis est: & ideo videtur, quia est color: nec est aliquid color, qui visibilis non sit. Vocatur autem haec per se visibilia, quia causant visionem, & nihil videri potest, nisi hic duo aut alterum eorum, aut id, in quo ista duo, aut alterum eorum est. D. Item

Item vocantur hic primò visibilia, quia licet alia sint, quæ actualiter videantur, aut visibilia sint: non tamè s'nt se videntur, sed quia colorata, aut lucida sunt. Sunt ergo color, & lux id, quo cætera visibilia faciunt. Lux ergo & color sunt, quæ primo visibilia sunt, cū talem causalitatè visibilitatis super cætera habent: sic ergo duæ proprietates his conueniunt, scilicet, quòd sint per se visibilia, & quòd sint primò visibilia. Alia sunt, quæ sunt per se visibilia, tamen non primò visibilia: & hæc sunt omnia sensibilia cõia, quæ ab oibus sensitiuis potentiis percipiunt: videntur quippe, gustantur, & tanguntur: audiuntur, & odorantur. Hæc autem iuxta communem supputationè quinque sunt, scilicet motus, figura, numerus, magnitudo, quies. Visu nanque motum percipimus, moueri quoque res audimus, atque gustu saporosas, aut insipidas res moueri iudicamus. Tactu etiam res in motu esse conuicimus, & identidem odoratu sentimus. Figura autem est de sensibilibus communibus est: visu. n. figuras rerum compræhendimus, auditu figuram rei sonoras iudicamus: gustu quoque gustabile cuius sit figuræ conspicimus: tactu verò hoc optime diiudicamus, in odoratu verò identidem fit. Numerus quoque tertium in cõmunibus sensibilibus est, visu enim an vna pluresue, & quot sunt res ipsæ cernimus, auditu verò an vna, vel quot voces sint liquidè comprobamus, odoratu etiam odorum numerum iudicamus: gustu quoque quot sãpida, aut insipida sint sentiuntur: tactus autem numeros quoque depræhendit. Magnitudo autem quartum in communibus sensibilibus est, visu enim quanta res sit liquidissime cernitur, auditu autem quanta sit, & an sonatium paruum magnitudie sit, iudicamus: odoratu magnitudinem breuitatèque odoris percipimus: gustu autem extensiuam sentimus magnitudinem: tactus autè post visum de magnitudine lucidissimam sententiam profert. In sensibilibus cõmunibus quintum, atque vltimū quies est, de quo identidem omnes sensus iudicant, vt de motu declarauimus, oppositorum nempe eadem est disciplina: cuius ergo possibile de motu iudicare est, eiusdem de quiete necessariò sententia erit. Hæc autem sunt sensibilia communia per communiter loquentes enumerata, quæ vt enarrata sunt Arist. describit in ij. de anima in cap. de potentia visua. Aliæ autem in sua perspectiua ponit. 1. communia sensibilia, his quædam alia adiciens. scilicet differentiam, conuenientiam, propinquitatem, distantiam locorum, positionem, & similia. Ponit eadem Pisanus in sua perspectiua, quæ vocatur Perspectiua communis lib. i. hæc tamen omnia ad quinque supradicta communia sensibilia reducuntur. Hæc omnia sensibilia sunt visibilia per se: quia visus super ea fertur, & visio ista non secundū accidens fit: non tamen primò sunt visibilia, quia tunc cum aliqua res cerneretur videretur, quia magna, aut figurata, quiescens, aut mota, vna pluresue erant: hoc tamen falsum est, quia nulla res, quia magna est, aut figurata videtur: sed quia lucida, vel colorata: huius autem signum est, quia aliquam magnitudinem figuram, motum, quietem, aut numerum oculis contemplamur, non videremus ea nisi lucida, aut colorata forent. Quod si fortassis aliqua magnitudo motus, aut figura, nec lucida, nec colorata fuerit, eam videri impossibile erit: sed audiri, aut tangi, aut odoratu gustuue senti. Hæc ergo non sunt primò visibilia, sed proprium obiectum potentie visus, scilicet color, & lux est primò visibile: obiecta autem communia visibilia sunt per se sed non primò. De his tractat Arist. secundo de Anima in cap. de potentia visua.

Visibilia  
cõmunia,  
quæ sint,  
& quot.

Quomodo Christus videri possit.  
Cap. XVI.

**H**OC primò modo Christus propriè videri non poterat: quia non est Christus aliquid, quod sit per se primò visibile, aut aliquid visibile per se non primò: quia Christus non est color, aut lux, nec est aliquid de communibus sensibilibus, scilicet motus, magnitudo, figura, numerus, & quies. Hoc identidem modo nulla substantia corporea, aut incorporea visibilis est, quia nulla talis est obiectum proprium visus, sicut color, & lux, aut aliquod de communibus sensibilibus supra tactis. Secundò modo res visibilis est, cum in ea aliquid sensibile proprium est. scilicet color, aut lux, & cum aliquod de cõmunibus sensibilibus. scilicet motus, figura, numerus, magnitudo, quies. Hoc quippe modo omnis corporea substantia visibilis aliquo modo est, quia nulla est substantia corporea, in qua non sit color, vel lux: color autem est in omnibus elementis: quoniam omne elementatum corpus est necessariò coloratum. Quod ad elementa transducere non debet, quia in his licet ex parte generaliter, tamen regula non tenet, sed de corporibus formatis ex elementis intelligendum est. corpora autem non elementaria lucem habent, sicut corpora cælestia, & omnia astra, & quedam de corporibus elementaribus. Item in omnibus substantiis corporeis reperiuntur cõia sensibilia, quia omnia talia corpora habent magnitudinè, figuram, numerum, motum, aut quietem. Hoc modo Christus visibilis erat, & visus est, cum conuersatus est inter homines vsque, quo ad cælos ascendit: quia in ipso erant omnes conditiones prædictæ, quæ in omnibus corporibus elementatis sunt. Tertius modus videndi est, cum aliquid videtur, quod per se primò visibile non est: aut quod per se visibile non est, nec est in ipsa re visa, aut denominata visa aliqd s'nt q' visibilis est, & s'nt illud actualiter videatur, & tamen aliquod signum, quod rem illam presentem esse demonstrat: sicut si quempiam hominum armis adopertum videamus, nulla eius parte apparente, dicimus Petrum, aut Paulum videre: quia eum sub armis moueri conspicimus, aut cognoscimus: aut quia arma illa videmus, sub quibus eum cognoscimus latitare. Hoc modo Christum in hostia, & calice oculis contemplamur. Primo namque modo videri non potest, cum nec color, aut lux, nec figura, motus, quies, numerus, aut magnitudo sit. Idem secundo modo prædicto non videtur, quia non videmus eum per magnitudinem, figuram, colorem, aut lucem, quæ in ipso sit: videmus tamen aliqua signa, quæ necessariò nobis Christum presentem esse demonstrant, & sub quibus Christus tegitur. scilicet cū eleuatam hostiam sacerdotis manibus cernimus, scimus Christum necessariò in hostia illa esse. Cùm verò calicè identidem tolli in altum conspicimus, interius eum sub vini specie cognoscimus occultari. Ex prælibatis necessariò inducitur, quis erat modus, quo Christus visus est, & videtur, & quis sit modus proprius videndi, & quis non.

Qualiter Christus in hostia sit, & quid de Christo sit in hostia.  
Cap. XVII.

**I**VXTA prælibatorum materiã adhuc vterius speculandum est, scilicet qualiter Christus in hostia sit, & qualiter ibidem videatur. In quo primò inquirèdum est, quid de Christo in hostia est, & quid de eodem in calice lateat: nam sacerdotes super hostiã consecrationis verba proferunt, super calicem autem itidem faciunt. Circa hoc autem aliqui attendentes arbitrati sunt in hostia sub sacramentalibus speciebus solu-

Christi-

Christi corpus latere, quod ex substantialibus verbis consecrationis conuicunt, in quibus de solo dñico corpore sermo agitur, nihil aliud exprimendo: in calice autem sub vini specie solum Dominici sanguinem occultari dicebatur, quod ex verbis consecrationis identidè arguunt. Ex quo inferebatur, quod cū quispiam hostiam consecratam assumeret, solum dñicum corpus assumeret: & cū in calice cõicaret, dumtaxat Christi sanguinem delibabat. Rõndendum autem huic inquisitioni est, in hostia consecrata Christum integre esse, & in sanguine consecrato itidè totum Christum integraliter occultari. scilicet in hostia consecrata sit corpus Dominicum, & sanguis eius, & anima ronalis, aut deitas. Verbum patris: aut secundum ad personam diuinam: hæc autem sola in Christo sunt: in calice autem eodem modo sanguis Christi est, & corpus eius, & anima cum verbo diuino. Hæc. n. sic apparent, quia Christus viuens est iuxta Apostoli traditionem, Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra nõ dominabitur. Nunc ergo nunquã moritur, & sic corpus Christi semper viuens est: & quia corpus nullum humanum viuens sine sanguine est, necessariò inducitur in corpore Christi semper sanguinè esse, & cum in hostia est sanguinem habebit. Itè corpus nullum humanum semota aia ronalis viuens esse potest, cum aia ronalis corpori humano esse tribuat, & moueri, atque omni vegetationem: necessariò est ergo eam in corpore esse quæ viuens est, & sic in corpore Christi in hostia aia ronalis erit. Item necessariò est in hostia deitatem esse. Verbum patris, quia vt Ioannes Damascenus testatur, quod verbum incarnatum semel assumpsit nunquã dimisit: sed in vtero virginali precipuè duas illas partes naturæ. scilicet corpus, & aiam assumpsit: nunquã ergo ab his discessit. vbi igitur corpus, aut aia Christi fuerit, necessariò erit verbum. scilicet secundam in trinitate personam existere. Negantes autem prædicta duas positiones hæreticas fateri compelluntur. Prima est, quod quotiescunq; consecratio hostiæ fiat, necessariò est Christum mori, cum aia a corpore, & sanguine separata esse nunquam possit, nisi corpus præmortuum fuerit: Christum autem in consecratione mori, aut mortuum esse omni positioni catholice, & auctoritati Apostoli repugnat. Inquit. n. Apostolus: Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra nõ dominabitur. Secunda hæretica positio, quæ confiteri coguntur est, quod iam Christus non sit Deus, & homo: quia verbum diuinum assumpsit, & vniuit sibi ad hypostaticam, siue suppositalem vnitatem corpus humanum formatum in vtero virginis, & animã rationalem nouiter creatam, & illi corpori infusam, vt ex illis duabus homo perfectus constitueretur, & fuit ista assumptio, vel vnio, vt hæc duæ substantiæ alteram personam, suppositū, aut hypostasim, non constituerent: sed essent idem cum persona verbi, aut essent eadè persona, qui est persona verbi, propter hanc vnitatem causatam ex assumptione naturæ humanæ ad personam verbi diuini erat Christus vna persona, vel hypostasis, quia erat Deus, & homo, quod si fortassis persona verbi ab his duabus substantiis, aut ab altera earum seingeretur persona verbi, licet Deus esset, non esset homo: quia non erant ibi essentialia hominis: tota tamen orthodoxorum assertio solidissime pronunciat Christum Deum verum, & hominem esse: sequeretur tamen eum Deum, & non hominè esse verbo recedente ab vnitatem, quæ hēbat ad corpus Christi, aut ad animam. Inferitur ergo notissima illatione, in hostia consecrata non solum Dominicum corpus, sed etiam sanguinem, & animam, & personam verbi latere.

Parad. Alph. Toft.

Falsa responsio quorundam ponens corpus Christi in anima sine sanguine.  
Cap. XVIII.

**C**ONABITVR forsitan quispiam hanc infringere consequentiam dicens, satis veritate constare Christum esse Deum & hominem: in hostia tñ consecrata dumtaxat corpus eius latere sine sanguine aia atq; persona verbi: facta tamen consecratione, & sumpta hostia, & sanguine per sacerdotem, aut quem libet alium, rursus in pristinam vnitatem corpus, & anima, & sanguis cum verbi persona reuertantur, & tunc erit Deus, & homo Christus. Huic autem ineptissime positioni respondendum est, magnam hæc esse absurditatem, & multiplicia inde sequi deliramenta. Primum deliramentum est, quod Christus non solum semel carnem assumpsit, sed pluries, quæ ducentes milles, & quæ incarnatio quasi infinites facta est: sicut hostiæ consecratio penè infinites celebrata est: & post infinites à sacerdotibus, alijsue personis consecrata, communicanda sacramentaliter assumpta sunt qualibet harum consecrationum, & sumptionu noua fieret incarnatio, sicut semel in vtero virginis harum duarum partium humanæ naturæ ad personam verbi vnio facta est. Non enim minor vnio istarum partiu ad verbum in qualibet consecratione, & consecrationum sumptione causaretur, quàm in vtero virginis semel causata est: hoc tamen manifestè falsum est, quia fides catholica solam vnicam incarnationem affirmat: plures autem pertinaciter affirmare hæreticum est. Item peccatū, & error magnus est plures incarnationes assumptiones vniones humanæ naturæ ad personam verbi asserere, si vnica sufficiens erat: sed vnica sufficiebat s'nt modū catholice positionis ad hoc, quod Christus in æternum Deus & homo esset: sequitur ergo errorè esse grauissimum plures asserere assumptiones. Maior vulgatissima per illam regulam Arist. in 8. Topico. scilicet Peccatum est per plura facere, quod fieri potest per pauiora. Minor autem sic liquidatur: nam cū persona verbi ad se humanam naturam assumeret, erat eadem persona, aut suppositum Deus & homo. Si autem ista vnio maneret in æternum, necessariò erat eandem personam per hanc solam vnionem esse verum Deum & hominem. Non igitur oportebat alias incarnationes, aut assumptiones humanæ naturæ ad suppositum verbi fieri. Huic fortassis aliquis poterit respondere, minorem esse falsam. scilicet vnica dumtaxat incarnationem, aut assumptionem sufficere, vt eadè esset in æternum persona Dei & hois, nam multas vniones incarnationesq; fieri necesse est. Nam si Christus in hostia non existeret, sicut existit, post quæ consecrata est, sufficere verbum semel fuisse incarnatū, aut partes humanæ naturæ sibi vniuisse, quia tamen consecratio fit, dicunt necessarias esse plures incarnationes, & assumptiones, quot sunt consecrationes, quia in consecratione partes humanæ naturæ disiunctæ sunt. scilicet in hostia solum corpus: in calice autem sanguinem dumtaxat existere. Huic tñ datur, horum responsionè non recedere, quia falso innitit fundamēto. scilicet in consecratione separatio corporis & aie abinuicem fiat, & deitatis ab eisdem, cū in diuersis sacramentalibus vasis, & speciebus hæc sint. Hoc autem falsum est, quia nulla est necessaria rō, quod corpus, & aia Christi in consecratione abinuicè seiuncta sint, sed sola voluntas eorū est: pro contraria autem positione rōnes multæ, atque solidæ sunt: sicut superius prælibauimus, & inferius adhuc exponendū est. scilicet in consecrata hostia non solum dñicum corpus, sed sanguinem, & aiam atq; personam verbi existere: sicut rationale, atq; necessarium est poni: quo dato non sequentur plures incarnationes, aut humanæ naturæ vniones esse ad suppositum verbi, sed vniam dumtaxat.

D 2 Delira.



*Deliramenta potentium in hostia Christi corpus exangue.*  
Cap. XIX.

**D**ELIRAMENTVM autem aliud est, quia ponentes in hostia consecrata solum Dominicum corpus exangue, & exanimatum, atque sine diuini verbi consortio existere, necessariò fatebuntur. Christum aliquando Deum & hominem esse, interdum verò solum Deum; nam cù consecratio fieret solo Dominico corpore in hostia manente, & sanguine duntaxat in calice: non erat aliqua vnio partium, sicut si Christus homo esset, sed erat solus Deus: sumpta autem à cõcantibus hostia consecrata, & sanguine, q̄ est in calice sacramentaliter partes humanæ naturæ rursus sibi inuicem, & diuino verbo vniantur: & sic fit Christus Deus & homo: q̄ si rursus cõsecratio fieret, esset iterum Christus non hõ, sumptis autem sacramentaliter his, q̄ consecrata sunt, reddit Christus ad pristinam humanitatem: fierent autem hoc modo cõtinuæ in Christo mutationes, q̄ fides catholica valde abhorret indifferenter sine aliqua temporis vicissitudinaria discretione: sequitur ergo hanc positionem valde erroneam esse. Item si lucidius speculemur, concludemus ex hac inferi positione, Christum nunquam esse hominem, sed solū Deum: quia cù partes humanæ naturæ personæ verbi vnitæ non fuerint, nunquam erit Christus Deus, & homo, sed semper homo solum. Concessa tamen horum positione semper partes humanæ naturæ ab inuicem, & à persona verbi se iunctæ forent: ergo Christus nunquam esset Deus & homo; sed semper solus Deus. Quod ad hanc positionem sequantur humanæ naturæ partes semper à se inuicem, & à verbo seiunctas fore apparet, quia isti afferunt in hostia solum Dominicum corpus exanimatum, & exangue, atque à verbi persona seiunctæ fore: in Calice autem Dominicum sanguinem duntaxat: Et cum semper Hostia consecratæ sint, quia in qualibet Ecclesia corpus Christi semper pro infirmis reservatur iuxta canonicas sanctiones, sequitur ex eo tempore, quo mandatum executioni mādatur, inchoatum est, nunquam fuisse Christum Deum & hominem: sed semper fuisse solum Deum: q̄ in fidē catholicam nōcitur militare.

*Nepharis, quæ sequuntur ex superiori positione.*  
Cap. XX.

**A**MPLIUS autē si in Hostia consecrata corpus Dñi cum præcise existere, in Calice autem solū sanguinem esse diceremus, cum se iunctio corporis ab anima mortem inferat necessariò, sequeretur in qualibet consecratione Christum mori: quia tunc se iunguntur partes naturæ humanæ Christi, & quotiescunq; cessaret esse corpus Christi, & sanguis sub sacramentalibus speciebus, reunirentur partes naturæ humanæ Christi, & rursus esset Deus & homo, quo concessio, quoties Christus moreretur atque resurgeret, quod catholice positioni repugnat, quæ solide astruit vnicam duntaxat Christi mortem, & vnicam resurrectionem extitisse. Item sequeretur Christum quotidianas subire accerbitates penales, nam cum Christus pro nobis semel moreretur, magna, & vera accerbitatum genera tolerauit: sicut ipse confessus est, & rogauit à se tolli, vt patet Matt. 26. cap. pater si fieri potest transeat a me calix iste. Sustinebat itidem in hoc veras cordis amaritudines, atque intolerandas angustias, expectans dolores verissimos sibi affuturos, sicut ipse confessus est, & scribit Matth. cap. 26. Cepit t̄dere, & mestus esse, & dixit, tristis est anima mea vsque ad mortem. Itē acerbos in passione sustinuit cruciatus, cuius signum

**F**est, quia sola eorum meditatione contorsus sanguinis sudauit humorem: sicut scribit beatus Math. cap. 26. factus est sudor eius, tanquam guttæ sanguinis decurrentis in terram. Item in sola passionis expectatione tantū afflictus est, vt homo ille verus Iesus Angelo suo consolatore eguisset, vt scribitur Matth. 26. capit. Et venit angelus confortans eum. Cùm ergo nunc Christus verus homo sit post resurrectionem suam, sicut fuit ante passionē, si in sua primaria morte acerbos sustinuit cruciatus, necessarium est, vt in ceteris sequentibus mortibus, si quæ fuere, veros sustinuerit dolores. Ex quo inferebatur Christum perfectè beatum non esse, quia felicitas omnem bonorum plenitudinem dicit, cùm priuatione omni afflictionum. Si ergo Christus aliquod cruciatus genus quotidie sustineret, eum aliquāter esse felicem impossibile erat. Item hoc impossibile erat, quia Christus habet corpus gloriosum: sunt autem gloriosa corpora impassibilia: cùm vna de dotibus corporum beatorum post resurrectionem sit impassibilitas: sequitur ergo Christum nullos nunc cruciatus sustinere: & cõsequenter non posset Christus in consecratione mori aut vllam perpeti afflictionem. Non igitur aliqua veritate fulcitur positio illa, quæ facit Christum in consecratione esse diuisum, sicut in Hostia solum corpus Dominicum sit: in calice autē sanguis duntaxat. Dicendum igitur patet ex prelibatis, in Hostia consecrata corpus Dominicum, & animam, & sanguinem, & personam verbi existere.

*De sanguine Christi in Calice existentia.*  
Cap. XXI.

**I**N Calice autem itidem dicendum est, non solum sanguinem existere sicut aliqui putauerunt, sed sanguinem cum corpore, anima, atque verbo diuino: solum namque in Calice sanguinem ponentes, supra dicta inconuenientia fateri compellentur. Ideo cum seculares communicant, non est necessarium sanguinem in calice consecrari ad eis tribuendum, quia in Hostia, quæ eis tribuitur, totus Christus est, scilicet corpus, anima, sanguis, & verbum, quoniam si in Hostia Dominicum corpus solū existeret, necessarium erat sanguinem sub vini specie consecrari, vt eis traderetur. Iuxta prædicta aliquis vltèrius inquireret, q̄ cū in hostia consecrata sit totus Christus, scilicet corpus, sanguis, anima, & verbum, quare consecratur sanguis sub specie vini, sufficeret quippe sanguinem in Christi corpore esse, sub specie panis. Vt autem huic conuenienter respondere possimus, quoddam præmittendum censui sum damentum, scilicet quod cū aliquis sacerdos secundum morem Ecclesiæ consecrat, necessarium est, cū bis totum Christum consecrare, quod apparet, quia cū Hostia consecrat, totum Christum consecrat, quia facit totum Christum in Hostia esse corpus, sanguinem, & animam, & verbum sicut prelibatum est. Item cū calicem consecrat, facit totum Christum esse, scilicet sanguinem, corpus, animam, & verbum. Ita ergo necessarium est in qualibet consecratione Eucharistiæ totum Christum bis esse, scilicet sub duabus speciebus, & sub qualibet totus semel.

*Plena solutio superioris quaestio.*  
Cap. XXII.

**N**VNC autem questioni respondendum est, scilicet q̄ sacerdotes totum Christum bis cõsecrent, scilicet sub duabus speciebus duplici aut terna rōne. Quarum prima est, quia vniuersalis Ecclesia, quæ oī bonorū plenitudo in Christi suscipit passione quotidiana illius memo-

riam colere censuit, & quia sub his duabus speciebus Eucharistiam conficientes perfectè Dominicam recolimus passionem, voluit Ecclesia sic consecrare. Quod autem per hanc consecrationem Ecclesia Dominicæ passionis memoriam frequentare decreuerit, liquide dignoscitur, quia nullum est aliorum Sacramentorum, aut Ecclesiasticorū mysteriorum, q̄ sic liquide Dominicam indicet passionem, sicut Sacramentum Eucharistiæ. Quod autem sub duabus speciebus cõsecrantes plenè Dominicæ passionis memoriam celebremus, manifestat Apost. 1. ad Corinth. 11. cap. vbi inauit formam, quæ sub his duabus speciebus consecrandum erat dicens, quotiescunq; feceritis, mortem Dñi annuntiabitis donec veniat, id est vsque ad diem iudicij. Secunda autem ratio, quare sub his duabus speciebus Ecclesia consecrat est, vt Christum in suis actionibus pro modulo suo imitemur. Cū Gregorius dicat, oīs Christi actio nostra est instructio, scilicet per omnia, vt ipse fecit, vt possumus faciēdo, sed ipse sub duabus speciebus consecrauit, consecrando panem, & conuertendo ipsum in substantiam sui corporis benedixit, deinde sumptis pro calice, in quo vinum erat, benedixit proferens consecrationis verba: sicut scribit beatus Io. 13. c. & Paulus Apost. prima ad Corinthios 11. capit. Cùm ergo Christus hoc modo consecrasset, Ecclesia hoc cognoscens, si sic non consecrasset, arbitraret se peccare: & sic erat, quia non debebat à Christi actibus quantum erat possibile declinare. Tertia autem, & harum potissima est Christi sup hoc speciale decretum: Christus enim decreuit sub panis, & vini speciebus Eucharistiam consecrandam: sicut ipse cõfecerat: obligantur ergo sic consecrare. Quod autem Christus sic confici præcepisset, apparet per id, q̄ scribit beatus Io. 13. nam post quàm Saluator corpus suum, atque sanguinem sub panis, & vini specie consecrasset, ait: sic facite in meam commemorationem, id est in commemorationem, quod ego sic consecraui, aut in meam commemorationem, id est in commemorationem meæ passionis, quæ in hoc Sacramento figuratur. Hanc autem expositionem sequitur. Apostolus in Epistola prima ad Corinthios 11. capitulo. Quotiescunq; feceritis, mortem Domini annuntiabit, donec veniat.

*Vnde sit quod secularibus communicantibus Christi corpus, sub specie tantum panis tribuitur.*  
Cap. XXIII.

**S**VBORITVR ex superioribus ratio inquirendi, cū prædictum sit Ecclesiam conficere Eucharistiam sub duabus, scilicet vini, & panis speciebus ex prædictis rationibus, & quotiescunq; conficitur sacerdotes conficientes sub vtraque Christum sumunt specie: cur secularibus communicantibus, sub altera duntaxat specie tribuitur, scilicet sub specie panis non tradita specie vini. Huic respondendum est, Ecclesia hoc decreuisse sano ductam consilio, vt magna pericula, & inconuenientia euitaret. Nam cū sacerdos conficit, & sumit, pedibus sistit, & calicem epotādum manu sua accipit: ideo non est vllum periculum effusionis in sanguine consecrato. Si autem secularibus sub vini specie Eucharistia traderetur, cū genibus fixi sint, & calicem manu sua non capiant, posset facile sanguis effundi, quod graue dispēdium esset: vt ergo hæc tollerētur, decreuit Ecclesia, vt secularibus sub soli panis specie Eucharistia traderetur: tamen datur eis aqua vino mixta sumpta Eucharistia, q̄ duplici ratione fit. Prima est, quia ad imitationem perfectæ communicationis, quæ faciunt sacerdotes conficientes, atque iumentes, quia sicut in duabus speciebus

Alph. Tost. Parad.

**A** consecrant, ita sub duplici sumunt specie: vt ergo secularium communicatio in Eucharistia similitudinē cõicationis sacerdotalis gerat, vinum aquæ permixtū eis traditur: in his autem licet sequatur effusio, periculum nullum est, quia consecrata non sunt, sicut si sanguis effunderet Dominicus. Secunda autem, & potior huius causa est, vt non maneat sumentibus Eucharistiam aliqua particula in dentibus, aut palato. Fundamentum autem huius est, quia quando fuerit in aliquo loco hostia, aut vinum consecratum: tandiu ibidem existet corpus, & sanguis Christi, licet mille annis hæc maneant: dum ibidem panis, aut vini species manserit. Cū autem hostia dura sit, & sicca, q̄ in dentibus territ, poterat aliqua eius particula in dentibus, aut palato in cõcauitatibus adherere, & post in spūto foras emitti. & post vbiq; caderet, existeretque illa particula, & quantumcunq; locus immundus esset, aut prophanus, semper ibi corpus, & sanguis Christi essent, donec species panis, & vini esse defineret, in quo aliqua inhonestates sequerentur. Vt ergo prædicta tollerentur decreuit Ecclesia, post Eucharistiæ sumptionem semper os sumentis ablui, & illam abluitionem deglutiri, vt omnes hostiæ partiæ in guttur descendant, & nulla in palato, aut dentibus maneat, quæ spuendo emittatur. Hoc autem adhuc euidentius manifestatur, quia omnes sacerdotes, q̄ facta cõsecratione in fine Missæ Eucharistiam sumit, abluunt os aqua vino permixta, quod generaliter obseruatur. Cū autem aliquis sacerdos ex aliqua causa duas Missas celebraturus est: in prima non abluos post communionem, vt non frangat ieiunium degustādo aquam, & vinum, vt secundam possit Missam celebrare: in secunda tamen missa os abluo. Ex prelibatis causa manifestatur ex qua seculares non communicant sumentes Eucharistiam sub vtraque specie, sicut faciunt sacerdotes.

*Quaestio cur Christus sub duplici specie consecratur.*  
Cap. XXIII.

**E**X præpositis dubium suboritur, in superioribus enim dictum est, quod Sacerdotes Eucharistiam sub duplici specie conficiunt, licet sub vtraque ita perfectè Deus, siue totus Christus sit, sicut in ambabus simul. Et quod istum modum sub speciebus duabus consecrandi Ecclesia obseruauit, quia Christus sic à principio conficere monstratur. Quæret ergo tunc aliquis, quare Christus sub duplici specie consecrauit, cū sub qualibet earum totus Christus sit, & cū vtraque earum ita perfectè totius virtutis, aut vtilitatis huius Sacramenti efficax sit, sicut ambæ simul species consecratæ, alioqui perfectior esset communio, quam sacerdotes faciunt, quàm ea, quæ seculares. Huic autē respondetur, quàm licet tanta sit efficacia, & virtus Eucharistiæ quando sub vna specie est, sicut cū sub duabus, voluit tñ Christus sub duabus speciebus consecrare: sic n. deuit duplici ratione. Prima enim est, quia Eucharistia est sacrum, & est principalissimum oīum sacramentorū: sacramentum autem s̄m significationem suam est sacræ rei signum: necessarium igitur est Eucharistiam alicuius rei sacræ signum esse. Est aut signum mortis, & passionis Christi, sicut scribit beatus Io. 13. cap. sic facite in meam commemorationem, id est facite hoc ad memoriam meæ passionis. Paulus quoque in Epistola prima ad Corinth. cap. 11. ait: quotiescunq; feceritis, mortem Domini annuntiabit, donec veniat: & quia in Dominica passione, duo in hoc Sacramento præcipua esse, siue hoc Sacramentum sub duabus confici speciebus.

D 3 Fuerint

Fuerunt autem hec duo in passione, scilicet Dominicum corpus manibus persequentium traditum est, & fuit mirabiliter cruciatum. Secundus est, quod sanguis nostri redemptoris fuit pro peccatoribus effusus. Ad perfectam istorum duorum, quae in passione fuerunt, expressiorem, necessarium erat, ut Sacramentum passionis significatiuum, quod erat Sacramentum Eucharistiae, in duabus speciebus conficeretur, quae praedicta duo designarent. scilicet in pane conficeretur, qui multum corpori conuenit in soliditate substantiae, & concordia alimenti: & quod in vino conficeretur, quod sanguinis representatiuum erat, quia ambo fluida sunt, & vni alteri conformatae quantum ad naturam alimenti: de cuius ergo Eucharistiam in his duabus confici speciebus ad perfectum significandum ea, quae in passione erant, alioquin sacramentum hoc non fuisset perfectum representatiuum Dominicae passionis. Hanc autem perfectam intentionem Christi huius Sacramenti institutoris sub duabus speciebus ex verbis formalibus consecrationis conuenit. Nam cum corpus sub panis specie consecraretur, dixit: Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. In manus hostiles persequendum. Cum vero sanguinem sub vini specie confecisset ait: Hic est calix sanguinis mei noui testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc ponit beatus Io. cap. 13. & Apostolus in Epistola prima ad Corinth. c. 11. Secunda ratio est, quia Christus auctor testamenti noui, & nostrarum animarum saluator voluit nobis aliquod instituere sacramentum, per quod anima nostra confortaretur, & confortata conseruaretur, & quia nihil sanctius, atque melius pleniusque gratiarum ipso Christo benedicto, qui verus Deus est & homo in infinita, excogitabili, vnitatis dignitas est, se ipsum nobis tribuere: & quia communicatio nulla maior esse poterat, quam ipse Christus nobis se ipsum tribueret incorporando nos ipsi, & ipsum nobis: fecit ergo hoc, ut nos eum degustaremus intra nostra guttura glutientes, ut sic perfecte eum tam secundum animam quam secundum corpus haberemus. Et quia intellectus nostri, qui infirmi sunt per solas res corporeas cognoscentes, per materialia informari debebant, & quia de rebus spiritualibus hic cognitionem habere debebant, necessarium erat, ut sacramentum istud in rebus corporalibus constitueretur ad similitudinem rerum corporalium, quas nos sensibus experimur. In corporalibus autem sic est, quod corpus nostrum alimentum corroboratur, & conseruatur: alimentum autem in rebus duabus consistit. scilicet cibo, & potu. Decuit ergo ut sacramentum hoc in pane conficeretur, qui cibus erat, & in re potabili qualis erat vinum: sic ergo in duabus speciebus sacramentum istud esse decebat. Quod autem ista esset intentio Christi huius sacramenti institutoris euidenter apparet ex his, quae scribit B. Ioan. 6. cap. 6. Caro mea verum est cibus, & sanguis meus verum est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, viuat in aeternum. Ex praedictis ergo manifeste concluditur quare Christus Sacramentum istud benedictae Eucharistiae sub duplici specie constitueret, scilicet sub specie panis, & vini.

Cur Christus sub duplici specie Eucharistiae Sacramentum instituerit. Cap. XXV.

**I** V X T A tactam in superioribus materia acutius speculantes aliam rationem poterimus inuenire, quare Christus sub duplici specie, hoc sacramentum instituerit. In quo aduertendum est, quod Christus specialius istud sacramentum ad memoriam suam instituit, quam cetera sacramenta, quod ex verbis institutionis apparet. Cum Christus matrimonium aliquo modo, aut insti-

tuit, aut approbavit: cum illud ratum fecit, quod ante per libellum repudii soluebatur, ut amplius nullum diuortium pateretur, sicut scribit B. Matt. 5. cap. & 19. nunquam expressit, quod ipse per hoc sacramentum aliquo modo memoriae traderetur. Item cum Christus baptismum B. Io. approbavit illud corporaliter assumendo, ut apparet Luc. 3. c. & cum ipse nouiter baptismum instituit, sicut scribit B. Matt. 28. cap. non expressit vllatenus per hoc Sacramentum eius memoriam frequentandam. Cum tamen hoc Eucharistiae instituit sacramentum, expressit per hoc apud fideles eius memoriam recolandam: sicut scribit B. Io. 13. ca. hoc facite in meam commemorationem: Apostolus quoque; Paulus idem expressit in prima ad Corinth. 11. cap. inquit: Quotiescunque feceritis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Est autem in hoc sciendum, quod in Christo multa erant. scilicet verbum, siue secunda Trinitatis persona, quae vnica, atque simplex, & indiuidualis est: erat quoque rationalis anima, quae identidem simplex erat, praeter hoc & corpus verum humanam erat in partibus multipliciter habens, & in humoribus varietatem aliarumque rerum similitum atque dissimilium abundantiam. Vt autem istud Sacramentum representatiuum nostri Redemptoris, perfecte expressiuum esset illius, necessarium fuerat, ut tot res sint in illo, per quod perfecte representari possent omnia, quae in Christo erant, quae significari poterant: sed tale perfecte representatiuum Sacramentum stabiliri non potuit, quia id quod praecipuum in Christo existebat erat verbum, siue secunda in deitate persona. Sed ad hanc deitatem representandam in hoc Sacramento nihil esse potuit, quia cum sacramenta signa sint, oportet ut his, quae signata sunt proportionetur, & quia verbum diuini spiritus, atque inuisibile erat, necessarium erat, ut id per quod significari deberet, inuisibile, atque spirituale esset. Sed hoc subsistere non potuit, quia signa conuenire debent his, quibus aliquid significare debent, scilicet ut signum tale sit, quod per illud aliquid perpendi possit, aliis inuisibile signum esse: nos autem sumus, quibus Eucharistiae sacramentum alicuius significatiuum est, & quia nos corporei sumus, & per corpora intelligentes, atque per corpora apparatus, rerumque conditionibus corpora affectus: res autem spiritualis inuisibilis est, & incorporea, nec similitudinem vllam corporum gerit: non poteramus aliquid inuenire, quod in hoc Eucharistiae Sacramento deitatis significatiuum esset: non ergo fuit in hoc Sacramento aliquid, quod personae verbi representatiuum esset. Identidem in Christo rationalis anima erat, quae conformiter representatiuum aliquod habere non potuit: nam sicut secunda in trinitate persona, quia spiritualis, atque indiuisibilis erat, nullum ei representatiuum hoc tribuit sacramentum: ita & anima rationalis, spiritualis, atque indiuisibilis est: nullum ergo potuit significatiuum habere. Erat autem in Christo praeter hoc corpus humanum, quod palpabile, atque visibile erat: potuit ergo aliquod corporeum, & visibile representatiuum habere: hoc autem significatiuum fuit panis, quia panis corpori multum congruit, ut in superioribus praebauimus. In corpore autem Christi sanguis erat, cum corpus viuens esset: ad hoc autem significandum aliquod representatiuum corporeum, quia corpus erat, dari potuit, & hoc vinum erat, sub cuius specie sanguis quoque Christi, & corpus conficitur. Restat ergo esse has duas species, scilicet panis, & vini, sub quibus Eucharistiae conficeretur, scilicet corpus, & sanguis Christi.

Obiectio

Obiectio ad ea, quae praedicta sunt. Cap. XXVI.

An satis fuisset corpus Christi sub specie panis consecrari.

**P**RAEDICTIS autem aliquis forsitam obiecit dicens inconuenienter sub his duabus speciebus confici, cum sufficiat sub altera earum, scilicet sub panis specie confici. Quia autem in vnica, scilicet in panis specie conficienda erat Eucharistia, aut in pluribus, quam duobus, scilicet in tribus, aut quatuor: nam si in hoc Sacramento aliquod corporis Christi representatiuum esse debebat, sufficiebat panis, qui corpus dominicum cum omnibus suis partibus, atque humoribus designaret, & non oportebat alterum pro sanguine poni significatiuum, quod si fortassis praeter corporis significatiuum alterum pro sanguine representatiuum poneretur, pro capite quoque Christi, pedibus, atque manibus caeterisque corporis partibus singula significatiua disponenda erant, quod non congruit. His respondendum est in hoc Sacramento duas significatiuas species poni oportere, scilicet alteram corporis, alteram autem sanguinis significatiuam: nec oportebat plura aliarum partium significatiua poni, scilicet pro pedibus, aut manibus caeterisque partibus eiusdem corporis, quibus partes, quae eidem attinent designantur, quia omnes in toto parte continentur, nec quouis modo alijs ab alteris seunguntur nisi violenter ab aliquo seungantur. Totum igitur corpus vnum fortitur nomen, quia tota illa carnea moles corpus nominatur: quia quod indiuisum est, vnum est: vnicum ergo totius corporis decuit esse significatiuum. Sanguinis autem aliud oportuit esse differens significatiuum, quia sanguis non est pars corporis toti corpori continuatus, sicut pedes aut manus alijque artus eiusdem: sed est quidam corporis humor, qui a corpore facilius effunditur, cum libis exitus patet, vt ipse per aliquam in corpore factam incisuram, sicut in dominica passionis factum noscitur: quia totus eius sanguis per flagellorum puncturas, per clauorum fixuras, atque per spinarum aperturas effusus est. Cum igitur sanguis non esset corporis pars, sed aliquid a corpore differens, decuit, ut in hoc Sacramento aliquod differens pro sanguine representatiuum poneretur, pro corpore quoque distinctum.

Obiectio ad praedicta. Cap. XXVII.

**A**D huc autem aliquis solutioni proximae non contentiens insisteret dicens, quod cum in Sacramento Eucharistiae pro sanguine vinum, ut representatiuum ponatur, quia sanguis non pars continuata caeteris corporis partibus, sed fluidus humor est, necessarium quoque erit in hoc Eucharistiae Sacramento alterum pro colera, alterum pro flegmate, alterum melancholiae signum representatiuum esse, quia isti humores corporis Christi sunt sicut sanguis, & quilibet eorum distinctus a caeteris. Hos autem tres humores, scilicet coleram, flegma, & melancholiam in corpore Christi esse nullus negare valebit. Nam de flegmate perspicuum est, cum id tota orthodoxorum Ecclesia fateatur, & habetur extra. de cele. miss. in. cap. in nostris, & sicut de hoc confitemur, parum ratione de duobus reliquis dicere compellemur: alioquin multa constitueremus absurda. Christum autem ante passionem suam quatuor humoribus gubernatum corpus habuisse his liquet argumentis. Primo quia corpus quodlibet genitum illius est complexionis, cuius est semen formatiuum: sicut vberius differimus cum particulam illam primae metaphorae describeremus, scilicet. Fuit vas clausum. Sanguinem autem menstruaem virginis, ex quo benedictum corpus Iesu formatum est, quatuor complexionatum humoribus fuisse.

Quod Christus habuit quatuor humores.

Parad. Alph. T. ost.

**A** constat. Quia omne semen, tam masculinum, quam femininum, licet secundum magis, & minus, horum tamen quatuor humorum necessario sortitur complexionem. Corpus ergo Iesu, quod de virginis benedicto sanguine formatum est, his quatuor humoribus temperatur. Item corpus Iesu erat verum corpus humanum: necessarium ergo erat, ut omnia illa haberet, quae in caeteris humanis corporibus continebantur: in alijs autem hominibus hoc est, quod nullus est, quatuor non habeat humores: necessarium ergo erat in corpore benedicto Christi hos quatuor esse humores. Item omnes formae sunt huius conditionis, quod in materia dispositiones debitas praestent, cum quibus manent, & sine quibus subsistere non valent, & si aliquoties insint, diu tamen existere non valent. Anima enim humana aut equina lapide informare non valebit, quia in lapide dispositio nulla est, quam anima afinina aut humana praerigat, & quia anima humana est caeteris formis excellentior, plures caeteris dispositiones exigit. quarum praecipua est corpus quatuor humoribus quatuor complexionum temperatum esse in debita armonia: ut igitur anima benedicti Iesu in corpore naturaliter permanere posset, ut aliorum hominum animae manent: necessarium erat quatuor in eo humores existere: sicut Christum ante passionem suam quatuor humores habuisse confitemur: ita post resurrectionem suam, & nunc, & in aeternum eum habiturum confiteri debemus, quia corpora glorificata post resurrectionem, licet defectibus, & egritudinibus caritura sunt, quibus nunc abundante, & superfluitates nullas habebant, quae euenit ex conditione materiae aut errore particularium agentium causantur: omnes tamen naturales proprietates, & conditiones habebunt, & quia quatuor humores habere est naturalis corporis humani proprietates: necessarium est, ut post resurrectionem hos quatuor humores corpora ipsa habeant. Restat ergo nos cogi in corpore Christi fateri quatuor nunc humores post benedictam resurrectionem existere, & in aeternum futuros. Hoc autem posito fundamentum, cum dicamus in corpore Christi quatuor humores nunc existere, dicetur, quod cum in Eucharistiae Sacramento sanguinis ponatur species representatiua, scilicet vinum, quod pro colera alterum pro flegmate alterum pro melancholia, identidem necessario erit representatiuum dari, cum quodlibet eorum dominici corporis humor sit, sed pro nullo eorum praeter quam pro sanguine vllum ponitur significatiuum, sequitur ergo hoc sacramentum incongrue constitutum fore, scilicet ut sub duabus speciebus Eucharistiae conficeretur.

Responsio ad praedictam institutionem. Cap. XXVIII.

**A**RGUMENTATIONI huic fortassis aliquis respondebit, quod omnibus, quae in Christo erant, quibus conuenienter significatiua attribui poterant in hoc Sacramento representatiua attributa sunt. Et sicut panis species tanquam corporis, & omni quae in corpore adiuuicem continuantur, scilicet omni partium corporis representatiuum positum est: ita vinum sanguinis dominici aliorumque fluidorum, humorum signum datum, est, sanguinem tamen tanquam inter humores praecipuum in hac nominatione expresserunt. Hanc enim responsio aliquatenus toleranda foret: quia veritati aequaliter nititur adherere. Conuenientius his potest dari responsum. scilicet in corpore humano licet quatuor humores sint, qui tamen maioris inter hos est quantitatis, atque omnibus cognitus

D 4 san.

languis est: sanguis ergo tanquam precipui humoris, in hoc sacramento solum dari debuit significatiuum. Item in humano corpore nullus maioris quantitatis humor est: maioris namquam quantitatis est iste solus quam ceteri. Conuenit ergo hunc nominari, & huius panis figuratiuum, & non cuiusquam ceterorum. Est autem alia ratio magis in fundamento, quia hoc Eucharisticum Sacramentum Dominice passionis significatiuum est, ut in superioribus prelibauimus. In Dominica autem passione precipuum, & propter quod magis gratiarum cumulos reddere debemus, est quod pro nobis vitam posuerit: nam hoc optimum eorum, quod ipse nobis fecit est, sicut ipse voluit expressisse lo. 10. cap. Ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis. Conueniens ergo erat in hoc sacramento memoriam de vita Christi celebrari: aut illi, in quo vita precipue est. Vita autem iuxta sacre scripturae traditionem, quam habetur Leuitici 17. & Deuterono. 12. anima omnis carnis in sanguine est: ipsius ergo sanguinis tanquam originis vitę mentio facienda erat, & eius solius representatiuum in Sacramento Eucharisticum poni debebat. Quamuis preposita rationes satis conuenienter assignatae sunt, precipua tamen & fundamentalis quare solius sanguinis representatiuum positum fuerit, aliorum autem humorum nequaquam est, quia Christus institutor huius Sacramenti, memoratiui suae sacratissimae passionis, voluit representatiua instituire eorum, quae in sua passione precipue patuere. Hae autem duo fuerint, scilicet corpus Iesu, & in passione sua cunctis patuit vulneratum, spiritus plexum, clauis fixum, flagellis vndiq; cruciatum, atque omnibus opprobriorum penalitatumque modis saturatum. Secundus fuit sanguis benedictus, qui per latera Dominici corporis aperturas largę fluxit, atque in terras, vestes, & crucein aspersus est. Aliud quicquam in Domini passione non patuit: nam aliorum humorum nullus fluxit, sed flegma, colera, atque melancolia, in benedicto corpore Iesu in cruce pendente manserunt, quoniam parue quantitatis sunt, nec eis patet fluxus: sicut sanguineo humori, qui in magna quantitate est. Quod si fortassis quicquam de aliis humoribus de Dominico corpore fluxerit, illud sanguini mixtum fuit, nec potuit vllatenus apparere: sed conuenientius est solo sanguine de corpore confluentem ceteros humores in corpore permanisse. Ob hoc igitur conuenientius fuit duo poni in hoc Sacramento significatiua. salterum corporis, sanguinis quoque alterum. Adhuc autem aliquis vltius insisteret, quod cum flegma, colera, atque melancolia corporis Dominici humores sint, & sanguinis se detur aliquod in hoc Sacramento significatiuum, oportere quouis modo trium aliorum vlla dari significatiua. Huic respondendum est, quod horum trium humorum in hoc sacramento representatiuum datum est: nam, & si cuiuslibet eorum differens, aut simul significatiuum positum nullatenus fuerit, eorum tamen aliquod representatiuum datum est. Sicut in hoc sacramento vnum corporis Dominici significatiuum. si panis positum est, non distinctus singularum partium singularis significatiuis, sed vno pro corpore omnibusque eius artibus dato. si panis species, ita & pro corpore omnibusque existentibus in corpore idem representatiuum assignabitur. Et quia flegma, colera, & melancolia in corpore Christi manserunt, sicut corporis artibus, qui sibi inuicem continuatione catenati sunt, sicut omnium partium sibi in corpore coniunctarum idem representatiuum. si panis est: ita pro his quatuor humoribus idem dabitur, scilicet quod in Sacramento Eucharisticum species corporis, atque omnium eius partium cum his quatuor humoribus significa-

tiuum ponatur, species autem vini sanguinem Christi duntaxat representat.

Obiectio contra predicta. Cap. XXIX.

**S**VPR A determinatis aliquis obuiabit. Sicut flegma, colera, & melancolia, quae in corpore Christi manserunt, non debent in hoc sacramento representari, quia non sunt in corpore Christi. Respondendum est, quod in corpore Christi manserunt, non debent in hoc sacramento representari, quia non sunt in corpore Christi. Respondendum est, quod in corpore Christi manserunt, non debent in hoc sacramento representari, quia non sunt in corpore Christi.

Solutio confirmationis obiectiois tactae precedenti capitulo.

Cap. XXX.

**C**VM verò prefati delirantes argumentum suum fulcire moluntur, dicentes de corpore Christi profuxisse impossibile foret, nisi quod ibi fuisset, concedendum est. Quando autem vltius arguunt in minori dicentes, quod in corpore Christi aqua non fuit: respondendum est distinguentes, scilicet corpus Christi dupliciter considerari. si ut corpus Christi mortuum, aut corpus Christi viuens: si autem corpus Christi viuens assumatur: verum est in corpore Christi aquam nullam fuisse, nec inde quouis modo eo viuente exire potuisset: licet minutatim eum quicquam concideret: quod si forsan corpus Christi mortuum assumatur, dicendum est in corpore Christi aquam veram fuisse, quae inde potest effluere factis aliquibus partium incisuris. Quia in re animaduertendum est, quod quandiu Christus vixit, nullus in corpore suo aquaticus humor fuit, nec tibi quouis modo causari valebat. Item mox ut Christus mortuus est, in corpore eius aqua nulla erat: ideo si protinus, ut Christus vita defunctus est, corpus eius in varia diuisum fuisset, nullus inde exiisset aquaticus humor, nisi illum Deus supernaturaliter causauisset. Sic igitur de Christo dicendum parer nullam in corpore eius viuente aquam fuisse: nam cum flagellis cesus, spinis punctus, clauis perforatus, multum ex omnibus corporis benedicti partibus humorem sanguineum exudasset, nullam procius aquam effudit.

Item

Nihil aq i Xpi corpore viuente fuit.

Item nox, ut Christus emisit in Cruce spiritum, nullus aquaticus humor per eius vulnera fluxit, sed in vespere hora completorij cum benedictum corpus Iesum tradendum esset sepulturae, vnus de militibus lancea latus eius aperuit, atque fluxit sanguis, & aqua, sicut habetur Matthaei 27. & Ioan. 19. cap. Modus autem quo aquaticus iste humor effluxit est, quod dum corpus animatum viuens est, quatuor humoribus temperatur nullum peregrinum intra se receperat humorem: quoniam sic animati corporis deperiret armonia. Cum verò corpus mortuum est, quia non habet formam, quae ei esse tribuat, & illud à corruptione praeseruet, corrumpi, aut putrescere inchoat, & soluitur in illa, ex quibus constitutum erat: quia autem omnia corpora elementata quatuor in se elementorum materiam habent: soluiuntur in horum elementorum substantiam, & qualitatem secundum magis, & minus secundum quod corpora nostra magis, aut minus horum elementorum substantiam sortiuntur: & quia aqua vnum ex his est, necesse est quodlibet corporum cum corrumpitur partim in aquam solui. Et quia omnes actiones, atque transmutationes naturales successione mensuratur, non poterat mox, ut Christus mortuus est, ex corpore eius aquaticus humor causari, nec aliqua pars de corpore eius solui, sed haec omnia temporis successionebus consumanda erant. Cum autem tres horae transierunt, quae ab hora nonae vsque ad horam completorij, in qua sepeliendus erat, & postea sepultus est, corpora caelestia super illud corpus, sicut super cetera naturalia influendo immutauere illius corporis qualitates, quae in viuente preexistiterat resolouendo aliquas eius particulas tenerimę substantia in veram aquam elementalem. Cum autem tempore, quo sepeliendus erat vnus de militibus lateri eius lancea applicans illud aperuit aqua, quae ex tenerimis partibus resoluta ad locum aperturę confluerat mixta sanguini erupit e corpore. Non poterat autem iste aquaticus humor de latere Christi profuxisse protinus, ut mortuus est, dato quod miles latus eius lancea aperiret: nam licet sanguis efflueret, aqua tamen nulla affluxisset, quia nondum resoluta tenerę substantia in aquaticum humorem celebrata erat. Quod si fortassis duabus, aut tribus horis post completorium cum latus Christi apertum est, miles illud lancea perfodisset, abundantijs humor aquaticus profuxisset: nam in maiori tempore maior resolutio celebratur. Hunc autem modum causationis aquae de latere Christi fluentis Ecclesia vniuersalis approbat, & ponit eam summus Pontifex Innocentius extra de celebra. Missa. in cap. in nostra, cum illorum improbat positionem, qui de latere Christi flegmaticum humorem afferunt effluxisse.

Responso ad tacitam questionem, & de Christi corpore quadam. Cap. XXXI.

**H**IC autem loquendi modus obseruantibus processum naturę per omnia valde conformis est: nam secundum ordinem naturalem anima à corpore separata omnes istae, & plures resolutiones in corpore fiunt. Ita autem afferentes fateri compellemur, quod sicut in corpore Domini Iesu in tribus horis, quae à tempore mortis Iesu vsque ad horam completorij, qua tradendum erat sepulturae, & militis lancea confossum est, tanta fuit facta transmutatio alteratiua, quod in eo resoluta erant partes substantia tenerę ad satis magnam aquatici humoris quantitatem, ita necessarium erat in reliquo tempore secuturo, quod quadrangula horarum fuit vsque, ad Iesu benedicti resurrectionem, continuas factas fuisse mutationes soluendo il-

lud corpus dominicum. Hoc autem pacto si corpus Saluatoris, per duos, aut tres menses in sepulchro, sicut aliorum defunctorum corpora iacuisse, totum corruptum, putrefactum, atque incineratum fuisset obseruata mutationis proportione, quae in tribus horis facta fuit. Modus iste respondendi catholicus est, quia eum vniuersalis approbat Ecclesia: Papa quoque eum confirmat in praedicto c. in nostra. in tit. de cele. Missa. Benignius tamen, & fauorabilius corpori nostri Redemptoris respondere valeamus dicentes, quod sicut Dominica nostra Virgo gratia Redemptoris nostri Iesu priuilegium sortita est, ut nullam claustrorum virginum apertionem, aut illam consequentes dolores in conceptione experiretur, nullam quoque vasorum integram fractionem, quae ceteris in partu fuerit doloresque durissimos pateretur: ita in corpore Redemptoris nostri, quod, ut duram patris subire obedientiam, & nostram integrę operaretur salutem, durissimos subierat cruciatus, ita rationabiliter fieri debebat, ut à corruptione prorsus immunem haberetur. Sic enim Psalmista testatur Ps. 115. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, id est, non permittes domine corpus Messiae quod sanctum est, vllam in morte perpeti corruptionem. Hunc autem tenentes modum, dicemus quod licet corpus Redemptoris nostri ex conditione naturalium agentium, sicut cetera defunctorum corpora corruptione subire debebat specialit tamen priuilegio, quia sic rationabile erat Deus illud tenerum, & recens immaculatum sine vlla tabidi odoris impuritate seruaui illesum, ita ut tale tempore resurrectionis esset, quale fuit cum anima à corpore seiuncta est. Hae autem incorruptibilitatis proprietates corpori Dominico tributa erant, quod caelestia corpora, & alia agentia naturalia nullam in eo transmutationem efficere possent, quod si forte per duodecim annos, aut plures illa qualitas illi corpori manserat in sepulchro manenti, nihil magis in fine temporis putrefactum, aut in odore, vel alias fuisset vllatenus lesum, quam cum anima à corpore missa est. Iste autem modus magis catholicus, atque rationabilior benigniorque corpori Saluatoris nostri est.

Obiectio contra predicta ex quadam de aqua miraculose causata in latere Saluatoris nostri. Cap. XXXII.

**A**LIVIS tamen contra niteretur praedictis dicens, quod cum Psalmista dixit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: non innuit corpus Saluatoris in illa debere integritate manere, atque incorruptione cum resurrexit, in qua erat cum vita defunctum est, sed quod non incinerandum in sepulchro erat, sicut corpora nostra, quae in sepulchris requiescunt vsque ad vltimam in die Iudicij resurrectionem, sed die tertio à mortuis surrecturus erat, in quo spacio nullum corpus in cineres, aut vermes solui poterat. Huic respondendum est, quod non solum corpus nostri Redemptoris in sepulchro, sicut nostra corpora incinerandum non erat, sed etiam nullam corruptionem subire debebat, alioquin paruum erat priuilegium corporis nostri Redemptoris, quod concessum indignum est. Item cum Psalmista dicat: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: si corpus Domini Iesu taliter immutatum foret, quod resoluta partes substantia eius tenerimę in aquaticum soluerentur humorem, & alia in eo mutationes fierent in sepulchro, corpus Christi aliquam pateretur corruptionem, quod inconueniens est, cum propheta dixerit non visurum illud corruptionem. Isum autem modum ponentes non compellimur confiteri: imò nec possumus aquam, quae de Redemptoris nostri latere fluxit de

Aliarepsio, q Docto. est.



xit de partibus teneris, & humidis eiusdem corporis solutam fore: quia ista naturalis transmutatio erat dispositiua ad corruptionem, sed dicendum est illam aquam à Deo miraculose factam fuisse in latere Redemptoris, quæ postea per aditum lanceæ profiliuit. Quare autem aqua ista supernaturaliter ibi causata fuerit, inferius dicitur. Prædicta autem manifestantur, quia si aqua ista naturaliter fuisset soluta de corpore Redemptoris nostri, quæ per latus efflueret: ita in alijs mortuorum corporibus videremus, quæ vulneribus cadunt: quia aliquantulum post exanimatum corpus aqua per vulnera quantacunque efflueret, quæ non videretur. Item si aquaticus ille humor de latere Redemptoris nostri ex aliquibus corporis particulis solutus foret: ita in cæteris eiusdem corporis partibus fieret. Sin brachij, capite, atque cruribus, quo pacto aqua, quæ in brachij soluta foret per fixuras clauorum, quæ in manibus erant profluxisset: aqua autem, quæ in cruribus resoluta esset, per clauorum aperturas in pedibus fluere: sed nulla harum defluxionum facta est, quia Euangelista solum, quod de latere Christi lancea fixo aqua cum sanguine effluxisset expressit. Causa autem, quare Deus miraculose aquam cauauerit in latere nostri Redemptoris, quæ inde facto aditu profiliuit, fuit ad virtutem præstantiam Sacramentis nostræ regenerationis, per quæ in suo nouo testamento vita nostra agenda erat; in morte namque Redemptoris vetus testamentum conclusum est, & incepto nouo, in quo Sacramenta dari debuerunt, per quæ omnium peccatum macule delerentur. Horum autem præcipuum baptisimus est, in quo totius veteris hominis peccata delentur, & vita noua inchoatur, virtus quoque ad bene viuere tribuitur. Iste autem in aqua conficitur, & quia tanta salutis nostræ efficaciam quanta erat omnia nostra peccamina dilui in aqua elementali perfici non posse aliquis existimaret, cum elementum valde commune, atque pauci momenti videatur, dignatus est benedictus Iesus de latere suo aquam effluxisse, vt sic auctoritatem maximam efficaciam suæ baptismi reciperet. Non enim maiori poterat excellentia pendere aquaticus humor, quæ vt de Redemptoris latere fluere: valde igitur conueniens fuit, vt de Christi latere, pendens in Cruce aquaticus humor prodiret in patulum.

*Ad quid profuturus erat sanguis, qui mortuo Christo erupit.*  
Cap. XXXIII.

**ALIQUIS** ex supradictis inquirere causam assumet. scilicet cum aqua de Dominico latere auctoritati Sacramentorum potissime baptismi confirmationisque faciendæ prodijisset, qui post Christi resurrectionem Redemptoris mox inchoandus erat, sanguis, quæ eodem erupit latere ad quid profuturus erat? Huic fortassis aliquis respondebit, quod sanguis, qui mortuo Christo erupit nullius mysterij signum fuit, sed naturali pondere fluxit: nam sanguis ille in latere Christi vndique currens nullo facto aditu residebat, qui cum per lanceæ fissionem congruum aditum inuenisset, naturali grauitate decurrit, nec potuisset vllatenus detineri, nisi Deus miraculose tenuisset. Conuenienter adhuc modus assignari potest. scilicet quod sicut aqua illa de Redemptoris latere fluens mysterij signatiua fuit: ita sanguis, qui eidem confluit non sine mysterio prodijisset. Modus autem est, quia in Christi Passione oium peccantium reatus aboliti sunt; post mortem autem Saluatoris sacramenta dari debebant per quæ redemptionis à Christo celebrare participes efficeremur, ad quod aqua in latere Christi existens supernaturaliter causata fuerat, sanguis autem ad nullius Sacramenti

confirmationem effluxit: quia nullum Sacramentum pro materia sanguine habet, sicut quorundam materia aqua est, sicut in baptismo: fuit tamen ad significationem, Christus enim ante mortem suam, & post mortem sanguinem fudit: sanguis autem, qui ante mortem fluxit redemptionis nostræ causatiuus erat, qui verò post mortem fusus est, nec redemptionem operabatur, nec eidem cooperans erat, quia Christus tunc nihil patiebatur, nos tamen doloribus Saluatoris redimendi eramus: sed sanguis iste significationi cooperabatur: significans nos sanguine, qui ante mortem de corpore Christi effusus fuerat, fore redemptos. Aqua autem eidem confluentis baptismum designabat: in quo ab omni veteris vitæ reatu abluere debebatur: decuit ergo post Redemptoris mortem vtrumque de latere eius, scilicet, aquam, & sanguinem manare debuisse.

*Quare aqua in Eucharistia non fuerit posita significatiuum, sicut vinum.* Cap. XXXIII.

**EX** prælibatis aliquis arguendi occasionem accipiet. scilicet cum de latere Christi sanguis, & aqua profluxerit, & in Sacramento Eucharistiæ vinum sanguinis representatiuum positum fuerit, quare aqua non fuerit positum significatiuum. Nec quicumque arbitretur hic posse responderi, sicut supra respondebatur, scilicet, quod coleræ, flegmati, melancoliæ signandis illud, quod corporis significatiuum fuerit sufficeret. Quod sicut species panis corpori cum partibus eius sufficiebat, ita his tribus humoribus, quorum nullus, nec aliquis pars effluerat, quæ ex re cum corpore computandi erant: panis quoque species significatiua poneretur. In hoc autem sic non erat, quia aquaticus humor decusus de latere Christi exiuit à sanguine, nec mansit in corpore, sicut tres dicti humores, decuit ergo pro ipsa, sicut pro sanguine differens poni representatiuum. Aliquis autem forte respondebit, quod sicut sanguini representatiuum speciale datum est, ita quoque aquæ datum fuerit. scilicet quod conficitur Eucharistia vino aqua commiscetur, vt sicut representando sanguini vini species adhibebatur: ita aquæ de latere Christi fluentis aqua significatiua poneretur. Hæc tamen responsio stare non potest, quia non commiscetur aqua vino in Calice, quia aqua sanguini mixta de latere Christi prodierit: quia cum Papa Innocentius III. in capitulo cum Marthæ. extra de celebra. Missa. causam assignat quare aqua vino in Calice miscetur, dicit hoc ob significationem fieri: quia Christus vinum, & vitis est, sicut ipse de se dixit Ioan. 15. cap. Ego sum vitis vera, & vos palmites: aqua autem populos designat, sicut ait Bea. Ioan. Apocal. 17. cap. Aquæ multæ populi multi sunt: quam auctoritatem idem Innocentius Papa in supradicto cap. allegat. Et quia Eucharistiæ Sacramentum significatiuum vnionis Christi ad nos, sicut in eodem capitulo, cum Marthæ. declaratur: quia trium, quæ in hoc Sacramento subtiliter distinguuntur. Tertium, quod est res Sacramenti, & non Sacramentum est vnio charitatis: vnio autem charitatis non solum in hoc Sacramento signatur, sed adhuc verius efficitur. Quoniam qui dignè manducat corpus Domini, vnitur in charitate Christo. Cum ergo in hoc Sacramento vnio significetur, & fiat, & vinum Christum designet, aqua autem omnes populos, conueniens valde fuit in hoc Sacramento aquam vino commisceri. Hæc rationem quasi in forma ponit Papa Innocentius III. in cap. prænominate, & est determinatio vniuersalis Ecclesiæ. Item est alia ratio, quia in hoc Sacramento Ecclesia vult Christum imitari, sicut supra diximus Ecclesiam, ideo sub duplici specie Eucharistiæ confecisse,

fecisse, quia sic Christus confecerit: sed Christus in hoc conficiendo Sacramento aquam vino miscuit: debuit ergo sic Ecclesia commiscere etiam nulla alia causa existente, quæ autem Christus cum confecit aquam vino miscerit, doctores theologi sic inducunt: Christus confecit Sacramentum Eucharistiæ ad mensam sedens nullo alio facto apparatu. Sin pane, quem in cibum sumebat, corpus suum confecit, nullo alio specialiori quæsito: sic quoque cum sanguinem confecerit, in vino, de quo cum Apostolis ipse bibebat confecit, nullo alio specialiori adhibito. Cum ergo vini, quod Christus bibebat aqua mixtum foret, sequitur eam in vino aqua mixto confecisse. Hoc autem inducunt vltimè doctores: quia Christus erat virorum temperatissimus totiusque temperantiæ exemplar: sed temperati viri non est vinum in sua puritate delibare, sequitur Christum vinum mixtum potauisse, & sic quoque confecisse.

*An aqua in vino existens in calice simul consecraretur cum vino.* Cap. XXXV.

**AD** HVC autem vltimè patet elementum aque ad sanguinis consecrationem in calice nihil attingere: nam cum Papa Innocentius recitaret positiones, quæ aliquid loquebantur de aqua, quæ erat in baptismo, dicit aliquos asseruisse aquam in Calice positam in corpore, & sanguinem Christi non mutari, sicut vinum transmutatur, sed manet prioribus vini accidentibus circumfusa: corpus tamen, & sanguinem Christi non afficiens: post autem cum sanguis consecratus assumitur, cum eo quoque aqua vini accidentibus circumfusa degustatur. Innocentius Papa tamen hæc positionem infirmat, dicit enim aquam vino non misceri, quoniam dicunt naturali artificio possibile esse, aquam à vino separari, concedit tamen Papa, quod si abinuenit vinum & aqua in Calice seiuincta forent, consecraretur vinum, aqua sine consecratione relicta: Papa tamen Innocentius ibidem ponit non manere aquam seiuinctam sic, vt consecrari non possit, sed potius commiscetur, atque aqua in substantiam vini transit, ita vt totum mixtum vinum sit, licet non ita forte, sicut ante erat, quo pacto in consecratione in Calice solum vinum est, quod consecratur, aqua in vinum prorsus mutata. Item aqua non ponitur in Sacramento Eucharistiæ, sicut vna de Sacramenti speciebus, sub quibus consecratio fit, vt representet aquam, quæ de Christi latere fluxit: quia tunc sicut aqua, & sanguis simul profluxerunt, ita simul vinum, & aqua in calice ponenda erant, & si aqua non poneretur, consecratio fieri non posset. Hoc tamen falsum est: nam dato quod cum consecratio fit vinum aquæ non miscetur, consecratio tamen celebrabitur, licet peccatum sit sic consecrare, cum sit contra morem, & præceptum Ecclesiæ vniuersalis, si negligenter fiat. Sequitur ergo aquam non esse vnâ de speciebus, sub quibus consecratio celebratur, sicut est panis, & vinum. Item si aqua esset aliqua de speciebus consecrationis, in aqua sola posset confici Sacramentum. Sicut enim in pane solo consecratio Eucharistiæ fieri potest non consecrato vino, sicut quotidie fit: quia prius panis consecratus est, quam vinum consecratur, sicut euidenter apparet ex ordine prolationis verborum consecrationis panis, & vini. Si autem consecrata hostia posset sacerdos vinum non consecrare, & maneret consecrata: idem in vino consecratio fieri potest pane non consecrato, quia vnum non pendet ex altero: ita vinum consecrari potest aqua non consecrata, aut commixta: si ergo aqua esset vna de speciebus, sub quibus Eucharistiæ Sacramentum conficitur, posset sub sola aqua

offici Sacramentum pane, aut vino non posito. Hoc tamen notissime falsum est, quia quantumcumque aliquis sacerdos proferat super aquam solam verba consecrationis, nunquam quidpiam consecratum erit. Sequitur igitur ex prædictis aquam, quæ in calice ponitur, ad signandum aquam, quæ de latere Christi effluxit, minime poni.

*Quæ absurda sequuntur ad primam positionem dicentem aquam posse consecrari.*  
Cap. XXXVI.

**NON** parum quoque inconueniens sequebatur ex illa positione, quia species, in quibus fit consecratio, non solum tanquam representatiua corporis, & sanguinis Dominici ponitur, sed etiam eum verè sub se continent, quia ibi vera Christi caro, & sanguis Dominicus est. Si igitur ibi aqua ad signandum aquam de latere Christi olim fluentem poneretur, necessarium esset, vt non solum ibi aqua illa signaretur, sed etiam, vt verè aqua illa in corpore Christi, & sanguine existeret: hoc tamen falsum est, quia corpus Dominicum nunc viuens est, in corpore autem viuente aquaticus humor nullus esse potest, sicut in prælibatis declaratum est. Inducitur ergo aquam in calice non poni, tanquam vnâ de speciebus, sub quibus consecratio fiat, & sit signatiua aquæ, quæ de latere Christi fluxerit. Cum autem arguebatur, quod sicut institutum est, vt vini species representatiua esset sanguinis: ita fieri debebat, vt aliqua poneretur species signatiua aquæ, quæ de latere Christi fluentis cum vitæ simul profluxerint. Respondendum est, pro sanguine qui de latere Christi fluxit, vinum in calice nullo modo adhiberi, sed vt representatiuum sit sanguinis totius, qui de Christi viuentis pendit, & in Cruce corpore fluxerit: aqua autem non prodijt de latere Christi viuentis, nihil ergo in Sacramento Eucharistiæ, tanquam signatiuum aquæ illius poni debuit. Causa fundamentalis huius est, quia Sacramentum istud est commemoratiuum Dominice passionis, sicut ipse in institutione eius dixit: hoc facite in meam commemorationem, vt patet Ioan. 13. cap. & Apostolus in prima Epistola ad Corinth. cap. 11. Quotiescunque feceritis, mortem Domini annuntiabit, donec veniat. Non ergo ab ipso aliquid recoli debet, quod non attineret ad memoriam suæ Sacratissimæ Passionis. Sed de sanguine, & aqua de latere eius confluentibus sic est, quod eo mortuo profluxerit, vt Euangelista testatur: in quo tempore ipse pro nobis nihil patiebatur, cum tunc non viueret, nec homo esset, vt tunc pro nobis pati posset. Sequitur ergo sanguinem, & humorem aquaticum post Christum mortuum de latere eius confluentes ad Sacramentum Eucharistiæ nihil attinere: hoc autem clarè signant verba consecrationis super Calicem. Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Sanguis tamen Saluatoris, qui eo mortuo de latere fluxit ad redemptionem nostram nihil profuit, quoniam tunc pro nobis nihil patiebatur: sed nos solis eius penis redimendi eramus, vt ponit Isaias cap. 53. Alioquin si Christus præ egritudine, aut senio defecisset, sicut alij homines deficere consueuerunt, postea aut corpore lacerato, aut aperto multi in eo cruciatus fierent, aut postertius artuum laceratio illi cruciatus post eius mortem nos à peccatis absoluerent: quod nullus habens parum intellectus confitebitur. Sequitur ergo sanguinem, qui fluxit de latere Redemptoris nostri iam mortui ad redemptionem nostram, nihil profecisse, idem tamen de aqua dicendum. Item aqua nec sanguis de Christi latere profluens

Aqua ad Eucharistiæ Sacramentum, nihil attinet.

fluētes ad passionem, nihil attinere super quam Eucharistia Sacramentum solidatum est. Ex superioribus ergo constat, quare non ponatur in Sacramento Eucharistia aliquod signatiuum aquae, quae de latere Christi effluxit.

*Quomodo in Hostia, & in Calice sit Corpus, & Anima, & Sanguis, & Verbum.*  
Cap. XXXVII.

**E**XCLVSIS dubijs, quae ex superioribus emergunt, ad prelibata redeunt dicendum est. In Hostia verum Christi Corpus, & Anima, & Sanguis, & Verbum sit. In Calice autem Sanguis, Corpus, Anima, & Verbum: non tamen eodem ordine, quia in calice sanguis Christi primo, & directe est, omnia autem alia. scilicet corpus, anima, & verbum per quandam adhaerentiam quam ad sanguinem habent, insunt. In hostia verò corpus directe est, caetera autem. scilicet sanguis, anima, & verbum per adhaerentiam ad corpus sunt. Fundamentum autem horum est in verbis consecrationis: nam consecratio secundum vim verborum est, sicut per illa Christus institutor significari voluit, & quia in verbis consecrationis Hostia de solo corpore sermo est, cum dicitur, hoc est corpus meum, sicut ponit Beatus Ioannes 1.3. ca. & Paulus in prima Epistola ad Corinthios. cap. 11. In verbis igitur consecrationis panis secundum eorum vires solum corpus Christi exangue, & sine anima, atque deitate est: ista tamen omnia ibidem per quandam adhaerentiam sunt. In verbis autem consecrationis vini solum de sanguine exprimitur, quia Christus dixit: Hic est calix sanguinis mei noui, & aeterni testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, sicut Beatus Ioannes & Paulus describunt ubi supra: iuxta istorum verborum vires in consecratione vini solum sanguis est, corpus autem, & anima, atque verbum per quandam adhaerentiam sunt. Haec autem consecrationis verba secundum totum tenorem, quem nunc habent, in Euangelij, aut Epistolis minime reperiuntur: quoniam aliqua verba addita fuisse videntur: quis autem formam istam mutauit, & quando mutata sit, & cur quodlibet verbum additum, aut mutatum: respondet Innocentius III. Papa in cap. cum Marthae. extra de celebratione Missarum, & ibi inquiratur.

*Quare corpore, & sanguine sub ambabus speciebus consecrationis existentibus reliqua adsint per adhaerentiam.* Cap. XXXVIII.

**R**ATIO autem cur corpore, & sanguine sub ambabus speciebus consecrationis directe existentibus, caetera sub qualibet specierum per adhaerentiam quandam sint, est: quia nunc nos corpus, & sanguinem Christi, sicut sunt consecramus, & quia corpus Christi viuentis corpus est, necessarium ut viuum conficitur: sanguis etiam, quia hominis viuentis est, sicut hominis viuentis confici necessarium est. In homine autem viuentis post corpus alia sunt, necessarium est igitur cum corpus viuentis Christi conficitur, ibi alia post corpus existere. Ad hoc enim, ut corpus aliquod viuentis sit, necessarium est, ut animam habeat, quae esse, & moueri, atque vitam corpori tribuat: & quia anima ad hoc, quod in corpore sit, multas praerogatas dispositiones, quarum potior sanguis est, quia anima omnis carnis in sanguine est, ut apparet Leuitico 17. & Deuterio, 12. cap. oportet ergo, ut omne viuentis corpus sanguinem habeat, & quod in corpore Christi cum conficitur sanguis sit: licet verba consecrationis nihil exprimat, nec vis aliqua in verbis istis sit, ut cum corpus conficitur

fanguis per adhaerentiam sit. Item in Hostia consecrata anima Christi per adhaerentiam, & non directe est: quia in verbis consecrationis Hostia de anima merito nulla sit: quia tamen corpus Christi viuentis est, & sine anima viuere non potest, necessarium est, ut in eo anima sit: alioquin sequeretur Christum hominem non esse cum consecratio fit: quia anima à corpore seiuuncta foret: alia quoque pleraque inconuenientia, quae in superioribus assignata sunt. Item in Hostia consecrata verbum Diuinum. scilicet secunda Trinitatis persona est: licet in verbis consecrationis de verbo Diuino nihil exprimat: necessarium tamen est ibi verbum existere: quia Christus Deus & homo est, quod nullatenus fieri posset, nisi corpus & anima verbo semper vnita forent, sequitur igitur in Hostia consecrata esse verbum. Ioannes quoque Damascenus doctor famosus de verbo dicit, quod semel assumpsit, nunquam dimisit. Quod partes humanae naturae quas assumpsit, nunquam dimiserit: necessarium ergo erat, ut semper corpus & anima verbo vnita forent: ita ergo cum Hostia consecratur, oportet, ut verbum ibi semper sit. Ex supra-tactis elicitur, quid in Hostia consecrata directe ex verbis consecrationis est, & quid per adhaerentiam corporis insit.

*De vini consecratione.* Cap. XXXIX.

**S**ICVT de Hostia consecrata locuti sumus, ita de vini consecratione fateri cogemur: cum enim vinum conficitur, solum sanguis ex verborum viribus inest, sicut in superioribus differuimus, adhaerentiam tamen sanguinis corpus, & anima, atque verbum insunt. Causa autem huius sicut in praecedentibus declaratum fuit, est, quia sanguis Dominicus in Calice non est tanquam sanguis corporis mortui, sed viuentis, quia nunc Christus viuus: sanguis autem rei viuentis extra vasa sua esse nequit. Extra vasa venarum: venae autem extra corpus non sunt: necesse est ergo sanguinem consecratum in corpore esse, ita ergo in calice corpus Christi erit, sicut in hostia est, licet hoc verba consecrationis non efficiant. In calice autem in sanguine consecrato, anima quoque Christi est, quia supra probatum est corpus Christi viuum ibi esse, & quia sine anima corpus nullum viuentis est, necessarium est ibidem animam consistere. Item oportet in vino consecrato cum sanguine verbum esse: nam cum ibi corpus Christi & anima sint, ut praedictum est, & verbum his duobus vnitum est, quod nunquam dimisit, necessarium est, ut verbum in calice, atque anima, & corpus cum sanguine sint. Sunt ergo in calice sanguis, corpus, & anima, & verbum. Ex quibus elicitur, quod tantum in Hostia quantum in calice est, sed non eodem ordine: item quod totus Christus in calice, & in hostia sit.

*Notanda de Hostia consecrata.*  
Cap. XL.

**H**AEC autem supradicta, licet consecrata hostia, atque calice, consistere secundum consecrationem, quam nunc facit Ecclesia oportere non ambigitur: nam Christus nunc viuentis est, & omnia supradicta in eo semper simul sunt: si tamen in triduo, quo Christus mortuus fuit consecrasset quicumque Eucharistia, non fuisset ista in hostia, & calice: nam si quisquam in illo triduo hostiam consecrasset, fuisset ibidem corpus Christi mortuum, sicut erat in Cruce, aut sepulchro: non tamen fuisset ibi sanguis, quia per crucem, & terram, atque Christi vestes effusus erat: anima quoque ibidem non fuerat, quia corpus mortuum istud erat. Item.

Item si quisquam in illo triduo mortis Iesu in vino consecrasset, proferens consecrationis verba, stetit ibi sanguis: sed non corpus, quia sanguis per se à corpore fusus erat. Quia autem modus consecrationis eo tempore non consecratur in hostia, aut calice id quod nunc consequitur animaduertendum in quo differant, & quae sit ratio diuersitatis. Primum autem attendendum est, quod si quisquam in hostia consecrasset in triduo mortis Christi prolatis verbis consecrationis super panem, oportebat, ut ex vi consecrationis corpus Christi sub specie panis existeret. Secundum autem, quod nunc in consecrata hostia esse dicitur, qui tunc nullatenus foret, quia totus sanguis à benedicto Christi corpore fusus erat, nec erat aliqua adhaerentia, ex qua tunc in corpore sanguis esset. Tertium autem, quod nunc in consecrata hostia esse dicitur anima est: tunc autem ibidem esse non poterat, quia corpus mortuum erat, in corpore autem mortuo anima nulla est. Quartum, quod nunc ponimus in hostia consecrata est verbum. scilicet persona secunda Trinitatis, & hoc cum corpore in hostia consecrata tunc existeret: quia ut tota catholicorum Ecclesia confitetur, Christus, quod semel assumpsit, nunquam dimisit, & quia in assumptione verbum sibi corpus humanum vnuerat, oportebat, ut illud sibi semper vnitum haberet. Sic ergo in consecrata hostia, quae in illo triduo consecraretur, corpus, & verbum existerent, quod sufficiebat ad excludendum plures assumptiones, incarnationes, atque vniones corporis humani, & animae ad verbi personam. Concluditur ergo ex praedictis, quod si quisquam in triduo mortis Christi hostiam consecrasset, solum corpus, & verbum ibidem existerent. Si fortassis aliquis eo triduo Dominicae mortis in vino consecrasset prolatis consecrationis verbis, ex viribus eorum oportebat ibi sanguinem Christi esse, deitas autem, anima, & corpus quolibet alio tempore in sanguine consecrato per concomitantiam necessario forent, sed nunc nullum existeret. Corpus autem Christi tunc in calice esse non poterat: quia eo triduo nulla sanguinis & corporis concomitantia fuit, cum totus effusus foret: ubi igitur corpus erat, sanguis nullus erat, & contra. Item in sanguine anima non existeret: quia sanguis per se animatus non est, sicut corpus: dato tamen, quod sanguis vegetationem aliquam ab anima acciperet: hoc solum in corpore est: cum verò à corpore seiuunctus est, nullam animae concomitantiam habet. Tertium autem, quod in consecrato sanguine nunc est, verbum dicitur: sed hoc illo triduo in sanguine consecrato non esset, quia sanguis verbo vnitus non est. Nam in assumptione humanae naturae ad verbum vnuit sibi verbum principales partes naturae. scilicet corpus, & animam: non vnuit tamen sibi directe partes humanae naturae minus principales, sicut humores, & pilos. Cum ergo principales humanae naturae partes essent corpus, & anima, erat verbum vnitum corpori Christi mortuo, & animae suae separatae, & non vnuebat sibi tunc sanguinem, aut alias minus principales partes. Si ergo tunc vinum consecratum fuerat, non extiterat ibi secunda trinitatis persona. Ex praedictis elicitur, quod si in triduo mortis Christi aliquis sanguinem Christi sub vi specie consecrasset, solus ibi sanguis fuisset corpus autem, & anima, atque verbum nullatenus.

*Qualiter verbum in Christi corpore & anima existat.*  
Cap. XLI.

**I**N superioribus de modo, quo Deus in rebus erat tangens, quomodo in virginis utero fuerit declarauimus, & quia multoties de humanae naturae ad verbum vnione, aut incarnatione merito est, locus exigit,

ut perfunctorie saltem dicamus, qualiter verbum in corpore Christi, & anima existat: & quomodo aliae duae personae, scilicet Pater, & Spiritus Sanctus insint eidem partibus Christi. Dicendum autem est, quod licet omnes trinitatis personae incarnationem operatae sunt, quia opera trinitatis indiuisa sunt, & quod vna persona operatur, & reliquae operantur: vnica tamen trinitatis persona, scilicet, secunda carnem assumpsit. Dicendum igitur est de persona Patris, & Spiritus Sancti, quod non steterunt specialius in anima, & corpore Christi, quam in vtero virginis, & caeteris rebus: nam illa natura humana nullo modo à patre assumpta est, aut à Spiritu Sancto. Non ergo habent specialio rem effendi modum in illa natura assumpta, quam in quolibet alio homine, aut lapide, quam nullo modo sibi assumpserunt, nisi quod omnes tres personae Diuinae in anima Christi erant dando ei specialem gratiam, atque priuilegia, quam alijs hominibus data fuissent: nam in ipso gratiae plenitudo fuit, sicut testatur Beatus Ioannes. cap. 1. cum ait: Datus est ei spiritus, & non ad mensuram, de cuius plenitudine omnes accepimus. Item, quia verbum habet specialem modum effendi in corpore, & anima Christi, & aliae personae sunt consubstantiales verbo, videtur maiorem fuisse adhaerentiam corporis & animae Christi ad omnes diuinas personas, quam sit omnium aliarum rerum. Hunc modum effendi, quem prima, & tertia trinitatis persona in anima, & corpore Christi, atque in omnibus eius partibus habuerunt, semper fuit, siue cum viuebat, siue cum in Cruce penderet, aut erat traditus sepulturae, siue cum post resurrexit. Secunda autem trinitatis persona, quae aliter verbum dicitur, sicut eam nominat Beatus Ioannes. cap. & in principio primae canonicae, habuit specialem modum effendi in corpore, & anima Christi: nam non stetit, aut est in illis, tanquam in loco solum, aut in seruato, sed vnuit sibi istas duas partes naturae: ita quod homo inde compositus erat Christus, & verbum, ita quod iste homo non erat aliquis homo, qui esset homo differens à verbo, siue secunda trinitatis persona, sed erat quidam homo, qui erat verbum, siue secunda trinitatis persona. Fundamentum autem huius in assumptione est. Nam verbum assumens partes naturae vnus hominis, ex quibus iste homo componebatur, fecit quod iste homo nullam haberet personalitatem, sed eadem esset verbi persona, & istius hominis assumpti. In nobis autem hoc non fit, quia alia est istius hominis, qui est Petrus, aut Ioannes persona, quam verbum, aut quolibet trinitatis persona: ideo non est verum, quod iste homo, qui est Petrus est filius Dei, aut secunda trinitatis persona, est tamen verum, quod iste homo assumptus est filius Dei, aut secunda trinitatis persona, quia non habet aliam personalitatem, quam secunda trinitatis persona. Sic inquit Apostolus in Epistola ad Romanos cap. 1. Christus praedestinatus est esse filius Dei. Quod de homine Christo intelligitur, sicut in superioribus declaratum est. Hunc autem specialem effendi modum habuit secunda trinitatis persona in partibus naturae humanae Christi eas sibi vniendo, cum ante passionem vixit, & nunc cum denuo post resurrectionem viuus: nec de hoc potest quisquam ambigere. Aliquis tamen in dubium reuocabit, si talis modus vnionis verbi fuit ad partes humanae naturae Christi, dum Christus in triduo mortuus erat. Cui respondendum est, quod sicut ille partes, verbo vnite extabant, dum Christus viuebat, & cum denuo reuixit: ita vnite extiterunt, dum Christus mortuus fuit: nam ut tota catholica fides confitetur, mox ut Christus homo mortuus est, verbum cum anima eius ad sedes descendit inferorum, manente illa indissoluta vnione, quae in virgine vtero causata extiterat. Identidem illa secunda trini-

trinitatis persona, siue verbum, quia infinitate sua ubique est, cum benedicto Christi corpore in Cruce pēdente remansit, & cum eodem postea exiit in sepulchro, permanente illa prima vnitate assumptionis in utero virginis celebrata. Et sicut ante Christum mortuum verbum cum corpore Christi, & anima vna persona, hypostasis, atque suppositum erat, & non plures: ita post Christi mortem verbum cum anima, & corpore Christi seiuncta, vna persona, atque hypostasis erat nō acquisita per mortem Christi aliqua speciali vnione ad partes humanæ naturæ, aut deperdita. Præcisè igitur in Christi morte vnio corporis sui ad animam deperdita est, & in resurrectione denuo acquisita est: non facta aliqua mutatione, aut alteritate in vnione, quam habebat verbum ad partes humanæ naturæ.

*Quomodo Christus vnuerit sibi diuersas, & summas partes.*  
Cap. XLII.

**I**N prædictis autem speculandum est, quod licet dicatur verbum diuinum, aut secundam trinitatis personam illum hominem Christum compositum ex corpore & anima assumptis, aut quod naturam humanam assumpsit, aut duas humanæ naturæ partes, scilicet corpus, & animam, & consequenter naturam humanam, & hominem Christum assumpsit. Hoc autem apparet, quia verbum diuinum, siue secunda Trinitatis persona assumpsit ad vnitatem personæ corpus humanam in utero virginis, quæ formauit ex sanguine menstruali. Assumpsit quoque ad personæ vnitatem animam, quam nouiter creauit: quia istæ erant partes humanæ naturæ, & istas sibi vnuit verbum, & adinuenit quoque vnuit: assumpsit sibi humanam naturam, quæ consistit in duabus his partibus copulatis. Item assumendo has duas partes, & eas inuicem copulando vnuit sibi hominem, qui ex his duabus partibus componebatur: proprius tamen dicitur vnuisse partes istas duas humanæ naturæ, quæ naturam humanam, aut hominem compositum, quæ manifestatur, quæ ait Damascenus, & tota fides cōfitemur, verbum diuinum, quod semel assumpsit nunquam dimisit: Si ergo directè, & principaliter verbum diuinum assumpsisset sibi hominem illum, nunquam dimisisset, sed falsum est, quia verbum diuinum in morte hominē illum reliquit: nam in illo triduo, quo mortuus fuit, homo non erat, nisi tenere vellemus opinionem Magistri Sententiarum in suo tertio, vbi Christum in triduo mortis hominem fuisse confirmat: sed hoc improbat ab omnibus. Item non assumpsit directè verbum diuinum humanam naturam. Nam natura humana à verbo derelicta est: humana namque natura in his duabus partibus simul sumptis existit. In triduo autem mortis hæc seiuncta fuere: humana ergo natura non fuit, & sic à verbo derelicta est. Partes tamen humanæ naturæ, scilicet corpus, & anima à verbo nunquam derelictæ sunt, quia semper eas sibi in morte vnitas tenuit, sicut viuens tenuerat. Inducitur ergo ex prædictis verbum diuinum principaliter, vel directè corpus, & animam assumpsit: & ista est vnio, aut incarnatio: naturam autem humanam, & hominem assumpsit consequenter.

*Quædam de verbo diuino, ac anima Christi ex sancta Trinitate.*  
Cap. XLIII.

**A**MPLIUS autem accipiendum est, quod Christus, aut verbum diuinum assumpsit partes humanæ naturæ, scilicet corpus & animam: partes autem minus principales, vt humores, & pili, ceteraque similia directè à verbo non assumpta sunt, sed quia in corpore Christi

erant. Cum ergo Christus vixit ante passionem, & nunc cum denuo post passionem viuat, vnitas habet sibi omnes partes corporis, etiam minus principales, & ea, quæ in corpore sunt iuxta modum vnionis, quæ habet ad corpus, & animam: post mortem autem Christi aliqua horum à corpore seiuncta sunt, sicut sanguineus humor, qui per vulnere fixuras profluxit: ideo Dominicus sanguis in triduo illo verbo hypostaticè vnitus non erat, sicut corpus, & anima Saluatoris. Cui autem Christus resurrexit sanguis denuo verbo vnitus est, sicut corpus, & anima vnita erant: ideo in superioribus concludimus, quod si in tempore mortis Christi triduanè aliquis sanguineus eius sub vini specie consecrasset, solus sanguis Dominicus ibi existeret, anima autem, & corpus, & verbum nequaquam. In hoc autem tempore dicendum est, quod tota sancta Trinitas in sanguine illo erat, sicut in cæteris rebus est: nec habebat aliquem specialem modum existendi secunda trinitatis persona, quæ aliæ duæ personæ. In hostia autem cōtrario erat: nam verbum diuinum ibi specialem modo existit, cum ibi sit verè corpus Christi, aliæ autem personæ diuine in hostia specialem modum non habent, quæ in quolibet alio homine, vel lapide. Ratio autem diuersitatis existendi verbi diuini in hostia tempore triduanè mortis Christi, & nō in sanguine est, quia in hostia erat corpus quod per se assumptum est: in calice autem sanguis, qui per accidens, & ex coniunctione ad corpus assumptus est. Ex prælibatis liquide inducitur qualiter verbum diuinum in corpore, & anima Christi, & cæteris partibus fuerit, & qualiter tota beata trinitas.

*Quando proprius Christum videamus, aut quando hostiam videmus, aut calicem.* Cap. XLIII.

**C**ONCLUSIO ex superioribus qualiter Christus totus in hostia sit, & in calice, & sub qua cōditione in hostia sit, & in calice, quia dicimus, quod cum hostiam consecratam, aut calicem manibus sacerdotis in altum tolli videmus, dicimus Christum, aut Deum videre, inquirendum est quomodo proprius videre dicamur. scilicet hostiam videmus, an cum calicem. In quo diligenter animaduertendum est, quod sicut in superioribus extitit declaratum, illud propriè videtur, quod per se videtur: siue videatur per se primò, siue per se non primò: quæ in superioribus declarata sunt. Hæc autem sunt color, & lux, & communia sensibilia. Imagnitudo, figura, motus, quies, & numerus. Et quia Christus nullum horum est, scilicet non est color, lux, &c. ideo propriè videri nequit: quia tamen corpus Christi videri potest per colorem, lucem, magnitudinem, figuram, numerum, quietem, aut motum, qui in eo est, potest aliquantulum propriè videri. Nullo autem horum duorum modorum Christus in calice, aut in hostia videri potest. Primò autem modo in hostia videri non potest, quia non est obiectum proprium visus, nec sensibile commune. Secundò etiam modo Christus videri non potest, scilicet per aliquid, quod in eo est: quia iste modus temporali illi congruebat, quo Christus cum hominibus versatus est: nam tunc per colorem suum, magnitudinem, figuram, motum, aut quietem videbatur. Nunc autem per colorem, aut magnitudinem, aut aliquid horum videri non potest: quia nihil horum nunc apparet latens sub speciebus sacramentalibus. Item, quia in hostia, aut calice indiuisibiliter est, sicut in superioribus differimus: Christus tamē in hostia, & calice videtur, sicut homo armatus totaliter latens sub armis, ita vt nulla eius pars videatur: dicimus tamen talem, aut talem hominem videre, quia scimus eum moueri sub armis, quæ nos videmus, ita

ita Christum videre dicimur cum hostiam consecratam, aut calicem videmus. Scimus quippe, quod cum sacerdos hostiam, aut calicem in altum extollit, ibi est totus Christus Deus & homo.

*Responsio dubietatis allatæ præcedenti cap. & de quibusdam modis visionis.* Cap. XLV.

**N**VNC autem ad propositum accedentes inquiremus quomodo proprius Christum videmus cum calicem, an cum hostiam videmus: cui respondendum est Christum proprius videri cum hostiam consecratam videmus, quæ cum calicem. Huius fundamentum est, quia visio magis, aut minus propria est, secundum quod magis, aut minus accedit ad primum modum visionis, qui propriissimus est. Primus namque visionis modus est cum res per se visibilis est, siue sit per se primò visibilis, aut per se, & non primò, sed modus videndi Christum in hostia magis appropriat modo primo videndi: proprius ergo Christus videtur in hostia, quæ in calice. Quod autem videre Christum in hostia magis appropinquat modo primo videndi, quæ videre Christum in calice, manifestatur: quia primus videndi modus est, cum aliquid per se videtur, siue per se primò, siue nō per se primò, & hoc modo non videtur Christus in hostia, aut in calice. Secundus modus videndi est, cum aliquid videtur, non quia sit secundum se visibile, sed quia est in eo aliquid quod est secundum se visibile: hoc modo etiam Christus non videtur in calice, aut in hostia: quia non videtur per aliquid, quod in eo sit, scilicet per colorem, aut magnitudinem, quia colorem Christi, figuram, motum, aut quietem in hostia, aut calice nullatenus contemplamur: Christum autem in hostia, & calice cernere est per tegmenta contemplari: tunc autem modus, qui magis de tegmento habet minus ad primum modum accedit, & magis improprius est cōtrario. Sic autem est, quod cum Christum in hostia contemplamur magis eum sine tegmento respicimus. Cum autem eum in calice prospectamus, maioribus tegitur velamentis: nam cum Christus in hostia cernitur, solum tegitur sacramentalibus speciebus, nō nobis visibilis esse possit: species namque panis supposita Dominicam nobis aufert visionem. Præterea Christus in hostia indiuisibiliter est, vt prælibatum est. Indiuisibile autem videri nequit. In calice autem plura Dominicam visionem nobis auferunt velamenta. Primum est sacramentalis species: nam qualitercunque sub eis Christus lateat non videbitur. Secundum autem velamentum, quia sub speciebus vini Christus indiuisibiliter est, sicut sub speciebus panis. Tertium velamentum est, quia species vini in calice iacent calicis grossitiæ adoperatæ. Sequitur ergo magis propriè Christum videri cum eum in hostia videmus, quæ cum in calice cernimus, sed neutro modo propriè videmus.

*Quomodo dicamur Christum sub sacramentalibus speciebus videre.* Cap. XLVI.

**A**MPLIUS autem circa prædicta aliquis dubitabit, quomodo dicamur Christum sub sacramentalibus speciebus videre, aliqui namque arbitrantur solum nos Christum intueri cum hostia, aut calix super altare sacerdotis manibus extollunt, & nō aliis. Huic respondendum est, quod cum hostia postquam consecrata est in se verè Christum continet, & vinum consecratum in se totum tenet Christum, quotiescūque viderit hostiam consecratam, Christum videbit, & quotiescūque calicem sanguinis Christi aspexerit, Chri-

stum cernere prædicabitur. Et non solum cum hostia, aut calix sacerdotis manibus in altum tollatur: sed etiam cum tam hostia, quæ in altari sedet, aut cum secundo hostia paululum super altare tollitur, aut cum ante sumptionem frangitur, aut eam sacerdos sumit. Omnia hæc identidem de calice accipienda sunt: etiam cum hostia ad infirmos ducitur, aut cum quispiam eam in sua repositaria arca videt, omnibus his modis aliquis Christum videre prædicatur. Nec his solis modis Christum sacramentaliter cernimus, sed quotiescūque hostiam consecratam, vt cumque videamus, aut calicem sub vini specie sanguinem Dominicum continentem. Proprius tamen modus horum Christum sacramentaliter videndi est, cum hostiam in altari cernimus eleuari prima eleuatione, cum post eam calix quoque sanguinis sacerdotis manibus tollitur, quia hoc solum fit, vt videatur. Ex prædictis liquide comprobatur quomodo Christum, qui leo in hac metaphora dicitur, videamus.

*Pars secunda metaphore secundæ, scilicet leo, qui non videbatur, quod dupliciter intelligitur.*  
Cap. XLVII.

**I**N hoc secundo figurato Paradoxo secunda erat particula: Qui non videbatur. scilicet iste leo, de quo supra dicebatur nō videbatur. In superioribus de hoc leone dicebatur, quod visus est, & modum eius exposuimus. Nunc autem dicitur, quod non videbatur. Hoc tamen dupliciter intelligi debet. Primo modo, vt hæc duæ particule videbatur, & non videbatur ad diuersa tempora referantur: ita quod in vno tempore iste leo Christus videretur, & in alio non videretur. Alio modo intelligi potest, vt ad idem tempus referatur. scilicet in eodem tempore Christus leo videretur, & in eodem non videretur. Primo autem modo assumendo verum erat, quod iste leo videbatur, & non videbatur. Nam ex quo natus est, visus fuit inter gentes communicando, prædicando, exhortando, aliisq; humanos actus faciendo, sicut testatur Baruch: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Post mortem autem suam ad modicum tempus visus est, quia homo non erat. Denique post resurrectionem visus est: quia discipulis suis apparuit, & Beatae Virgini, aliisque personis, sicut habetur Matthæi 28. cap. & Marci 16. & Lucæ 24. & Ioan. 20. & 21. capitulis. Idem habetur Actuum. ca. 1. vbi dicitur de Christo, quod versans cum eis apparuit illis in multis argumentis per quadraginta dies vsque ad diem, quo assumptus est. Hi autem quibus Christus à mortuis resurgens apparuit, fuere quingenti, aut paulo plures: sic ait Apostolus in prima Epistola ad Corinthios. 15. cap. 1. & post resurrectionem suam apparuit Iacobo, & Cæphæ, & plura quingentis fratribus: nouissimè autem, tanquam abortiuo visus est mihi. Postquam verò in coelum conscendit, non videtur. Et sic manet vsque ad eius aduentum ad iudicandum: leo igitur iste aliquando videbatur, & aliquando non videbatur. Conuenienter igitur de Christo dici potest, aut leone hoc, quod videbatur, & non videbatur.

*Affirmatio expositionis allatæ præcedenti capite.*  
Cap. XLVIII.

**E**XPOSITIONIS huius modum aliquis discretum, atque impertinentem iudicabit, sed falsum est, quia hoc loquendi modo Sacra Scriptura per usata est, cum de hoc leone loqueretur, de quo in hoc figurato Paradoxo sermo agitur: ita vt verè dici possit hanc huius Paradoxo partem per Sacram Scripturam



ram ab antiquo expositam esse. Quod habetur Ioan. cap. 16. ubi cum Christus ante mortem suam discipulis loqueretur, ait: Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem. Hic autem de morte sua faciens Christus sermonem, modicum se videndum dicit: quia ab hoc tempore, quo Christus istud eis proponebat verbum usque ad mortem suam ab eis videndus erat. Christus namque hoc eis proposuit verbum predicans in quinta feria coenae per noctem postquam coenasset, sicut apparet ex processu Evangelij Beati Ioannis à cap. 13. in principio vsq; ad 14. Erat autem magnum noctis elapsum spacium: cum ista Christus dixit, duravit autem vsque ad alteram diem, qua mortuus est, scilicet, in sexta feria parasceues ad horam nonam. Erat autem aliquid modicum, quo ab eis videndus non erat, quod intelligitur de spacio triduanæ mortis suæ: quod verius supputando quadraginta horarum spacium fuit, maius tamen hoc spacium discipulis tractum est: quia non immediate post resurrectionem suam ab eis visus est. Iterum autem ab eis videndus erat, scilicet post resurrectionem, & de hoc Christus loquebatur dicens: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Sicut autem ista propositio, scilicet quod leo videbatur, & non videbatur est Paradoxon figuratum, atque continet difficilem intellectum. Ita verba illa Salvatoris, scilicet modicum, & videbitis: iterum modicum, & non videbitis me: quia vado ad patrem: Paradoxon est: quod liquidè patet, quia sensus eorum difficilis est: nam Apostoli auditis verbis his inter se dubitantes inquirebant, scilicet quid est, quod dicit modicum: Christus autem respondit eis, dicens: De hoc quaeritis inter vos, quia dixi modicum, & videbitis me, & iterum modicum, & non videbitis me, quia vado ad patrem: nec intelligebant vlatenus quid hoc esset, donec eis Christus declaravit, ut ex capitulo decimo septimo Ioannis apparet.

Expositio primæ partis secundæ Paradoxon.  
Cap. XLIX.

SECUNDVS autem in his verbis expositionis modus est referendo ea ad idem tempus, scilicet quod in eodem Christo videbatur, & non videbatur. Et quia in Christo duæ naturæ erant, scilicet humana, & diuina, potest quantum ad quamlibet harum partium intelligi. Verum namque est de Christo in quantum homo est, quod videbatur, & non videbatur, scilicet, in hostia: quia nos eum certissimè latere cognoscimus: ibi enim verum corpus eius est, quod de virgine sumpsit. Et sicut hominem armis reatum videre dicimus, nulla eius particula apparente, idem de Christo dicimus: quia verissimè in hostia est. Iste idem leo non videbatur in eodem tempore, in quantum homo est: quia homo per colorem suum, magnitudinem, figuram, motum, quietemque, conspicitur: ex quibus nullum in Christo patet. In hostia namque nullum de accidentibus Christi patere potest, quia ibidem indiuisibiliter est. Item, quia sub sacramentalium specierum nube latet, & color eius in publicum patere nequit: verum ergo est de Christo, quod in hostia non videtur, visionem eius verè accipientes: iste leo ad idem tempus relatus videri potest, si improprie visionem assumamus, sicut videtur homo cum sub armis est. Est autem in isto leone Christo alia natura, scilicet, diuina, & quantum ad hoc referri potest convenienter, scilicet, quod Christus in quantum Deus videbatur, & non videbatur: quod intelligitur referendo ad tempus, in quo cum hominibus conuersatus est, quia tunc verè visus est cum verus homo esset, & sicut coeteri

homines videbatur, & quia verbum, siue secunda deitatis persona non videbatur, quia secunda persona est spiritalis: spiritus autem videri non potest, cum indiuisibilis sit, sed corpus: in verbo autem diuino, quod incorporeum, & indiuisibile est videri non potest, quia color, secundum quem visio fit in quantitate extensua semper est. Sic testatur Beatus Ioannes cap. 1. Deum nemo vidit vnquam. Exodi. 33. cap. Non videbit me homo, & viuere. Licet igitur superiores modi exponendi convenientes sint, iste tamen conuenientior coeteris est, scilicet Christus erat leo, qui videbatur, quia videbant Iudæi suam veram cunctis manifestam humanitatem, & non videbatur, quia Deus verus erat, nec poterant gentes suam intueri deitatem. Ex prælibatis liquidè inducitur, qualiter particula ista intelligi debeat, scilicet, qui non videbatur.

Dubium contra prædictum. Cap. L.

EX prædictis aliquis dubitandi fomitem sumet, quoniam dictum est, quod Christus secundum, quod erat Deus, non videbatur: dicit autem aliquis, quod Christus, secundum quod Deus videbatur. Nam si videri assumeretur pro illo, quod per se primè videtur, sicut color, vel lux, aut pro communibus sensibilibus, quæ per se non primò videntur, verum esset, Deum non posse videri: quia Deus nec color est, nec commune sensibile. Aut si videri secundo modo accipiatur, scilicet, quod res per se visibiles non sit, aliquid tamen in se habeat, secundum quod videri possit, sicut substantiæ visibiles secundum se videri non possunt: videntur tamen per suam magnitudinem, aut colorem, figuram, motum, quietem, diceremus, Deum nequaquam videri posse, cum lucem, colorem, figuram, aut coetera in hunc modum nullatenus habeat, cum incorporeus, atque indiuisibilis sit. Est tamen alius videndi modus, ut cum hominem armatum videmus cui nullam particulam reuelatam intuemur, sed eum videri dicimus, quia eum reatum latere cognoscimus: sic enim Christum in calice, & hostia videmus: quia licet eum nullo duorum modorum prædictorum videremus: alio tamen modo videmus. Cum ergo Deus sit vbique, & in quocunque loco signato scimus Deum esse, dicemus Deum videri. Huic respondetur, Deum in se ipso, nec proprie, nec improprie videri, de homine autem armato dicimus, quod eum videmus: quia licet non videamus eum, nec aliquam rem in eo existentem, quæ intrinseca sit, videmus tamen arma, sub quibus latet, & quæ ipse mouet. Sic igitur licet hominem armatum non videamus per aliquid, quod in eo est, videmus tamen eum per aliquid, quod non est in eo, sed ad ipsum adhaerentiam quandam habet, sicut sunt arma, quæ mouet homo armatus. De hostia autem itidem dicimus. Nam quamquam Christus in hostia non habeat aliquid, secundum quod videatur, quia non cernitur secundum suam magnitudinem, aut colorem, aut quodlibet alterum accidens eius, noscitur tamen ibi esse colore, & magnitudine, atque figura hostiæ consecratæ, & calicis: quia ista ad Christum adhaerentiam quandam habet, cum sub his Christus solus lateat nihilque aliud. De Deo autem nihil tale volumus asserere: nam licet vbique, & in omni re Deus sit, nulla tamen res, aut locus est, qui diuinæ essentiae vlatenus specialiter adhaereat, qua Deum certissimè dignoscamus: licet eum esse vbique certissimè cognouerimus. Vt si in aliqua ciuitate aliquem virum signatum: ut verbi causa Demostenem esse nouerimus, illam ciuitatem à remotis spectantes illum videre virum nequaquam asseremus: nam licet eius locus cognitus sit, nihil

nihil tamen in illo homine est intrinsecè, aut extrinsecè quod ad ipsum specialiter adhaerit, ideo dicimus illum hominem videri nullatenus. Conformiter quoque dicemus Deum secundum se videri nullatenus.

An Deus secundum se videri possit. Cap. LI.

ALIQVIS autem fortassis arguet Deum secundum se videri posse: nam Deus corpoream similitudinem assumere potest, in qua videatur, loquatur, atque alia efficiat. Sic enim sapissimè Iudæi apparuit, atque locutus est. Sic habetur Exodi 3. capit. ubi Moyses vidit rubum ardere, quæ non comburebatur, & locutus fuit Dominus ei de medio rubi. Apparet ergo Deum visum fuisse ex adhaerentia, quam specialiter gerebat ad ignem in rubo, in cuius medio Deus erat. Item Exo. 19. & 20. cap. habetur, quod cum Deus daret legem in vertice Sinai, clamabat voce magna in sonitu clangoris buccinæ, dicens: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Cum igitur specialiter Deus ad illam vocem adhaerentiam haberet, qui locum videbatur, in quo vox illa diuina formabatur, dici possent Deum videre. Itè Deus caliginem, nubem, montemque fumigantem in quo ipse erat in vertice Sinai ostendit: hoc autem populo notum erat, vt habetur Exodi vigesimo capitulo, & 24. cap. f. Accessit autem Moyses ad caliginem, in qua erat Deus: videri ergo Deus poterat ex aliquo speciali signo, quod demonstraret. Similes auctoritates in Sacra Scriptura sepius reperiri videntur. Supradictis responderetur Deum videri non posse, nec aliquam assumere similitudinem, qua videatur, aut loquatur, vel quidquam operetur. Cum autem in aliquibus locis scripturæ similia reperiantur, dicemus illa à Deo non facta, sed per angelos, sicut inferius probabitur. Hoc enim liquidè comprobatur his duabus præpositis auctoritatibus, & quadam alia, quæ habetur Exo. vigesimo quarto cap. f. Videntur Dominum Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi coelum cum sereno est, comederunt, atque biberunt. In omnibus tamen prædictis locis innotescit hos angelos fuisse, qui Dei nomen assumpserant. De primò autem manifestatur, cum dicitur, quod Deus loquebatur in rubo, quia licet Exodi tertio cap. Deus vocetur, in libro tamen Actuum Apostolorum, ubi Stephanus Prothomartyr Iudæis loquebatur, eum qui in rubo loquebatur, angelum fuisse restat. Alius autem, qui in vertice Sinai legem dedit, Exo. 19. & vigesimo, licet Deus nuncupetur, tamen ex Sacra Scriptura angelus esse conuincitur, vt declarat Apostolus ad Galathas tertio capitulo, scilicet: Lex data per angelos in manu mediatoris: hunc, qui legem in Sinai dedit Iudæi in monte eodem videre, de quo Exodi vigesimo quarto capitulo, & Deo vocatur: Angelus tamen est. In plerisque tamen alijs scripturæ locis angeli Deus vocantur, sicut diffusius declarauimus super Exo. 19. capit. Ex prædictis necessariò inducitur Deum videri nullatenus.

An Deus formam aliquam assumere possit.  
Cap. LII.

HIS autem quispiam contra niteretur, scilicet, Deum formam aliquam assumere posse, in qua videatur, atque loquatur, & aliud operetur. Sic manifestatur Luca tertio cap. ubi de baptizato Christo à Ioanne inquires ait: descendit Spiritus Sanctus in eum in columbæ specie, & vox patris audita est: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Alph. Toft. Parad.

In quo Euangelista Lucas tres distinguit in deitate personas cuiuslibet actum suum tribuens. Filium quidem dicit baptizatum, patrem verò de cælo locutum, Spiritum Sanctum in columbæ specie descendentem descripsit: sequitur igitur Deum apparuisse, atque formam aliquam assumpsisse. Identidem Matthæus describit decimo septimo capitulo, cum transfigurationem descripsit: Et vox de cælo audita est: hic est filius meus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Ad quod oportebat aliquam assumi formam corpoream, in qua vox formaretur. Persona autem patris illam corpoream figuram assumeret, quoniam eum loquentem scripturæ prodit oratio. Sic igitur in assumpta figura videri poterant. His enim respondendum est, personam Patris, & Spiritus Sancti, nec proprie, nec improprie vnquam visas, nec vnquam formam corpoream assumere, in qua videri, loqui, aut coetera facere possent. Nam si Deus aliquam corpoream ex aere figuram assumeret, in qua voces audirentur, & figura illa moueretur, oportebat aliquam substantiam spiritualem intelligentem eam intrinsecè mouere, & alia operari. Nulla quippe substantialis forma irrationalis ea, quæ in tali figura videntur, efficere poterat. Præterea, quia data ibi aliqua speciali forma mouente, & prædicta operante, necessarium erat esse hanc figuram de genere alijs cum moueatur motu progressiuo, quod falsum est. Necessariò igitur intra prædictam figuram aliqua substantia spiritalis est hoc efficiens, quæ aut Deus erit, aut angelus bonus, vel malus: anima namque humana esse non potest, quia hic hominem constitueret, si fortè angelum bonum, aut malum in figura illa latere concedamus, dicemus Deum ibi nihil agere, loqui aut mouere, & sic Deus videri non poterit, cum nullam habeat adhaerentiam ad illam figuram corpoream. Si autem dixerimus Deum illam figuram corpoream assumere, & loqui, est impossibile: nam cum omnis motus in successione sit, vt Aristoteles testatur in plerisque Physicorum Libris: & motus in instanti fieri nequeat: quia ideo motus est, quia partibiliter acquiritur, scilicet, post partem reliqua pars, in quo successio necessaria est: & contradictionem includit motum quemquam instantaneum fore: Deus tamen in instanti operari quidquam nequit. Nam secundum genus operatiuarum potentialium sunt generatiua actionum, quia verè omnes potentia naturales finita, atque limitata sunt, correspondet eis operatio successiua, quia quod sit agenti resistit, nec totum simul effici potest. Potentia autem Dei infinita est: ideo ei resistere nihil valet, dum infinita sit distantia eius ad quamlibet repugnantiam. Sequitur ergo, vt in instanti fiat.

Esse nostrum viuere est. Cap. LIII.

PRAEDICTIS autem confirmandis adijcitur, quod esse nostrum viuere est, sicut ait Aristoteles in tertio de Anima, scilicet, viuere viuentibus est esse. Aristoteles quoque in nono Ethicorum libro ait: Viuere est in esse, & in operari: oportet igitur, quod qualem modum res essendi, & viuendi consequuntur, talem in operando fortiantur. Sunt autem aliqua res, quæ totum esse suum, & viuere simul non habent: hæc aut sunt, quæ oppositione ex actu, & potentia suscipiunt, & hæc omnia sunt, quæ sunt per Deum, quæ de substantijs intelligendū est. Nam horum quælibet aliqd est, & per id magis esse potest, aut super id, quæ habet esse aliud suscipere potest. Hæc aut potentia, aut potentialitas dicitur: sicut homo actus est cum est homo: quia cum fuerit homo nullatenus in potentia est, vt amplius homo sit.

Esse in potentia esse in actu.

E Est

Est tamen in potentia, ut albus, niger, sapiens, foelix, infelixve sit: quod de rebus ceteris pariformiter dicitur. Nam secundum aliquid actus sunt, aut in actu existunt, quoad aliquid verò ex potentia existunt, quia ad aliquid in potentia sunt. Horum autem nullum habet totum suum esse simul, sed in quantum actu sunt, aliquid sunt: in quantum autem in potentia sunt, non sunt, sed esse possunt. Cum ergo esse sit vivere, & operari, & hoc totum esse simul non habeant, oportet vt totum operari simul habere nequeant: sed vt prius eis aliqua actu ex sui particula insit: deinceps verò reliqua, quod in successione operari dicitur. In Deo autem accidit econtrario: quia non est ex actu, & potentia compositus, sed purus actus est: nam Deus aliquid est, & vltra id, quod est, nihil magis esse potest, aut quicquam suscipere: sicut nos qui aliquid sumus, & præter hoc alterum esse possumus aut suscipere. Hæc autem puritas actus, ideo necessariò ponitur: alioquin infinitè perfectus non esset: cum perfectus est, quod totaliter actus sit, nihil recipere potens: quàm quòd quodam modo possibilitate consistit. Cū ergo totus actus sit omni possibilitate carens, sequitur eum totum esse suum simul habere: aliàs necessariò confiteremur, quòd præter esse quod nunc habet, aliquid suscipere possit: quod est ex actu, & positio consistere. Identidè cum esse operari sit, & esse Dei totum simul est, cum pars particulam non præcedat, est impossibile Deum successiue aut per motum operari, sicut liquet, impossibile esse eum ex actu, & positio consistere: aut totum suum esse simul non existere. De hac autè compositione ex actu & potentia aliisque tribus compositionibus, scilicet ex genere, differentia, esse, & essentia, materia, & forma, diffusius disputauimus super capit. 28. Deuteronomij.

*Omnia, quæ à Deo sunt, in instanti producuntur.*  
Cap. LIIII.

**A**D HVC ipsi superintendentes dicemus, quòd sicut se habet vivere, sic se habet & operari: sed tota dei vita simul est: ergo tota operatio eius simul est, scilicet vt pars particulam non præcedat: maior ex prædictis liquidatur: quoniam esse, vivere, & operari conuertuntur, vt ait Aug. 9. Ethic. Minor autem, scilicet, quòd tota dei vita simul sit, probatur: nam Deus siue omnia, quæ æterna sunt, totam vitam suam simul habent. Sic ait Boet. de Consolat. li. 5. prola vlt. Aeternitas est interminabilis vitæ simul tota, et perfecta possessio. Sicut ergo operatio Dei cõstabit, vt tota simul sit, nec particulam pars præcedat: hoc autem est operationem instantaneam, aut sine successione, vel motu esse. Quod autem operationes diuinæ successiue nullam habeant, apparet, quia omnes actus, qui propriè diuini sunt nulla constant successione: quod in creatione apparet, quæ solius Dei est, & in instanti celebrata est, & cum animæ quotidie creantur in instanti esse habent. Resurrectio quoque instantanea est, quia in instanti deus quempiam suscitât à mortuis. Sic Paulus inquit in epistola prima ad Thessal. c. 2. omnes qui mortui sunt, in ictu oculi resurgēt. Hoc identidem ex omnibus miraculosis operationibus cõprobatur, quæ Deo soli attribuuntur, omnes nanque hæc in instanti celebrantur. Ex his quoque inducitur quæcũque à Deo sicut in instanti fieri, nec eum successiue posse operari: de hoc autem diffusius disputauimus Exo. 23. & 25. c. Ex quo sequitur quod deus non possit aliquem lapidem hinc mouere ad viginth leucas, aut saltem ad dimidiã, quia tunc operatio Dei esset in successione aut motu, quod impossibile est. Sed si Deus mouere voluerit, efficiet, vt lapis qui nunc hic est, in instanti sit ad mille leucas: hoc autem motus aut successio non est, quia non

Res tunc  
fuit cum  
actu fuit

Deus oĩ  
caret potẽ  
tialitate.

Aeterni-  
tas quid.

Deus quæ  
agit i mo-  
mẽto agit

fit secundum tẽporis diuisionẽ, quam motus exigit. Hunc enim lapidem, quem Deus sic transposuerit de loco in locum, non oportet mediũ spacium pertransire hoc autem apud philosophantes nõ vocat motus, sed magis mutatum esse: licet totaliter mutatum esse dici non possit: quia mutatum esse terminus motus est, & præexigit motum præcessisse.

*Deus loqui non potest. Cap. LV.*

**P**RÆTER hoc autem sciendum est, Deum loqui non posse: nam si locutio quouis modo in ista tanea esse possit, Deus loqui posset. Impossibile tamen est, esse magisterium in instanti verba proferendi, voces namque à nobis prolata, literis, atque syllabis constant: orationum autè complexione dictionum cõnexiones efficiunt, in hoc autem essentia orationis est, vt dictio vna aliam præcedat. Dictionũ quoque esse in oratione est, scilicet vt syllaba syllabam, litera quoque literam antecedit. Sicut in hac voce Petrus syllaba hæc, Pe. Syllabam hanc. f. Trus præcedere, necessariũ est. De literis autem identidem faciendum dignoscitur. Hoc autem supposito, inquiremus si Deus loquatur, an omnes dictiones, & orationes, literas, & syllabas simul profert, aut nequaquam. Si fortasse respondeatur non simul omnes proferri, sed cuiuslibet suum ordinem, distinctionem, & locum obseruari, prolatio successiue consistet, sicut nos quoque proferre assueti sumus, & non operabitur in instanti: quod falsum est. Si forsitan omnia simultanea prolatione extulerit, ita vt instantanea prolatio iure dicatur, nullus ordo, situs, atque distantia in orationibus, dictionibus, syllabis, literisq; seruabit: ex quo infertur ibi orationes, dictiones, literas, aut syllabas esse nullatenus posse, cum essentia earum consistat in oratione, quæ in tali prolatione nullatenus obseruatur, quo apparet eũ non loqui aut quicquã proferre. Ex præcedentibus notissima illatione deducitur, Deum aliquam figurã corpoream assumere non posse, in qua moueatur, aut proferat concepta, aut simile quid operetur. Sequitur ergo veritate lubiilere alteram diuisionis partem, quæ in prælibatis ponebatur. scilicet quòd cum sacra scriptura aliquando dixerit Deum aliquam sumpsisse figuram, locutum, aut motum, aut similia operatum, hæc non à Deo, sed angelis apparentibus consummata fore.

*Exponitur text. Bea. Lucae Euang. Cap. LV I.*

**N**VNC verò rñdere conandũ est argumẽtationi ex text. Bea. Luc. 3. c. f. Spiritus sanctus descendit in columbẽ specie ipsam, & vox patris audita est: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Cui rñdendũ est, Patrem, & Spiritum sanctũ nullas hic assumpsisse effigies, aut quicquã locutos: sed hæc omnia Angelis operantibus fuisse confecta, s. vt cum Christũ Iordanẽ intrauerit baptizadus à Ioan. aliquis angelorũ iussu Dei corpus quoddã formauit aereũ, ad colubẽ albissimã figurã redigens, mouitque illud descendens à superiori parte aeris, ita vt à cõlo descendere videret, donec federit sup Chrũ. Alius autẽ angelus Deo iubente corpus formauerit aereum formans cõuenientibus organis, vt ibidẽ voces formari possent, formauitq; in eo, quæ sequunt, & alto boatu protulit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. Identidè in transfiguratione factũ est: nec quicquam hic diuinã personã operatã sunt. Aliquis autem fortassis respondebit, quòd licet prædicta de Spiritu sancto existere non potuerint, scilicet vt aliquis angelorum corpus aereum formauerit, in quo columbæ specie super Christum descendit: nõ tamen

Mutatũ eẽ  
quid sit.

Nẽ quid sit  
Deus loqẽ  
oẽs dictio-  
nes, & oia  
nes simul  
profert.

tamen subsistere potest quantum ad ea, quæ de persona patris dicuntur, scilicet quòd aliquis angelus iussu Dei aereum corpus formans: in eo voces has protulerit, scilicet hic est filius dilectus, &c. Nam ex hoc sequitur angelum bonum mentiri, & fallere audientes, quòd concedendum nullatenus est. Nã ista vox prolata erat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Christus autem, qui his demonstrabatur verbis, non erat alicuius angeli filius, sed Dei patris. Si ergo angelorum quisquam hæc verba protulisset, mentiretur, se patrem Christi appellans. Inducitur ergo non fuisse aliquem angelum hæc verba locutum, sed Deum patrem. Huic respondendum est angelum fuisse, qui verba hæc protulerit, non tamen nomine suo sed dei protulit, scilicet personẽ patris tanquam ab eo ad hæc dicenda destinatum, nõ igitur mentitus est. Similes loquendi modi in Sacra Scriptura reperiuntur, sicut euident est de angelo illo, qui locutus est Moyse in rubro: hic namque Deum se Israel nuncupauit, dicens liberaturum populum suum de Aegypto de manu Pharaonis, vt habetur Exodi 3. capit. hunc tamen Beatus Stephanus Angelum fuisse prodidit, vt patet actuus septimo capitu. & in prælibatis magis declarauimus, iste tamen Angelus nihil mentitus est. Item Angelus, qui legem tribuit populo Hebræorum in vertice Sinai, dixit: Ego sum do minus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: non habebis deos alios cum coram me. Iste tamẽ, qui se Deũ Israel appellauit, Angelus erat, sicut probat Apostolus ad Galathas 3. capi. & in prioribus explanatum est. Non ergo sefellit Angelus iste se Deum nominans, & Patrem Christi, cum patris personam gerneret. Sic ergo ex præcedentibus colligitur, omnia hæc angelorum ministerio patrata fuisse: nihilquẽ in his personis diuinis operatas: impossibile nanque erat hoc verẽ de personis diuinis intelligi.

*Rationes afferentes Deum non loqui. Cap. LV II.*

**A**LIIIS adhuc rationibus prædicta roborantur, quarum prima est: Deus nihil cum motu, aut successione efficere potest, & loqui nequit, vt in prælibatis comprobatum est, sed cum aliqua similia facta dicuntur, operatione Angelica celebrata esse necessariũ est, cum autem Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sit verus Deus, necessarium est nullam harum personarũ hoc fecisse. Item litera Beati Lucae præposita, vt ponitur totaliter intelligi nequit: dato nanque diuinis personas aliquid efficere potuisse, aut effecisse, non poterat, vt beatus Lucas describit effectum fore: Operata nanque sanctissimã Trinitatis ad extra indiuisa sunt, quia quod vna persona facit, identidem & altera operatur, omnes nanque tres creare dicuntur, atque mortuos suscitare, & omnia mirabilia opera efficere: vna tamen creatio a tribus istis personis est, & vnica resuscitatio, aut miraculosa operatio. Huius fundamentum est, quia omnes tres personæ sunt vnus Deus verus, & vnica essentia substantia, aut natura Diuina non quidem specifica, vt homo: sed indiuidua vt Sorres. Actus autem notionales, qui intra diuinis personas sunt, vt gignere, & gigni, spirare, & spirari, procedere, atque similes, non tribus personis conueniunt: nam vna persona gignit, & non gignitur, alia spirat, & non spiratur, & sic de ceteris notionibus. Iste actus, qui est loqui, aut mouere, aut effigiem aliquam assumere, est actus de exterioribus Trinitati, cum notionalis non sit. Sequitur ergo eum omnibus tribus conuenire simul personis tanquam vni indiuiduo naturali agenti, cum vniciũ indiuiduum substantiæ, vel essentiæ sit. Pater ergo, & Filius, & Alph. T. off. Parad.

Actus no-  
tionale in  
personis di-  
uinis non  
simul tri-  
bus perso-  
nis conue-  
niunt.

**A** Spiritus Sanctus super Christum in columbã specie descendere debebant, Pater quoque, Filius, & Spiritus sanctus vocem illam formaturi erant, scilicet, Hic est filius meus dilectus &c. Sed hoc identidem non conueniebat. Sequitur ergo beatum Lucam prædicta sub metaphora posuisse, scilicet non hæc per diuinis personas, sed angelis operantibus facta extitisse, qui ministri diuinæ voluntatis sunt. Item omnes tres personæ sunt vna natura, & substantia indiuidualis: oportebat igitur, vt actio vnus esset actio alterius, & non responderet cuiuslibet personæ sua actio, sed beatus Lucas cuiuslibet personæ hic suam tribuit actionem. Sequitur ergo eum non intellexisse de diuinis personis, sed de angelis ministrantibus.

*Dubitatio contra prædicta. Cap. LV III.*

**F**ORSITAN quispiam ea, quæ negauimus nõ negans, non ducet inconueniens quẽlibet diuinarum personarum effigiem corpoream assumpsisse, vt quòd Spiritus sancti persona speciem colubæ assumpserit, persona quoque patris aliam corpoream effigiem assumpserit, in qua voces formaret, & non esse necessariũ omnes tres personas eandem simul figuram assumere, quam vna assumpsisset. Nam verbum siue secũda Trinitatis persona assumpsit corpus & animam Christi vniens sibi hypostaticè, nec vnitas sunt istæ duæ partes alicui personæ Trinitatis duarum reliquarum. Nam filius duntaxat carnem assumpsit, & nõ Pater nec Spiritus sanctus. Sic ergo Spiritus sanctus speciem colubæ assumere potuisset, & non Pater nec Filius, & quòd pater corpoream figuram locuturus assumeret, & non Filius nec Spiritus sanctus. Huic autem respondendum est, quòd non est simile verbum siue secundam Trinitatis personam assumpsisse partes humanæ naturæ, & quòd Spiritus sanctus speciem columbæ assumpserit, atque pater aeream formauerit speciem in qua loqueretur: nam secunda Trinitatis persona humanam naturam assumpsit sibi vniendo faciensque eam eandem in persona, hypostasi, aut supposito cum verbo diuino siue secunda Trinitatis persona. Quod autem Spiritus sanctus speciem columbæ assumpserit, aut pater corpoream ex aere effigiem, in qua loqueretur, non erat aliquam facere assumptionem, ita quòd prædicta corporea sibi vnienda ad suppositi, aut hypostasis vnitatem: sed erat, quòd Spiritus sanctus illam ex aere effigiem columbæ factã moueret, & patris persona aeream effigiem assumeret locuturus solum per eam. Ad quolibet autem harum simul tres personæ exigebantur: quia moueri aut loqui actus est, ideo indiuiduo substantiali correspondet. Et quia omnes tres personæ sunt vna natura, aut substantia, vel essentia diuina indiuidua, nequit vna diuinarum personarum loqui, quin aliæ quoque loquantur, nec quidquam efficere, quin id quoque cõterer agant, si id verè actus est, quod est ad notionalia excludenda, & similia, quæ actus non sunt, dicitur. Oes ergo tres personæ diuinæ speciem colubæ assumptione erant, & super Christum descendunt: oes quoque tres personæ diuinæ speciem corpoream assumptione erant, vt in ea loqueretur, & non aliqua earũ. De assumptione autem naturæ humanæ sic dici non potest: nã humanã Christi naturã a verbo assumi non est aliqua actio, aut passio, sed est relatio. Nec. n. est relatio aliquid formale, aut nouiter adueniẽs personæ diuinæ dicẽs, sed dicit terminum respectus, ideo satis vni personæ cõgrue poterat cum alteri nõ conueniret. Nam itidẽ pater incarnari potuisset non incarnato filio, & Spiritus Sanctus sibi humanam naturam potuisset vnire, nec Patre, nec Filio vniens.

E 3 Alia

vna diuina  
naturã pro-  
narũ abiq;  
aliis loqua  
non pot.

Alia dabitatio partes ea, qua dicta sunt.  
Cap. LXI.

**A**DHVC circa prædicta aliquis magis instabit, dicens, omnes tres personas potuisse figuram columbæ assumere, atque super Christum descendere, omnes quoque possent corpoream ex aere figuram assumere, & in eadem loqui, aut quæcunque illarum hoc efficeret. Sic enim verbum Diuinum efficit, quod est secunda trinitatis persona assumens humanam Christi naturam, aut hominem Christum. Nam ut ait Aristoteles sepius actiones sunt suppositorum, quod est persona, vel hypostasis. Cum autem persona Christi non erat persona humana, sed Diuina: nam verbum erat persona, & vnuit sibi humanam naturam, omnes Christi actiones attribui debent secundæ trinitatis personæ: Christus tamen loquebatur, & mouebatur, comedebat, atque coetera faciebat, qui motus, aut non sine motu erat. Sequitur ergo dici debere hos actus fieri per verbum Diuinum, siue secundam trinitatis personam: poterant ergo omnes tres personæ, aut earum aliqua speciem columbæ assumere, atque descendere super Christi caput in Iordanem, aut quod omnes siue earum vna speciem aeream fumerent, atque in ea hæc loquerentur, scilicet: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, quæ fuerunt super Christi caput in Iordane prolata. His respondendum est, prædicta existere non posse: non est enim simile his, quæ applicantur: nam si omnes tres personæ Diuine, aut aliqua earum columbæ speciem assumpsissent, & descendissent cum ea super Christi verticem, aut figuram corpoream assumpsissent, ut per eam loquerentur, atque actualiter locutæ fuissent, sequeretur diuinas personas per motum agere, atque successionem. Hæc autem due partes sic probantur: nam his positis in Deo motum sequi apparet, quia figura illa columbæ non habet aliquam substantialem formam, quæ sit radicale principium motus sui, & omnium actionum suarum, sicut supra probatum est. Sequi ergo, quod ab aliquo angelo bono, aut malo moueretur, aut à Deo, & quia motus iste in successione fit, sequetur si Deus moueret illam figuram, quod actio Dei in successione foret. Idem sequitur si diuinæ personæ corpoream figuram ad loquendum assumpsissent, & actualiter locutæ fuissent. Nam quæcunque verbalis prolatio cum successione fit, sicut in prioribus declaratum est, quod autem quodocunque actum diuinum inconueniens sit fieri cum successione, supra declaratum est, quoniam totum esse Dei simul est: quia non est in compositione ex actu, & potentia. Ita quoque omnis operatio sua necessario sine successione erit. Inducitur ergo, omnes tres personas, aut earum quamlibet speciem columbæ assumere nequiuisset. Identidem quoque, nec aeream figuram ad loquendum assumpsisse. Quod autem verbum diuinum, siue secunda trinitatis persona assumpsit naturam humanam Christi, non erat simile: quia Christus erat verus homo ex anima, & corpore constans, & sicut quilibet hominum loqui, aut ambulare, agere aut pati poterat quodcunque, non agente, aut patiente Deo, aut aliquam in se recipiente mutationem, aut in actione sua successionem: ita poterat homo Christus loqui, ambulare, aut reliqua agere, vel pati nulla mutatione suscepta in verbo diuino, siue secunda trinitatis persona, nec vlla in actibus suis facta successione. Nam licet supposita, vel hypostases sunt, quæ ab actionibus, aut passionibus denominantur dicendo, quod ipsi faciant, aut patiantur: non tamen dumtaxat supposita, aut hypostases agunt, aut patiuntur: sed indi-

Christus erat verus hō, & sic illi humanæ actiones attribuitur.

**F**uidua quoque substantia in se perfectam speciei naturam continentia. Indiuidua namque naturalia, quæ sunt partes specierum, nunquam habent actionem, aut passionem, sicut sunt corpus, & anima. Nam corpus nihil operatur, anima quoque identidem facit, solus autem homo est, qui operatur: nam homo est indiuiduum naturale, in se completè continens esse speciei. Sic autem erat de homine Christo: nam licet ipse homo suppositum, aut persona, vel hypostasis non esset, continebat tamen in se totum esse specificum humanum. Poterat igitur homo Christus loqui, & loquebatur; poterat moueri, & mouebatur; poterat alia facere, & faciebat, igitur cum verbo Diuino Christus homo vnitus assumptione foret, poterat ista facere, & faciebat, nec quidquam horum diuinum verbum efficiebat secundum se. Sic igitur nulla in verbo diuino actio sequebatur in motu, vel passio, vel qualiscunque successio, quæ non fuisset in verbo, si hominem. Christum non assumeret verbum diuinum. Quia tamen verbum est persona, suppositum, vel hypostasis, & non homo, Christus poterit omnibus his actibus, passionibus, aut mutationibus denominari, licet non faciat patiaturque hæc, aut recipiat, est tamen persona agentis patientis, atque recipientis. Dicemus igitur, quod verbum, siue secunda trinitatis persona cibum sumebat, ambulabat, atque bibebat, loquebaturque, licet omnia ista verè proprieque diuinæ personæ non conueniant, talis tamen prædicationis modus apud doctores theologicos communicatio idiomatum nuncupatur.

Secunda diuinitatis persona solum Christi corpus si assumpsisset, nequiuisset corpus illud moueri, nisi auxilio angeli. Cap. LX.

**E**X prælibatis igitur necessariò inducitur, quod si verbum, aut secunda diuinitatis persona solum corpus Iesu assumpsisset, nequiuisset illud corpus moueri, cibum sumere, aut potum, & nequaquam Christus loqui potuisset, aut alia facere, nisi aliquis angelus corpus id mouisset, qui prædicta in eo operaretur. Hoc autem probatur: quia corpus illud si exanimatum foret, non haberet aliquam formam substantialem, cui cõueniret esse principium radicale omnium harum actionum: nam data forma substantiali in corpore assumpto à verbo, necessariò illa anima rationalis foret, quæ contra hypothese[m] est. Quod verbum diuinum aiam cum corpore assumpsisset: necessariò igitur erat, ut verbum, aut aliquis angelorum corpus illud moueret. Verbum diuinum illud corpus mouere non poterat: nam ex hoc verbum diuinum diceretur agere, aut pati, & in successione operari, quod de verbo diuino dici impossibile est, ut in prælibatis conclusum est. Fuerat igitur corpus illud inutile motu carens, locutione vacans, alijs quoque actionibus imperfectum, nisi aliquis angelus prædicta efficeret. Item fuisset corpus istud vita carens, quoniam nulla erat ei forma substantialis vitam præstans, anima quippe rationalis illud viuens constituerebat, nec dici poterat, quod verbum diuinum huic corpori vnitum ei vitam præstaret, non enim verbum vitam vllam sic præstat, sicut ex prælibatis constat. Item in sepulchro corpus Dominicum erat exanimatum, verbum tamen corpori illi vnitum erat, nullam tamen eidem vitam præstabat, nec igitur aliam vitam illi præstare vllatenus poterat. Inde ergo erat valde, aut ferè necessarium, quod cum verbum carnem assumpturum erat, non corpus exanguè, exanimatumque susciperet, sed corpus animæ rationali vegetatum.

Part.

Partis tertia metaphora secunda. Qui audiebat.  
Cap. LXI.

**H**VIVS secundi figurati Paradoxi ordine continuato tertia particula sequitur, scilicet, qui audiebat, id est, quod leo iste, de quo in superioribus audiebat. Iuxta quod aduertendum est, quod aliquid audiri dupliciter accidit, scilicet, proprie, aut attributaliter: proprie autem auditur, quod per se auditur. Hoc autem dupliciter dicitur: quia aut per se primò, aut per se non primò. Per se primò audibile est obiectum potentie auditivæ, scilicet, sonus. Nam hic est, qui per se auditur, & non est sonus, qui audibilis non fit, & non est quidquam, quod præter sonum audiat, sic ait Aristo in secundo de Anima in capitulo de voce. Alia sunt per se audibilia, non tamen per se primò, ut sunt sensibilia communia, scilicet, magnitudo, figura, numerus, motus, & quies: hæc namque ab omnibus sensitiuis potentijs apprehenduntur, ut in superioribus diseruimus: alia autem sunt, quæ audiuntur, sed non proprie audiuntur. Hæc autem sunt, quæ in se habent id, per quod audiri possunt, & quod per se proprie auditur, sicut campana sonitum reddit, quæ auditur per se: homo quoque auditur; quia vocem, aut sonum emittit. Iste leo, qui Christus erat audiebat, sed non primo modo, quia ipse vox, aut sonitus nullus erat: sed audiebat secundo modo: quia in ipso aliquid erat, quod proprie audiebat. Hoc autem dupliciter, ut supra dicebatur euenit, quia duo sunt obiecta auditus, scilicet, quoddam obiectum particulare potentie auditivæ quod est vox: aliud autem est obiectum vniuersale, quod est sonus. Quodlibet autem horum in Christo erat, & per hoc audiri poterat; quia ipse corporeus erat: in quolibet autem corpore ab alio percusso corpore sonus causatur: sic enim in suo corpore causabitur. Item Christus vocem habebat, secundum quam audiri poterat: quia vox in omnibus animalibus perfectis est, sic ait Aristoteles in secundo de Anima in capitulo de voce: Sola animalia vocant.

De voce leonis. i. Christi frequentissime audita.  
Cap. LXII.

**H**VIVS autem metaphoricus leonis vox frequentissime audita est primo in sua natiuitate. Nam à planctu viuere inchoauit, idemque vitæ, atque planctus tempus initiale fuit. Tempus namque, quo Dominus Iesus natus est, hyems magna importunitate rigebat: Domina autem virgo pannis Dominicis corporis operosioris præ paupertate carebat: locus etiam, in quo saluator ortus est, omni profusus carebat solatio, carebat & importunitatum defensionibus: nam cum præ paupertate ad manendum in Bethlehem hospitium tunc temporis non haberent, declinauerunt ad quoddam in via positum diuersorium, ut scribit beatus Lucas secundo capitulo. Hæc autem frigoris nimietas præ temporis importunitate cogebat ad planctum adhuc infantulum nostrum Redemptorem, adiuuante præterea ad hoc carnis illius benedictæ teneritudine. De hoc autem Redemptoris nostri ploratu cantat Ecclesia in quodam quadagesimali hymno, scilicet: Vagit infans inter arcem positus præsepia. Audita quoque fuit vox eius in circuncisione: nam cum infans dierum octo circumcideretur Saluator noster, ut patet Luc. 2. cap. carne illa benedicta maxime teneritudinis existente, tum corporis paruitate, atque ætatis: tum quia complexionis teneræ erat, tum ex cruciatu, qui in diuidenda sequebatur carne, dolor amarissimus sequebatur, qui eum ad planctum impellebat.

Alph. Tost. Parad.

**A** De hoc autem doctor Seraphicus, qui dicitur Bonaventura in libro suo, qui est Vita Christi. Fuit quoque vox eius exaudita cum inter legis sapientes, atque doctores in templo de legis quaestionibus disputaret, ut scribit beatus Lucas cap. 2. Fuit quoque audita vox eius redarguendo, exhortando, prædicando, arguendo, ut ex processu quatuor Euangeliorum demonstratur. Audita quoque fuit vox eius coram Pilato, cum teneretur licet modicum teneretur. Identidem autem coram Caipha, & Anna, de quibus Matthæi 26. & 27. ca. & Ioannis 18. & 19. Audiebat quoque vox eius in passione cum aliqua diceret, ut potè cum dixit sitio, & cum pro suis tortoribus exorabat, & cum patri animam commendauit. Fortior tamen, atque terribilior vox eius in exitu spiritus fuit, cum dixit, Eli Eli Lamazabachani: hoc est Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti? Hæc autem vox terrifico boatu longius audita est: nam eam audierunt Iudæi, dicentes, Eliam vocati iste, confestimque benedictus ille saluator expirauit. Et quia nullus virorum fortiter clamans spirat, cum tunc omnes vires vocis formativæ deficiunt, potissimum in his, qui vulneribus illatis exangues cõciderunt, sicut erat in benedicto corpore Iesu: magnū ergo inauditumque miraculum erat, cum sic vita defecisset. Ideo centurio, qui assistit morti Saluatoris, videns, quod vociferans defecisset, tanto pauefactus miraculo exclamauit, & dixit eum filium Dei fuisse: sic scribit beatus Matthæus vigesimo septimo capitulo, scilicet: Videns autem centurio, quod defecisset clamans, dixit: Verè filius Dei erat iste. Fuit quoque eius vox post beatissimam Resurrectionem audita omnibus. Namque quibus eum apparuisse scriptura commemorat, legimus eum fuisse locutum præterquam Petro, quod ex omnium Euangelistarum testimonijs confirmatur in vltimis ipsorum capitulis. Audita quoque fuit vox eius cum ad cœlum ascendens formam baptizandi tribuit, & omni creaturæ Euangelium prædicari iussit, & credentes Euangelio baptizari, exposuitque baptizatorum prinilegia, de quibus Matthæi vigesimo octauo, & Marci decimo sexto. Hic autem metaphoricus leo non solum auditus est, sed adhuc vox eius auditu desiderabilis expectabilisque valde erat omnibus nationibus: sic enim scribit beatus Matthæus decimo tertio capitulo: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis; & aures, quæ audiunt, quæ vos audiuntis: Amen dico vobis, quod multi reges, & prophete desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: desiderauerunt audire, quæ vos auditis, & non audierunt. Ex prælibatis satis diffusis complectitur inductionibus, qualiter leo iste metaphoricus audiebat.

Partis quarta secunda metaphora. Qui non audiebat.

Cap. LXIII.

**I**N hoc autem secundo figurato Paradoxo particula quarta est: Qui non audiebat: quæ dupliciter intelligi potest: ut enim Deus erat audiri non poterat, quia aliquid audiri dupliciter euenit. Primò autem aliquid audiri contingit, cum per se primò auditur, aut per se non primò: hoc autem solum est obiectum proprium potentie auditivæ, aut communia sensibilia, de quibus in superioribus prælibauimus: hoc autem modo Deus audiri non potest, quia non est vox: aut sonus magnitudo, numerus, quies, figura, motus. Secundus modus audiendi est, cum aliqua res per se audibilis non est, tamen in ea aliquid est secundum quod audiatur, sicut corpora, & animalia audiuntur.

E 3 Hoc



Hoc quoque modo deus audiri non potest: quia non habet aliquod corpus, in quo ex illusione alterius ionitus efficiatur. Identidem quoque vocem non habet, quia non est animal: animalia nanque perfecta sunt, quæ vocem habent, sicut Arist. 2. de Anima, ca. de voce. sola animalia vocantur, licet quædam instrumenta vocare videantur sicut lyra. Item ad hoc ut vox formetur, multa organa exiguntur, de quibus Arist. 2. de anima. c. de voce. hæc autem nisi in corporea substantia esse non possunt: Deus autem corpus non est, igitur voces secundum quas audiat, formare nequit.

*Expositio quartæ partis huius secundæ metaphorsæ.*

Cap. LXIII.

**A**mplius autem, & quidam alius modus hoc intelligendi conueniens est, scilicet, ut metaphorice iste leo in quantum Deus erat non audiretur, scilicet ut hoc non intransitive, sed per transitionem, aut quasi transitionem intelligatur, scilicet non quod ipse non audiretur, sed quod de ipso non audiretur, quod esset Deus. Nam gentes de Christo, quod Deus foret non audierant, prophetæ enim de Messia, quod futurus esset Deus, sub magnis enigmatibus præsentia protulere. Concessio autem quod aliqui in sacris scripturis eruditissimi prophetica traditione Messiam futurum Deum intelligerent, Christum tamen Iesum Messiam fore prorsus nesciebant: ideo de eo inauditus erat Deus fore, nisi cum Christus de se aliquoties protulerit testimonium se Deum esse atque filium Dei in plerisque euangeliorum locis. Ad hoc autem non attendebant omnes gentes verbis eius intendentes, & licet aliqui eius verbis crederent, eum Deum esse nesciebant, sed eum magnum prophetam vocitabant, ut plerisque euangeliorum locis comprobatur. Cum enim Christus aliqua magna mirabilia effecisset, eum in Israel magnum Prophetam surrexisse asseriebant. Hoc autem ulterius patet ex plerisque opinionibus, quas de Christo discorda corda cõfecerant cum verbis eius intenderent, atque facta diligenter aduerteret quas Beatus Mattheus describit. ca. 16. vbi Christus a suis discipulis inquirebat, quem eum homines existimarent, scilicet quem dicunt homines esse filium hominis? Respondit Petrus, alij Eliam, alij Ieremiam, alij Ioannem Baptistam, alij vnum ex prophetis. Respondit Christus: vos autem quem me esse dicitis? respondit Petrus: Tu es Christus filius Dei viui. Gentes ergo Christi vocem audientes, & quæ non audierant, non eadem de Christo, sed varia sentiebant: aliqui verò Iudeorum audierant Christum de se testimonium perhibere, quod esset filius Dei, qui non crediderunt sed potius ex hoc eum exolum habuere: nam ut habetur Ioannis 5. cap. Iudei Christum arguebant, quod curaret in sabbatho, et dicitur, quod derant autem eum, quia non solum sabbathum solvebat, sed etiam filium Dei se faciebat: non igitur crediderunt Iudei Christum esse Deum, & sic non audierunt, id est audientes non crediderunt.

*De eadem quarta parte secundæ metaphorsæ agitur.*

Cap. LXV.

**E**rat enim hic metaphoricus leo verus homo, & secundum hoc quoque intelligi potest quod non auditus sit: nam ipse non clamabat in contentiosis clamoribus, aut iniustis litigiis sicut multi hominum facere alicui sunt: quia in verbis suis temperatissimus erat, præcipue cum ipse traditiones confir-

masset pro otiosis verbis puniendos loquentes fore iuxta illud Matthæi 12. ca. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines super terram, reddent rationem in die iudicii. Iste ergo Saluator noster non contendebat, aut verba sua pro nihilo proferenda dicebat, aut in litigiis hominum aliorum. Sic enim Ista. testatur. c. quinquagesimo secundo. Ecce puer meus, & non clamabit, nec audietur vox eius in plateis: calamum quassatum non conteret, & titionem fumigantem non extinguet, licet ergo leo iste in prædicationibus exhortationibus horrido intonaret boatu, in litigiis tamen, atque contentionibus nequaquam auditus est. Item leo iste in doloribus passionis suæ cum acerbissima esset conquerens nequaquam auditus est, tantum enim ei cruciatus inflata sunt, ut quilibet virorum de eis nimium quæreretur, Christus tamen nihil clamavit. Quod admirans Isaias ait. capi. 53. tanquam agnus ad occisionem ductus est, & tanquam ovis coram tondente se obmutuit, & non apperuit os suum. Fuit autem in signe miraculum eum in tantis cruciatibus nequaquam fuisse conquestum, potissimum, cum hæc iniusta lance penderent. Solent enim homines acrius ingemiscere, cum iniustus tolerant cruciatus, quam si iustis torsionibus plecterentur. Sic enim ait verificator.

*Pœnas qui patitur, quas non tolerare meretur, Tristior efficitur, quam si merito pateretur.*

Licet eruditissimi aliter arbitrantur, melius quippe est hominem innocentem puniri, quam male meritum verberari. Sic enim inquit magnus ille Socrates lumen & origo moralis prophetiæ iuxta traditionem August. 4. de Ciuitate Dei, quem cum ab Atheniensibus iudicibus morti adiudicatum vxor eius desereret, inquit: domine mi innocens moreris. Cui ille, tace, inquit, melius enim mihi est innocentem, quam nocentem mori. Omnia autem superiora solidissimis constant sententiis, breuiter tamen has præpositas particulas possumus explanare, si quod leo, qui Christus erat audiebatur: quia veram carnem humanam assumeret, non audiebatur autem: quia verè Deus erat: deitas autem secundum se videri nequit. Ex prælibatis satis longis deducitur argumentis qualiter leo iste Christus videatur, & qualiter visus non fuerit.

*Pars quinta secundæ metaphorsæ, scilicet leo, qui tangebatur.*

Cap. LXVI.

**O**rdinem huius secundi figurati Paradoxi insequentibus particula quinta occurrit, scilicet. Qui tangebatur. Quæ sicut de ceteris prælibauimus, de isto metaphoricoleone exponenda est, scilicet, quod iste leo tangeretur. Iuxta quod sicut in superioribus discernimus, aliquid tangi dupliciter accipi potest. Primo modo tangitur res, quæ per se tangitur, siue per se primo tangatur, siue non per se primo. Per se primo tangibile est, quod est proprium obiectum & particulare potentie tactus, scilicet frigiditas, caliditas, humiditas, siccitas, durities, mollicies, & similes tangibiles qualitates, de quibus Arist. in secundo de Anima, & in libris de Sensu, & sensato: nam horum quolibet potentie tactus sensibilis est, nec quidquam præter hæc a potentia tactus sentire potest. Aliqua autem sunt sensibilia per se, sed non per se primo, hæc autem sunt communia sensibilia, de quibus in superioribus huius figurati Paradoxi particulis prælibauimus.

Secundo

Secundo modo aliquid tangibile est, quod per se tangi non potest: continet tamen in se aliquid, quod secundum se tangibile est: hæc autem sunt omnia corpora naturalia habentia in se aliqua de istis sensibilibus qualitatibus quodlibet: namque elementum, aut ex elementis compositum corpus aliquas istarum continet qualitates: sic enim de quolibet homine dicere possumus, quod ipse tangatur: quia licet frigiditas, caliditas, humiditas, aut siccitas ipse non sit, continet tamen istarum aliquas qualitates. Hi autem duo tangendi distantes modi potentie tactus conueniunt, quæ positio aliis sensitiua est: nullus enim tactus est, nisi ei sensus insit: nullumque tangibile est, nisi aliqua harum sit qualitas, vel in se harum aliquam continere dignoscatur. Est autem præter prædictos alius tangendi modus, quo corpora naturalia harum qualitarum continentia, nec ipse tangibiles qualitates verè tangi dicuntur. Corpora namque cœlestia tangere se inuicem dicuntur, & à quibusdam elementalibus tangi, non tamen siccitas, aut humiditas, caliditas, aut frigiditas, mollicies, aut durities, nec quidquam horum in se continentia. Hæc namque omnes qualitates peregrinæ impressiones appellatur, quas à supracœlestibus corporibus eliminat Aristot. de quibus in secundo de Cœlo, & Mundo, sic ait: Corpora supracœlestia non suscipiunt peregrinæ impressiones. Sunt autem impressiones peregrinæ accidentia corruptiua. Sphæra namque ignis orbem lunarem contingit, & Mercurialem orbem orbis lunæ contingit. Sic autem de ceteris corporibus supracœlestibus: in omnibus enim contactus est. Sicut enim elementa per contactum se locant, ita corpora supracœlestia se inuicem locant, atque contingunt, nullam tamen prædictarum hæc corpora cœlestia continent qualitates. Hic autem contactus est, cum aliqua quantitas extensa vnius rei alteri quantitati extensa applicatur, est autem hic contactus in loco, & locato: nam locus proprius, & primò assumptus secundum quod Aristot. eum in Phisicorum libris inuestigat, cum sit vltima superficies corporis ambientis, tangit extremam superficiem corporis locati. De hoc autem quantitatiuo contactu loquitur Arist. in 3. & 5. Phisic. Fit autem hic contactus solum solam extensam quantitatem, sicut alij, de quibus diximus contactus secundum quosdam qualitates causabantur.

*Quomodo Christus leo tactus fuit. Cap. LXVII.*

**H**unc metaphoricum leonem Christum prædictis modis tactum fuisse liquet. Primo tamen modo nequaquam: nam ipse potentie tactus obiectum proprium non erat, scilicet, quia nec caliditas, nec frigiditas, siccitas, humiditasque, durities, atque mollicies erat, cum corporea substantia esset, nullum autem corpus hoc modo tangitur, atque sentitur: tangebatur tamen leo iste secundo prædictorum modorum, quia in se aliquas prædictarum qualitarum continebat. Idem & alio, qui dictus est, modo ad positionem tactus nequaquam pertinere, tangebatur, cum Christus extensam quantitatem haberet, & cum quolibet extensa quantitate contactum habere poterat, ita quod tangeret, aut tangeretur, licet vtrumque simul sit, quia in naturalibus actio sine reactione non est. Tangebatur autem leo iste Christus, quia multi ad eius manuum oscula procedebant, siue vestimentorum eius fimbrias contingebant aliqui. Namque mente deuota verborum Christi creduli, cum vt eius genibus aduoluti præcorum suarum habere mererentur audientium, interdum præmentibus turbis non patebat liber accessus, quidam quasi furtiuo contactu in eius sola fimbriarum applicatione omnium suarum egrit-

Alph. Tost. Parad.

tudinum remedia sperantes inter alios accedebant eius fimbrias osculantes. Sicut Lucæ nono capitulo, continetur de muliere illa, quæ fluxum sanguinis patiebatur à duodecim annis, & omnia sua in medicos impenderat, fide plenaria de salute recuperata sola accessione ad fimbrias Saluatoris, ait, si tetigero fimbrias vestimenti eius, salua ero. Confestim autem inter turbas comprimentes mulier illa fidei feruore succensa transitum faciens ad Christum accessit vestimentorum eius fimbrias tangens, illico autem ei omnimoda sanitas reddita est. Christus autem tunc quæ fuit: quis me tetigit? cui Petrus: Domine Turba te comprimunt, & tu dicis, quis me tetigit: ad quæ rursus Christus, aliquis me tetigit: nam & ego sensi virtutem exiisse à me. Senferat quippe virtute eius magnum mulieris languorem fuisse curatum. Qualiter autem de fimbriis vestium Saluatoris, aut de corpore eius virtus languorum curatiua exierit, & qualiter Christus de se virtutem senserit exiisse alterius negocii à præfenti distans est. Tangebatur quoque leo iste Christus: nam ipse flagellis celsus, spinis capite plexus, lancea confusus, clauis perforatus, multis quoque, in idem æcerbitatum generibus extitit cruciatus, hæc autem sine contactu non fiunt: quia actio & passio fiunt per contactum, vt ait Aristote. in 2. de Generatione, & Corruptione. Item tangebatur iste leo cum à Iudæis captus est, & ligatus Annæ, Caiaphæ, Herodi, & Pilato præsentatus: hæc autem in contactu fungantur. Apparet igitur ex prædictis qualiter leo iste tangeretur.

*Sexta pars secundæ metaphorsæ. f. Leo, qui non tangebatur.*

Cap. LXVIII.

**I**n prædicta secunda metaphora particula sexta sequitur, scilicet: Qui non tangebatur. Et quia leo iste Christus Iesus vtramque humanam, scilicet, & diuinam in se naturam continebat, secundum vtramque hoc exponi potest. Si autem hanc particulam ad Christum hominem tempore, quo inter gentes conuersatus est, referamus, intelligi firma veritate non poterit. In toto namque tempore suæ cõuersationis cum hominibus tangebatur, vt in superioribus discernimus. Fuit quoque tactus post mortem suam, cum miles pilati latus eius lancea perforauit, vt patet Matthæi vigesimo septimo capitulo: hoc autem sine contactu non sit: tangebatur quoque cum corpus illud benedictum de Cruce depositum est. Identidem quoque in tradendo illud sepulture tangebatur. Adhuc autem & ulterius eum deuota scemina tangere apparabant, cum eum aromatibus condire molirentur, sicut patet Matthæi vigesimo octavo, & Marci 26. cap. in quo noti sui compores factæ non sunt: quia prius quam ipse ad monumentum venissent, Christus à mortuis resurrexerat, vt ex eisdem prædictorum Euangelistarum locis patet. Fuit autem Christus tangibilis, & actualiter tangebatur post suam beatissimam resurrectionem, quod ex apparitione eius facta Mariæ Magdalene liquet: quia cum Christum à mortuis resurgentem pedibus aduoluta osculari pararet, respondit Christus: Maria noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Si autem Christus nullatenus tangibilis foret, non interdixisset se tangere Magdalene: superflue namque de impossibilibus præceptiua sanctio, aut interdictum apponitur, cum immutabile sit. Realiter autem Saluator noster post resurrectionem suam tangebatur, cum duabus Mariis in via se demonstras ab eisdem eius genibus prouolutis passus est suos pedes beatissimos osculari. De his Ioannis capit. 20.

E 4 Ident.

Christus ad huc post resurrectionem tangebatur.

Identidem factum legitur cum Christus Thomæ du-  
bitanti visus est, dicens: Mitte manum tuam in latus  
meum, & inser digitum tuum in loca clauorū, & noli  
esse incredulus, sed fidelis: quod confessum Thomas  
expertus credidit, dicens: Tu es Dominus meus, &  
Deus meus. De hic Ioannis 20. cap. Hic autem om-  
nia in contactu sunt. Non ergo possunt hæc de ipso  
intelligi, scilicet, quod contactum nō suscepit dum  
in carne inter homines cōuersatus est, siue ante suam  
acerbissimam mortem, siue post suam beatissimam  
Resurrectionem. Necessarium ergo est hæc de Chris-  
to homine intelligi prout in hostia est: tūc enim, aut  
sub tali conditione nullatenus sentiri valet, quod eui-  
denter infertur, Christus quippe in speciebus panis non  
secundum quantitatem extensionem, sed indiuisibili-  
ter existit, sicut diferentes primum horum figurato-  
rum Paradoxorum eliciunt. Indiuisibile aut nullā  
sensationem causare, aut terminare potest: color enim  
in indiuisibili existens videri nequit: ceteræ autem  
immutatiuæ qualitates sensibilibus aliæque actiuæ, &  
passiuæ actionem, passionem, immutationemque ha-  
bere nequeunt, nisi in subiecto diuisibili existentes.  
Sicut igitur homo Christus sub sacramentalibus spe-  
ciebus in hostia, & calice videri nullatenus potest, cum  
sub eis indiuisibiliter subsistat: ita tangi nequit.  
Potentia quippe tactiua magis extensionem coëxigit ma-  
gnitudinem, cum magis de natura materiæ potentia  
tactiua, quàm visiva sit: præcipue, quia hic cōtactum  
nuncupamus applicationem huius quantitatis extēsa  
ad aliam; talem autem contactū sine quantitate fieri  
prorsus impossibile censendum est. Ex quibus liqui-  
de inducitur, quod cum nos Christum sub speciebus  
panis, & vini sacramentaliter sumimus, licet hostiam  
in partes minutissimas atteramus eam dentibus con-  
trectantes, fractionem hanc in speciebus panis suscipi  
certum est, in Christo autem nullatenus. Sic quippe  
in fractione Christi dolor sequeretur, quod subsistere  
non potest, vt in prioribus prælibauimus, præcipue au-  
tem, quia corpus Christi nullam in hostia passionem  
suscipere poterat: quia ibi indiuisibiliter existit; or-  
gana autem nostra vniuersa, quæ siue actionis, siue pas-  
sionis sunt, quantitatiuam suscipiunt extensionem,  
nec in quidpiam agere possunt, nisi id quoque quan-  
titate affectum fuerit. De corpore Christi in calice  
identidem sentiendum est: quia ibi quoque indiuisi-  
biliter subsistere notum est: indiuisibilis autem à di-  
uisibili passio nulla est.

*Rationes afferentes Deum tangi non posse.*  
Cap. LXXIX.

**H**VNC autem de quo sermonem agimus leo-  
nem, Deum quoque sicut & hominem esse per-  
spicuum est, de ipso igitur secundum quod Deus est  
prædicta particula exponitur. Quod nō tangeretur.  
Deo quippe nullus triplicis cōtactus modus de supra  
assignatis conuenire valet. Primò quidem mō Deū  
non posse tangi liquet: quia nec frigiditas, nec calidi-  
tas, nec humiditas, nec siccitas, nec durities, nec mol-  
licies est. Itidemque nec quodlibet de communibus  
sensibilibus. Est enim Deus spiritalis substantia; hæc  
autem, quæ prædicta sunt corporum qualitates  
sunt. Deus quoque secundo cōtactus modo ad po-  
tentiam tactiuam pertinente tangi nequit. Quæ res tan-  
gatur. Non quidem se ipsa, sed quibusdam tangibili-  
bus quantitatis, quibus ipsa affecta est, hoc quippe  
dumtaxat corporibus qualitates sensibiles suscipien-  
tibus congruere liquet, Deus autem corpus non est:  
sed spiritalis, simplexque natura, sicut scribit Beatus  
Ioannes quarto capitulo. Identidem Deus secundo

modo tangi non potest, qui quantitati extēsa, & nō  
potentiæ tactiue conuenit: hic namque cōtactus dua-  
bus dumtaxat quantitatem habentibus rebus conue-  
nire dignoscitur, cum altera alteri applicatur, quanti-  
tas autem in solis corporibus suscipitur: Deus enim  
corpus non est: in eo igitur, nec quantitas, nec conta-  
ctus vllus est. Leo igitur iste, qui Deus erat, non tan-  
gebatur: quia cum Deus esset, Deo cōtactus non  
congruit. Adhuc autem hoc vltius manifestatur:  
in Christo quippe duæ erant naturæ, diuina. scilicet & humana;  
persona autem, hypostasis, siue suppositum in Christo  
non erat persona humana, sed diuina: quia verbū totū  
Christi personalitatem cōtinebat, vt in hoc metapho-  
rico Paradoxo diseruimus. Quia veræ actiones, aut  
passiones omnes teste Aristo. personam, hypostasim,  
aut suppositum nomināt, necesse est ipsum nominari  
non contactus, & quia deitati secundum se ipsam con-  
tactus nullatenus congruebat, dicemus leonem hūc,  
qui Deus sit, nullatenus tactum fuisse. Licet prælibare  
sententiæ solidæ inuitantur veritati, breuiter, & velut  
sub quodam epilogo prædicta disertes dicemus, leo-  
nem hunc, qui Deus, & homo fuit: quia homo erat  
in passione veritatem fuisse tactum, & percussorum  
nefarijs manibus atrectatum: licet igitur ipsi, qui-  
bus iniquitas sua mentita est, hunc leonem tetigisse,  
atque pœnitens extinxisse arbitarentur, nihil tamen  
eum tetigerunt: quia Deus erat, qui contactum nul-  
lum suscipit. Ex prædictis liquet qualiter Christus  
tactus, aut non tactus fuerit.

*Pars septima metaphora secunda. s. Leo, qui cognoscebatur.*  
Cap. LXX.

**O**RDINE consequenti huius secundi figurati  
Paradoxi particula septima est, qui cognosceba-  
tur. Secundum autem superiorem exponendi mo-  
dum, leoni huic, cui tanquam subiecto propositionis  
omnia prædicata applicantur, hæc particulam attribui  
necesse est. Quod leo iste cognosceret. Quamuis autem leo  
hic Deus verus esset, non est huius propositionis sensus,  
quod Deus cognitus non sit: omnium namque nationū  
communis, ideoque naturalis existimatio est, Deū esse:  
talis quippe eis nescientibus mentibus eorum cognita  
est cognitio veritatis. De hoc Tullius in primo qua-  
estionum Tusculanarum edisserit, cum de immortalitate  
intellectus agit. Idem ponit Lactantius de natu-  
ra Deorum lib. 1. cap. 2. ubi duorum in phylolophia  
errantium. scilicet Diagore, & Prothagore deliramenta de-  
scripsit, quorum alter Deos esse negauit, alius verò  
eos esse in dubium reuocauit. De his tamen deliran-  
tibus prorsus relinquendo, cum omnium nationum  
communi, atque per hoc naturali veritati contraniti  
dubium non sit. Nulla enim quantumcumque bar-  
barico modo depressa gēs, aut sub quolibet orbis car-  
dine, aut sub varijs climatum vestigijs constituta, ita vt  
ad extremos cœli circulos inclinata, sic est, quæ aliquā  
deitatis imaginationem non habeat. Nec quisquam  
de gentilibus nobis obijcere poterit, dicente Psal-  
mista: Notus in Iudæa Deus, & in Israël magnum no-  
men eius: in quo à ceteris nationibus deitatis notio-  
nem secludit. Gentilibus autem error in positione  
plurium Deorum fuit, ita vt eum, qui non erat Deum  
facerent, non tñ in non cognoscendo Deum errauere,  
omnes quippe, aut verum, aut falsos colebant Deos.  
Item Apostolus Paulus in Epistola ad Romanos capi-  
tulo primo, Deum naturaliter cognoscit, atque quod  
æternus sit ait, scilicet: Inuisibilia Dei per ea, quæ facta  
sunt à creatura mundi intellecta percipiuntur, &  
eius sempiterna deitas, ita vt inexcusabiles sint: scilicet,  
quod solo naturali iudicio per res creatas Deum,  
&

*Actiones  
& passio-  
nes suppo-  
situm no-  
minant.*

*Indiuisibi-  
le nullam  
sensatio-  
nem cau-  
sat, aut ter-  
minat.*

*Quis sumit  
Eucharis-  
tiæ sacra-  
mentū pa-  
nis frangit  
nō autem  
Xpi corp⁹  
Sacramen-  
tum.*

& aliquas eius conditiones cognoscere in pròptu est,  
nec quisquam se excusare valebit, quod ignorantia deita-  
tis quidpiam iniquè gesserit. Sic quidem Physici spe-  
culatores inuestigantes inuenere à rebus infimis ad  
causam altissimam conscendentes. Hunc inuestigandi  
modum aliquantulum tangit Aristot. in 7. & 8. Physi-  
corum: Deum esse naturaliter cognitum fore, atque  
cuilibet per se patere. Distans ab intentione nostra  
inuestigatio est, de qua diffusius super Exodum in 5.  
cap. diseruimus.

*Expositio septima partis secundæ metaphora.*  
Cap. LXXI.

**D**VAE igitur, de quibus dicebamus particula. f.  
Qui cognoscebat, & non cognoscebat: ad  
hunc sensum referri nequeunt, quod Deus cognitus  
naturaliter, aut incognitus sit: sed referri debent, an  
iste leo cognitus, vel incognitus foret. Est autem leo  
iste, de quo agimus homo Deus, & Messias, secundū  
quæ tria ventilandum est, an cognitus, incognitusue  
fuerit. Primò autem leo iste cognitus erat, quod ho-  
mo esset: quia omnes eum intuentes nulla ambigui-  
tate opposita hominem iudicabant, cum corpus verū  
eum habere cernerent, sicut ceteros, quos homines  
compellabāt, noscebat quocumque à muliere natus, &  
eadem, quæ ceteri homines faciebant operari. Aliqui  
tamen heretici postea in Ecclesia Christi exorti sunt,  
qui in Christo maculam posuere, quam Iudæi capita-  
les inimicitias in Christum fouentes nequaquam ar-  
bitrabantur ponendam. Quod Christus verus homo  
non erat, sed quod corpus ex aere phantasticum sum-  
pserit: quod totaliter condemnat Ecclesia. Ita quippe  
solida veritate catholica Christum hominem con-  
fiteri compellimur, sicut eum verum Deum vlla sine  
ambiguitate censemus. Sic scribit Athanasius in sym-  
bolo fidei nostræ. Liqueat igitur ex prædictis leonem  
hunc cognitum fore, quia eum omnes homines verū  
hominem existimarent. Erat quoque cognitus iste  
leo, quia Virgo Domina nostra eū certissimè cogno-  
scebat mystico spiramine, nullo virili semine interpo-  
sito genitum fore, ipsaque sciebat nullum aliquid eius  
generationem virilem accessum intercessisse, sicut in  
ceteris concipientibus mulieribus efficitur notum est.  
Cognoscebat quocumque leo iste identidem ab vero  
prodiisse nulla claustrorum virgineorum facta ruptio-  
ne, sicut in ceteris parientibus experimur: hoc autem  
vere mater cognoscebat, vt quippe, quæ experiens di-  
disceret.

*Christus  
cognitus  
a virgine.*

*De eadem septima parte secundæ metaphora.*  
Cap. LXXII.

**H**IC autem metaphoricus leo cognoscebat.  
Messias a matre. Quod saluator futurus erat: sic  
enim Angelus diseruit cum nomen Christi, quod in  
circumcisione imponendū erat reuelauit, & vocabis  
nomen eius Iesum, id est Saluatorem: ipse enim saluū  
faciet populum suum à peccatis eorum. Item sicut  
& matri vt Messias cognitus erat, ita & discipuli eius  
eum cognoscebat: eo quippe prædicante eum Sal-  
uatorem, siue Messiam esse crediderunt, ideo cum in  
cælum ascensurus esset post suam beatam resurrectionem,  
inquisierunt quando redempturus, aut restitutus  
esset regnum Israël dicentes: Domine si in tempore  
hoc restituitur regnum Israël, vt habetur Actuum  
primo cap. Demones quoque, qui arceptiorum corpo-  
ra obsidebant, eum vt Messiam, & verum Deum co-  
gnoscebat: & cum eos aliquando ab obsessis corpori-  
bus expelleret, clamabāt eum Messiam, & filium Dei

esse. Ideo cum eos expelleret, cogebat eos sub silētio  
exire, ne eum, aut Deum, aut Messiam clamarent. Sic  
ait beatus Marcus cap. primo, & secundo, ipse aut in-  
crepabat eos, nec sinebat loqui, quia sciebant eum.  
Item hunc leonem Deum esse Domina nostra virgo  
cognouerat, quia cū Angelus ei diuinam referret am-  
basiatam, ait: ideoque quod ex te nascetur, sanctum  
erit, & vocabitur filius Dei. Apostoli quoque leonem  
Deum crediderunt, & cognouerunt, ideoque in eum  
credebant. Et cum aliquem de Discipulis ad se Chri-  
stus vocaret, prædicans, ei se Deum, & Messiam ostē-  
debat, & sic in eum credebant, de quo Ioan. 2. cap. quō  
conuertit aquam in vinum, scilicet hoc est initium si-  
gnorum, quod fecit Iesus coram discipulis suis, & cre-  
diderunt in eum. Ex prælibatis liquet, qualiter Chri-  
stus leo iste cognitus fuerit.

*Pars octaua secundæ metaphora. s. Leo, qui non cognoscebat.*  
Cap. LXXIII.

**P**RAENOMINATAE huius secundæ meta-  
phora particula octaua est: Qui non cognosce-  
batur. Quod leo iste non cognoscebat: & quia leo  
iste homo, & Messias, atque Deus est, vt in præcedenti-  
bus diseretur: necessarium est secundum hac tertiam  
particulam hanc exponi. In primò autem quod est,  
hunc leonem hominem esse, cognitus fuit, nec po-  
test dici incognitus: omnes namque Christum intuen-  
tes eum hominem esse sciebant, in eo corpus verum,  
vt in ceteris insipientes. Hic tamen leo, qui homo  
erat, non cognoscebat à pluribus, mystico spiramine  
sine virili semine genitus, atque sine virgineorum  
claustrorum ruptione in lucem emissus: sed potius  
Virginem Dominam nostram ab aliquo adulterino  
viro grauidam existimabant: nam virum eius Ioseph  
præ senectute ad gignendum impotentem cense-  
bant, sicut in primo figurato Paradoxo exposuimus.  
Identidem autem Ioseph vir eius, cum à se incognitū  
sciret, ab aliquo adulterino viro grauidam iudicabat.  
Iudicansque huius affligebatur, sicut in præcedenti  
metaphora explicauimus. Homines autem sani cor-  
dis, qui nihil perperam in virgine factū existimabant,  
eam a viro suo Ioseph grauidam credebant. Non igitur  
erat cognitus iste leo, quod Spiritu sancto concep-  
tus, atque sine claustrorum virgineorum ruptione in  
lucem editus sit: sed potius communi aliorum ho-  
minum modo eum genitum natumque arbitran-  
tur. Iste quidem leo Christus, vt Messias cognitus  
non est. Iudæi namque Christum Saluatorem, aut  
Messiam non credebant: sed quia ipse aliquatenus se  
Messiam respondebat, semel eum inquisierunt dicen-  
tes: Quousque tollis animam nostram? Si tu es Chri-  
stus, dic nobis palam. Et licet interdum actiones ali-  
quas Christi inspicere eum Messiam prætendentes,  
totaliter tamen Messiam fore non credebant: & licet  
aliquando eum Messiam esse firmiter crediderint, su-  
perexistente æmulatione, omnibus quippe Christi acti-  
bus inuidebant, excecatum est insipiens cor eorum,  
& eum plenè Messiam non credebant, & licet aliquā-  
do crederent, rursus leui motu discredebant. Adhuc  
autem mortuo Saluatore, & à mortuis suscitato Iu-  
dæi eum Saluatorem nesciebant: sed de hoc potius  
sub ambiguo inquirebant, vt patet Actuum 5. ca. ubi  
cum semel Iudæis ad consiliū congregatis, & su-  
per vinculatione quorundam Apostolorum mota quæ-  
stione de Christo, an Messias esset, dubia quæstio orta  
est tunc Gamaliel vir boni animi, idemque discipulo-  
rum Christi amator, vt quippe, qui postea ad fidem  
Christi conuersus est, sub ambiguo exemplum posuit  
de duobus, qui se ipsidem temporibus Messiam appel-  
lauerant,  
&

*Quo Iu-  
dæi non  
cognosce-  
bant Chri-  
stum.*

lauerant. f. Theodas, & Indas Galilæus, quorum vterque cito perit, vt ibidem describitur. Concludens at Gamaliel hac sententia vsus est, vt doctrinæ Christi se quaces non exterminarentur confestim, sed relinquerentur suis traditionibus, q̄ si fortassis aliquid veritatis doctrina illius continebat permaneret in miraculorum operatione. Si verò non contineret veritatem, cito a fundamentis exterminandam fore, atque in se ipsa prorsus labefactandam: liquet igitur eos dubitasse Christum fore Messiam. Item leo iste à Iudæis, vt Deus cognitus non est: nam quamquam eum hominem scirent, Deum tamen esse non opinabantur: sed cum maioribus eum laudibus extollerent in miraculorum manifestis operationibus eum prophetam magnum predicabant. Apostoli quoque eum Deum non cognouerunt, licet interdum cognouissent, aliquando tamen non arbitrati sunt: sicut accidit toto tempore passionis, & Dominicæ sepulturæ vsq; post resurrectionem suam: nam his, quæ à Christo dicta erant penitus non assensu sunt. Sicut ex duobus Christi discipulis euntibus in castellum Emmaus liquet comprobatum est, quibus Christus apprensus ardentem eorum increpauit incredulitatem, sicut scribit beatus Lucas 24. cap. Tunc verò tota fides mansit in virgine, ipsa namque firmissimè assentiebatur Christum surrecturum, & ad cœlos ascensurum. Ex prælibatis liquet qualiter leo iste Christus cognitus non extiterit.

*Pars nona metaphora secunda, scilicet: Leo, qui tenebatur.* H  
Cap. LXXIIII.

**H**VLVS Paradoxii particula nona est, qui tenebatur, hæc autera sicut, & præcedentes ad leonem hunc Christum referenda patet. In quo aduertendum est, quod teneri est capi, aut ligatum esse. Iste autem leo Dominus noster captus est, quia eum coligauere Iudæi, & quia Christus Deus & homo erat, secundum quilibet particularum exponenda est, Christum leonem captum fuisse. Primò autem de Christo homine exponendum est: nam ipse homo Christus post penam illam recolendam quintæ feriæ per noctem domum egressus abiit in hortum trans Torrentem Cedron, in quem ipse frequenter ire consueuerat, vbi cum magno orasset spatio, Iudæi, & Gentiles ministri missi à principibus sacerdotum eum religatum tenuerunt. Erat autem religatum collum benedicti Iesu, sicut solent capite puniendi ad supplicia trahi, & sic ad Annam, & Caipham principes sacerdotum ductus est. Erat autem Caiphas summus pontifex anni illius, vbi diutentus est, nouissime autem illusus ad domum Pilati, & Herodis ductus est. In his autem propter Christum captus erat, quoniam Christus verus homo erat, & poterat detineri. Sed adhuc in hoc vterius speculandum est, quia teneri vt tangi est, detentio quidem sine contactu esse nequit: de Christo at in præcedentibus probauimus, q̄ tangeretur, & qualiter tangeretur. Identidè ergo accipiendum est, q̄ Christus teneretur. Item teneri signat quempiam in quouis loco inuitum esse, aut quod ad quempiam locorum trahatur inuitus: hoc tamen in Christo adhuc, secundum quod homo est totaliter affirmare nequimus. Nam licet benedictus ille Iesus per omnium istorum iudicum hospicia traheretur, inuitus tamen hoc non ferebat: sed penitus spontaneè omnia ista subibat dignatus est namque predicta pro saluando humano generi tolerare.

*Obiectio contra predicta, & quadam de duplici anima in Deo.* Cap. LXXV.

**F**ORSITAN autem quispiam in hoc nitetur ex his, quæ Christus dixit, & habentur Matthæi 26. cap. f. Tristis est anima mea vsque ad mortem: nullus tamen tristatur, nisi de eis, quæ eo nolente eueniunt: sequitur ergo hanc penam Christo inuito infligendam, atque per hoc eum non spontaneè detineri. His autem respondendum est, in prælibatis Christi verbis animam pro spiritu artus vegetante non accipi, sed pro vita. Hoc autem apparet: nam in Christo eadem, quæ in ceteris hominibus cernimus, erant. f. dupliciter anime pars sensitua, & rationalis. Sensitua aut in irascibile, & concupiscibile scinditur, irascibile autem est, quia in eos, qui nobis offensus sunt debachamur, aut in eos, qui voce, aut re iniuriam intulere, siue cum duntaxat contemptus factus, aut existimatus est: in hoc enim irascibile tendit, vt patet per Arist. in 7. Ethicorum. In hoc autem irascibile semper mouetur, quamquam interdum ratio iudicet in his vindictam non sumendam. In hac autem sola particula nullo alio accedente peccatum, aut rectè factum est, quia hæc particula iudicij, atque libertatis experta est. Alia quoque sensitua pars est, quæ concupiscibile dicitur, quia omnia, quæ gusti, & tactui delectabilia sunt, concupiscimus: hac autem frequenter concupiscimus, quæ rationi nostræ dissona sunt, & ea fieri interdicit. Est igitur in his sensitua particulis plerumque rationi dissona affectio, in quo tentationes causantur, & afflictiones nimie eorum, qui modesti secundum rationem viuere volunt, insurgent sensitua particula in arbitrium rationalis, & non sentiente rationali in his, quæ à sensitua experuntur, sicut in continentibus, atque temperatis hominibus est. In hac sensitua particula omnia desideria, & affectiones reperiuntur, quæ militant in rationem, & passiones a Philosophis nominantur. In hac autem parte letitiam, & tristitiam reperimus, in quam exteriora his, quæ intra sunt, aut congruunt, aut dissentiant. Hæc autem sensitua binæ particule in omnibus hominibus sunt. Et quia Christus verus homo erat, necessarium quoque erat in eo omnes hæc affectiones esse, & partem rationalem. Tamen in nobis valde, & in Christo diuersè erant: nam in parte sensitua passiones in nobis sunt rationis iudicium, aut per turbantes, aut saltem disturbantes, quæ interdum nos à rationali decreto penitus distrahunt: frequenter autem deprimunt: aut si horum nihil sequatur, valde affligunt. Hoc pacto viri sancti diuersis passionibus tribulabantur, in quo eos nimis mereri constat. Horum autem nullum in Christo veniebat, primò quia motus illi passionales rationalem eius partem nec perturbant, nec disturbant, ita vt ratio in Christo sensituius affectionibus aquiesceret: quia tunc necessarium erat peccatum mortiferum, aut veniale saltem confici, quæ à Christo prorsus diffitemur. Sic ait beatus Petrus Canonica prima cap. 2. Christus passus est reliquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in lingua eius. Sequitur ergo in Christo passiones non fuisse, quæ eum turbarent, ita vt eius rationem in aliquo deprimerent. Item in Christo passiones nullæ erant, quæ rationi derogantes multum affligerent, ita vt Christus homo tribularetur, sicut nos in eisdem consueuimus tribulari. In Christo quippe inobedientia ista partis sensitua ad rationalem, quæ in nobis est nullatenus erat: ista enim peccati originalis pena propinqua erat, quàm in se Christus non habuit, quia imperfectio magna erat, quæ omnes talium penalitatem modi inuoluntarij sunt, in inuoluntariis autem meritum nullum est. Christus tamen

tamen in omnibus, aut penalitibus suis nimium merebatur. In nobis quidem concupiscentiæ passio est, quæ vos ad omnia delectabilia tactus, & gustus incitat, vt ea, quæ rationi delectabilia disgruunt sepiissime auellemus. In Christo autem tale nihil fuit, quia nunquam in his, in quibus nos tentamur tentatus est, vt interdum, aut ad gustus illecebras, aut ad veneream molliciem moueretur, cuius fundamentum est: quia facultati Christi oēs suæ sensitua particule suberant, nobis autem nequaquam subunt.

*In Christo non erant passiones.* Cap. LXXVI.

**Q**VAMQVAM igitur, vt prælibauimus, in partibus sensituis Christi aliqui motus, vt nobis sunt existent passiones: tamen non erant, quia iste nos, aut durissimè affligunt, aut ad iniquas operationes peruertunt. Christum autem Saluatorem nostrum nullus vnquam talis motus, aut afflixit, aut ad impiam operationem coegit: sed vocabantur motus isti propassiones, id est motus longe à passionibus distantes. f. quod passionum nostrarum conditionem nullam habent: ideoque longe à passionibus sunt. De his tangit Magister sententiarum in 3. in 15. 16. & 17. distinctione. In Christo tamen erant aliqui motus partis sensitua: in ipso tamen eo nolente non insurgent, sed vltro, & itidem iubente. Isti autem sunt letitia, siue gaudia, & tristitia. Faciebat nempe Christus in sua sensitua concupiscibili aliquando letitia motum insurgere, & hoc gaudebat. Identidem quoque sepius in se tristitia motum faciebat, quo faciebat acerbe tristabatur. Quod autem he letitia, aut tristitia passionales in inuito Christo non insurgent, sed volente illo, atque iubente conficerentur, liquet ex his, quæ habentur Ioannis in primo cap. videns autem Iesus, infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Non est par sermo de ceteris hominibus. f. q̄ ipsi seipsum turbent, sed q̄ ingruentibus amaritudinibus nolentes perturbentur: nam cum turbationem summopere fugerint, eos sequitur perfecta calamitas, cum in nullo requiem habere possint. Iuxta illud Iob. 33. Si dixerò, consolabor mihi lecululus meus, tunc terrore percussus me. De Christo autem secus dicitur, quod ipse in se non turbauerit, & seipsum turbauerit, id est q̄ non in eum renitentem turbatio ingruerit: sed quod ipse vltro eam in se concitauerit, atque si perturbari renuisset, ab eo omnis prorsus fugisset calamitas. Secundum igitur has turbationum moles, quas in se vltro concitabat inquit quod predictum est. f. tristis est anima mea vsque ad mortem.

*Notandum penes predicta.* Cap. LXXVII.

**Q**VOCIRCA adhuc acutius speculandum est, quod licet Christus spontaneè passiones in se agniculos concitaret, aut potius amaritudines, & eas diutius permanere iuberet, quæ in nobis prorsus renitentibus, & inuitis sunt: cum tamen semel in eo concitate essent, idem in eo efficiebant, quod in ceteris hominibus fieri cognitum est, scilicet q̄ cum Christus spontaneè aliquem letitiæ motum in parte concupiscibili iuberet insurgere, ita eo motu verè gaudebat, vt nos gaudere consueuimus rerum prosperitate commoti. Idem corpus suum illa letitia reficiebatur, & impinguabatur, sicut solent cetera humana corpora impinguari. Sic enim ait Salomon prouerbiorum. Animus gaudens floridam facit etatem: spiritus tristis deficcet ossa. Item sicut cum nobis aliquis aduersi concepti tristitia obrepens magnas mo-

**A**lestias ingerit: ita vt vehementer labefactemur, atque viribus destituti tota corporis mole deficiamus: ita in Christo conceptorum aduersorum insurgens eius iussione tristitia totam benedicti corporis molem viribus eneruabat. His tamen in concitatis manentibus, facultati illius hominis lesu suberat interdum affligi, aut letari, sicut spontaneè decreuisset. Postquam tamen semel illum motum suscepisset, non suberat facultati eius affligi, aut non affligi: sed ita vt nos ad quicumque istorum cogebatur, dum eum motum in se manere iudicasset. Hoc tamen specialiter ei suberat, quod quotiescunque decreuisset, motus ille cessaret, atque perinde quidquid ex passionali motu efficaciter prospere, aut aduersè in Christo sequebatur. Liqueat igitur, quod Christus amaritudines, aut afflictiones, quas nos suscipimus suscipere. Sicut igitur si quispiam è nobis tristitia semel suscepisset, illa insistente vehementer perquereret: ita cum Christus in se iussione sua motum talè suscepisset, nimia affectione augebatur. Et quia tempore acerbissimæ passionis benedictus Iesus in se tristitiæ motum causare dignatus est, secuta fuit in eo tam horrenda tribulatio, vt iam homini illi misericordia sicut afflictis hominibus mereretur. Hoc autem euidentius dilucidatur, quia cum in hac vehementi angustia Christus existeret, accessit angelus à beata Trinitate missus, vt hominem illum penitus desolatum consolaretur. Sic patet Matthæi 26. c. Accessit angelus confortans eum. Hoc autem modo verba illa protulit, f. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, id est tristis est vita mea, aut anima mea, donec moriar: quasi dicat, ante mortem mihi tristitia auferenda nequaquam est: sed exponendum est: Tristis est anima mea vsque ad mortem, id est tristis est anima mea, siue vita, vel ego ita tristis nunc sum, ac si realiter occideret, aut transfoderet gladio, aut quolibet alio cruciatu pleterer amarissimo. Liqueat igitur Christum in passione tristem fuisse, non quidem, quod ipse mortem, aut passionem illam refutaret: sed in se tristitiam quadam, quæ penarum pars erat sustinere decreuerat. Item patet non concludi, quod quidam voluerunt. f. Christum renitentem captum fore.

*Obiectio contra ea, quæ contraria sunt.* Cap. LXXVIII.

**O**BIATVRVS eis, quæ determinata sunt, quispiam fortassis arguet, assumens quod habetur Matt. 26. Pater si possibile est, transeat à me calix iste: si tamen Christus voluntariam mortem subisset, nullatenus calicem penalitatis à se auferri præcaretur. Hinc respondendum est, Christum vltro mortem illam amarissimam subisset. Quod euidenter insinuat Isaias 53. cap. Oblatus est, quia ipse voluit: si ergo nolisset, nequaquam fuisset oblatus. Item si Christus mortem vltro non sustineret, nihil moriens meruisset: quia actus in tantum meritorij, aut demeritorij sunt, quantum de voluntario habent. Vbi autem voluntarium nihil est, nullum meritum, aut demeritum reperitur. Item si loca euangeliorum, in quibus de morte Christi processus est, diligenter aduertantur, satis perspicuum erat, Christum non inuitum, sed spontaneum cruciatum tolerasse. Cum autem fortassis quispiam inueniatur mortem Christi inuoluntariam fuisse insinuans, non sic intelligendum est, vt ipse mori noluerit: sed quod Christus spontaneè aliquam tristitiæ passionem assumpserit, qua sicut solent ceteri hominum verè affligitur, atque ex hoc quibusdam non attente speculantibus mortem inuitus suscepisse videbatur, licet sic reuera non constet hoc à euidenter patet ex prælegata auctoritate beati Matthæi



thai 26. cap. Pater si fieri potest, transeat a me calix iste: non tamen sicut ego volo, sed sicut tu vis.

Tres in Christo inclinationes fuisse constat.  
Cap. LXXIX.

**Q**UOD acutius speculātibz tres nobis in Christo tunc aut affectiones aut verius inclinationes fuisse prodit. Prima autem electio, aut volitio diuina erat de morte Christi decernens, quæ patefit, cum dicitur: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Hæc autem verbo ad patrem diriguntur, ex quo necessario inducitur determinatam voluntatem habuisse, quod Christus moreret, & quia Pater, Filius, Spiritus Sanctus vnus substantiæ naturæ atque essentiæ indiuidualis sunt, necessarium est, vt quod vna personarum velit, hoc & reliquæ velint: ideo secunda Trinitatis persona, quæ verbum erat, & homo Christus, determinatè volebat mortem hominis Christi, quæ erat mors sua. Secunda electio siue volitio, aut potius affectio erat passionis partis sensitivæ, & quia in Christo non passiones, sed pro passionibus erant, vt in superioribus declaratum est, hæc autem affectio erat quidam passionalis timor, quo Christus mortem aliquatenus resistebat, vt fugeret. Hanc autem affectionem sicut ceteras, de quibus supra diximus, quæ in Christo causabantur, Christus ipse infusione sua causauit, hoc autem in existēte timore oportebat Christum mortem eo timere, atque fugere, & ne ei superueniret exorare. Hanc autem affectionem passionalem insinuat beatus Matt. in prædictæ auctoritatis verbis, cū ait: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Hoc enim dicens insinuat esse aliis volebat, eam mortem formidare, atque pro posse vitare.

Cur est, quod Christus insinuat se inuitum mortem subire, cum a principio pro peccatoribus statisset mori.  
Cap. LXXX.

**A**LIIQVIS nunc quoque inquireret, cum Christus verus Deus esset, & ab æterno mortem vtroneam pro peccatoribus subiturum decreuisset, cum in se talem passionalem motum causabat, quomodo insinuaretur eum in spontaneam mortem subiisse? Huic autem respondendum est, quod sicut ex prælibatis lucide patet, motus iste passionalis timor, qui in Christo insurrexit non eo inuito fuit: sed eo iubente concitatus est: non tamen a mysterio prorsus vacat in Christo hunc timorem fuisse causatum. Existunt nempe huius duæ rationes, quarum prima est, vt veram in se humanitatem indicaret, sciebat namq; hæreses in sua Ecclesia pululaturas, & quæ postea temporum intervallis exortæ sunt. Quidam fuerunt hæretici, qui astruebant Christum carnem veram humanam non assumpsisse, atque perinde nec verum hominē esse, sed corpus phantasticum accepisse: qui magnus valde error, & a tota damnata Ecclesia, ad quem penitus eliminandum quædam in se Christus ostendit, quæ eum verum hominem esse, & verum corpus humanum assumpsisse indicarent: hoc autem est, vt passiones humanas accepit atque in se eas demonstrauerit, scilicet timorem, & lætitiā, quæ in omnibus animalibus perfectis, & potissime in hominibus sunt: cum igitur Christus in se istas demonstraret manifestum, erat eum verum hominem esse: hoc apparuit, quia in se timorē ostendit, cum verissimè mortem illam timuerit. Secunda autem, & præcipua huius timoris causa cur in Christo surrexerit fuit, vt totaliter affligeretur: nā dolor, tristitia, gaudium, & spes, passiones sunt in parte sensitivā, vt autem dolor iste vehemens in Christo esset, in quo nimis pateretur, fuit in eo timor concitatus: Si enim

timor iste moriendi, & desiderium mortem euitandam in Christo non fuisset, duntaxat ipse passus fuisset, cū illa ei cruciatus irrogata sunt. Nunc autem inculso isto timore mortis vehementer affligebatur in se ipso priusquam alia sui corporis cruciatus experiretur, qui ab extra inflicti forent: ipse nempe se certissimè moriturum præiuderat, & hoc excusari impossibile esse cognouerat. Nunc igitur mortis inculso timore, & desiderio fugiendi, cōficietur in eo acerbus dolor, sicut cum ei flagella aut vulnera infligebatur, hoc autē stupendum diuinæ est bonitatis insignium ad nos, & magnæ securitatis indicium ad hominem Christum, secundum quod deificus ille homo tam diutius affligeretur longissimas perferens passiones. Nec enim quisquam excogiter tunc primò Christi cruciatus inchoasse, cum primò ei alapa, & capitis confusiones inflictæ sunt. Sed ex eo, quo ei Deus hunc inflixit timorem horrificum: aequaliter quippe timor hic Christum affliciebat, vt cætera quæ ei postea cruciatus irrogata sunt, quod liquidius manifestat Beat. Matth. 26. c. l. factus est in agonia, & plixius orabat, id est quod in Christo magna affectionum cōtrouersia orta est, ita vt bellum verissimum videretur. Insurrexit autem horrificus ille, & passionalis timor in iudicium rationis, & quantum diuina sanctio iusserat afflictio in Christo sequebatur non qualibet, sed stupenda: ita vt dominum cum illud corpus ingruentium spirituum afflictionum: ingenti mole depressum sanguinei humoris guttas exsudauerit, quod nisi magnis ingratis cruciatibus nunquam sit: hoc autem scribit beatus Matt. c. vigesimo quinto: Factus est sudor eius tanquam gutte sanguinis decurrētis in terram. Hoc autem cruciatus genus ita horrifera exitit, quod terrimo homini illi Christo in dolorum suorum præmordijs penè intolerabile fuit. Quam ob rem sancta illa atque inmensa Trinitas hominem Iesum, quem sibi verbum siue secunda Trinitatis persona vnitare hypostatica vnierat, penitus non derelinquens eius calamitatibus subleuandis consolatorem angelum destinauit. Hoc autem scribit beatus Matt. c. 26. Et accessit Angelus confortans eum. Duabus igitur rationibus liquidatum est quare sancta Trinitas hunc passionalem timorem in homine Christo insurgere iussit.

De tertia inclinatione omnia cap. 79.  
Cap. LXXXI.

**I**NCLINATIO aut electio tertia, quæ tunc in homine Christo extitisse dignoscitur, erat quædam liberi arbitrij diffinitio, qua mortem eligebat diuinæ voluntatis decreto consentinens, secundum quā homo Christus spontaneam subiisse mortem recte dicebatur, quoniam huic voluntas sua ad dicta erat. Hæc autem humanæ voluntatis diffinitio apparet Matth. 26. cap. cum dicitur: Verum tamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis. Quod igitur Christus velle non ita fieri, sicut ipse affectabat: sed sicut diuina libertas elegerat, tertia pandebatur volitio, quasi sub epilogo in his verbis ingruente passione tres in homine Christo volitiones siue inclinationes fuisse cōparatum est. Prima passionalis affectio quā verba illa liquide cōplent, scilicet: Non sicut ego volo: patenter quidem in his aperitur eum desiderasse non mori. Secunda harum volitionum erat diuina electio, atque firma sanctio, qua diffinitum erat CHRISTVM hominem moriturum, quod aperitur eum dicitur: Sed sicut tu vis. Hic enim voluntas alia erat, quæ ab illa, de qua prius dicebatur distans erat. Tertia volitio erat rationalis voluntatis, siue humani liberi arbitrij diffinitio, quod his verbis patefit, cum dicitur non sicut ego

ego volo, in quo diffinitionem contra sensitivam affectionem tribuebat. Ex his responderi potest illi auctoritati Beati Matthæi, ex qua aliquatenus apparet Christum inuoluntariè istos subiisse cruciatus, sed potius contrarium sequitur, sicut ex præcedentibus declaratum est. Item proditur quod superius tetigeramus, scilicet, Christum non inuitum captum, & detentum fuisse, cum teneri coactionem, aut colligationem dicat tollentem arbitrium voluntatis.

Expositio quarta partis secunde metaphos. Qui tenebatur.  
Cap. LXXXII.

**P**RÆTEREA leo iste Christus Deus erat, ideo secundum diuinam naturam exponi potest particula ista. Qui tenebatur. Nam licet diuina natura secundum se teneri non potest, vt magis inferius differetur, poterat tamen dici Deum teneri, aut detineri: quia homo ille, quia verè tenebatur Deus erat, & tenendo hunc hominem Deus tenebatur. Omnes quippe actiones, aut passiones personam, suppositum, aut hypostasim nominant, sicut Aristot. in plerisque locis protestatur. Et quia verbum diuinum, quod Deus est, est persona hypostasis, vel suppositum in Christo, necessariò ab isto actu denominari debebat. vt dicamus, Deus, aut verbum tenetur. Item sicut cum hominem Christum videmus, dicimus Deum videre, & eum audiendo dicimus Deum audire: quia ille Deus, & homo est: ita tenendo illum, qui est homo Christum, detinetur Deus. Item cum hostiam consecratam videmus, aut in calice Christum sub vini speciebus latentem, dicimus Christum videre, quia sub illis sacramentalibus speciebus in hostia, & calice Christus lateret: ita cum Christum hominem detineri concedimus, necessarium est, vt Deum quoque detineri concedamus, quia homo ille Deus erat. Identidem hoc confiteri possumus ex quadam speciali locutionis modo, qui apud theologicos doctores communicatio idiomatum appellatur, qui in hoc consistit, vt prædicamenta homini consequentia Deo attribuamus, & prædicamenta Deo congruentia de homine affirmemus. l. dicentes, Deus mortuus est, passus est, flagellatus est, itinere fatigatus est, atque siti, & fame debilitatus. Ista quippe humanæ conditionis prædicata sunt: & conuerterentes prædicata soli Deo congruentia de homine prædicamus, vt quod iste homo creauit mandum, iste homo mortuos suscitauit, infinitus atque omnipotens est. Sic igitur in proposito esse poterit, quod istud prædicatum, quod est teneri, quod homini conuenit Deo attribuamus, dicentes: Deus tenetur. Quæ autem sit ratio, cur theologica consideratio vtatur hoc modo loquendi, quod est communicatio idiomatum, aliterius est speculationis, cuius investigationem in præsentem relinquamus. Ex superioribus inducitur, qualiter ista particula intelligenda sit, scilicet, quod Deus teneatur, aut q; leo iste tenetur.

Pars decima secunda metaphos. f. Leo, qui non tenebatur.  
Cap. LXXXIII.

**I**N hoc autem secundo metaphorico Paradoxo ultima particula est leo, qui non tenebatur. Circa quod aduertentes dicendum, q; sicut in superioribus liquet, leo iste Deus, & homo erat, & veluti particula superior. Qui tenebatur de duplici natura in Christo exposita est: ita ista particula. Qui non tenebatur, de vtroque intelligenda est. Primò autem considerantibus leonem hunc hominem fore, dicendum est eum non teneri, quia vt in prælibatis differuimus, teneri est cum aliquid in quouis loco inuitè custoditur, aut ad

Rationes probantes Christum sponte subiisse mortem.

**A** locorum quempiam non spontaneè trahitur. Et quia Christus, etiam vt homo erat, non inuitus tenebatur, restat, vt eum hominem teneri disteamur. Manifestatur autem sic, quia Christus homo confessus est se libenter iuxta diuinam sanctionem mortem subire velle, si igitur contra niteretur mors eius electioni, non consentiret diffinitioni diuinæ, vt moreretur. Item cum Christus in orto in nocte præcedente parasceuen exitisset, inquirentibus eum Iudæis se obrulit, dicens: Quem quæritis? ipsi autem responderunt: Iesum Nazarenum. Quibus rursum respondit: Ego sum. Si ergo homo ille Christus Iesus vtroneus illam acerbissimam mortem non amplecteretur, non se obtulisset Iudæis inquirentibus ab eis, quem quærebant. Item cum Iudæi, & Gentiles Christum inquirentes responderi sibi audierunt, ceciderunt retrorsum, vt habetur Matth. 26. Si igitur mortem illam homo ille Iesus renuisset, ipsis retrorsum cadentibus inde recessisset: sed non recessit: ergo illam libenter amplexus est. Item postquam Iudæi cadentes in vigorem, & statim rediere priorem, Christus denuo ab eisdem inquisiuit: Quæ quærentes? Qui responderunt: Iesum Nazarenum. At ille ait: Si ergo me quæritis, finite hos abire, & confessum in eorum se tradidit potestare: sed si ipse mortem vtroneus non subiret, in eorum manibus non se poneret: ergo mortem spontaneam amplexus est. Item cum Iudæi Christum in orto colligassent, eum vincitum ducentes, Petrus percussus gladio Iudæi cuiusdam serui principis sacerdotum amputauit auriculam, quem Christus increpans, ait: Mitte gladium tuum in locum suum: omnis enim, qui gladio ferit, gladio peribit: calicem quæ dedit mihi pater non vis, vt bibam illum? Si tamen Christus mortem illam spontaneè non subiret, Petrum a percussione non impediret: nec eum percussentem argueret: sed potius ei quod factum erat cōplacere: sed non placuit, quin potius Petrum huius reum fecit. Liquet ergo eum voluntariè mortem hanc fuisse complexum.

Quædam atinencia ad capitulum præcedens.  
Cap. LXXXIIII.

**A**MPLIUS dictis addijcitur, quod Christus post hæc Petro dixit: an putas, quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? sed quomodo implebuntur scripturæ? scilicet, quod si Christus mortem illam subiturum se non præuidisset, atque elegisset, affuissent plures ibi, quā duodecim legiones angelorum, qui Iudæos Christi comprehentes quasi in instanti deleuissent. Hæc autem omnia de Christo homine intelliguntur. Nam de Christo, vt Deus est, intelligi nequeunt: nam Christus, vt Deus neminem rogaturus erat, nec patrem: ipse nempe patri æqualis est, & quidquid pater facit, hoc itidem facit filius: non igitur de Christo Deo dixisse, possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones, & c. nam Christus, vt homo minor patre est, vt ait Athanasius in symbolo fidei: æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem: hoc igitur modo, vt homo Christus erat, ei orare patrem competebat. Item si de Christo, vt Deus est, intelligeretur, non dixisset, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum, sed dixisset accipere plusquam duodecim legiones angelorum. Inuitur igitur ex prædictis hanc auctoritatem de Christo Deo intelligi non posse, sed de Christo homine. Sequitur identidem ex prædictis Christum mortem spontaneam subiisse: sic quoque infertur eum tentum, aut detentum non fuisse, sed voluntariè captum, atque ligatum.

Expositio

Expositio decimae partis metaphorae secunda. Cap. LXXXV.

PRAETER haec autem particula ista exponi potest de Christo, ut Deus erat. Sicut teneri, aut detineri non potuit: quod si liquidatur. Primum, quia ad hoc, quod aliquid teneatur, necessarium est, ut illud videatur: sed Deus videri non potest: ergo eum teneri impossibile erat: Deum autem videri non posse in superioribus demonstratum est. Item ad hoc, ut quidquam detineri possit, oportet ut ipsi possit religari: sed Deus religari non potest: ergo Deus teneri non potest: Deum autem ligari non posse sic proditum est. Nam ad hoc, ut quidquam ligari possit, oportet, ut corpus solidum sit: ideo nullus aerem colligare valebit, quia corpus rarum valde est. Item aquam ligare nequimus, quia corpus fluxibile, atque discontinuabile est: Deus tamen corpus nullum habet, nec rarum, nec solidum, cum totaliter incorporeus sit: sequitur ergo Deum ligari non posse. Item ad hoc, ut corpus aliquod religeretur, oportet, ut mediocritas sit quantitatis: nam si minutissima portio est religari nequit: sic enim granum millij, aut minutissima arenarum religare nullus valebit: Deus autem minoris quantitatis est quacunque re, cum penitus quantitatem nullam habeat, quia indivisibilis est: sequitur ergo eum non posse religari. Item ad hoc, ut quidquam detineri possit, necessarium est, ut alicubi concludi possit: sic namque teneri describitur, ut illud teneri dicatur, quod violenter tenetur alicubi, aut ad aliquem locorum non spontaneè trahitur: Deus tamen in nullo locorum claudi potest, quia Deus omnia implet, iuxta illud Ieremias 22. f. Coelum, & Terram ego impleo dicit Dominus: detineri ergo nequit. Item ad hoc, ut aliquid teneatur necessarium est, ut non spontaneum sit. Sic enim ex diffinitione huius termini patet: Deus tamen alicubi inuitus esse nequit: quia sic aliquid Deo vim inferret, quod impossibile est, quia Deus omnipotens est. Sequitur ergo Deum teneri, aut detineri non posse. Sic igitur leo iste, qui Deus erat, non tenebatur. Omnibus praebitis expositionibus veritas solida subnixata est, breuiter tamen & quasi sub epologo sensus est, quod leo iste, qui Christus erat, detinebatur: quia erat homo palpabilis, & detineri valebat, & realiter a Iudaeis in horro religatus detentus est usque ad suam sacrificiosam mortem. Iste quoque leo erat Deus, idemque teneri non poterat ex causis praebitis: & licet Iudaei arbitrarentur fore illum detentum, minimè tamen detinebatur. Ex praedictis conestitur qualiter istae duae particulae exponendae sint, scilicet, quod Christus tenebatur, & quod non tenebatur.

PARADOXON TERTIVM de Agno.

Conditiones agni Christo quomodo tribuantur. Cap. I.



PERSCRVANTIBVS consequentem ordinem Epistolae, quam mihi vestra regia transmisserat celsitudo, Metaphora tertia sequitur in his verbis.

Fuit quidam agnus, qui tondebatur, & non tondebatur: agnus vulneratus, & non vulneratus: agnus, qui vociferans erat, & non clamabat: agnus, qui passus est, & nihil pertulit: agnus, qui occisus est, & non occisus est. In quo advertendum est,

quod sicut in exordio primae metaphorae perstrinximus, prima illa metaphora de Domina nostra Virgine intelligebatur: ita quatuor sequentes de solo Christo exponendae erant. Sicut ergo in praecedenti iste benedictus Iesus leo vocitatus est: ita hic agnus appellatur. In omnibus autem transumptionibus generale hoc est, sicut in prima metaphora diseruimus, quod inter id quod transumitur ad id ad quod transumitur proprietatum similitudo esse debet. Christus igitur agnus hic vocatur ex conformitate proprietatis agni. Est autem agni conditio, ut maximè innocens sit, & nulli noceat animali, nec quidquam perniciosum alicui moliat: hoc autem in Christo praecipue fuit: quia ab omni inquinamenti labe immunis extitit, & maxima innocentia polluit: sic ait beatus Petrus in Cano. prima cap. 2. Christus mortuus est relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in lingua eius. Praeterea agnus animal de mansuetissimis est nulli nocens, & raro clamans, & cum interdum tondetur, aut torquetur, voces non emittit. Hoc autem Christo aptissimè conuenit: fuit enim Christus mansuetissimus super omnes homines, qui morantur in terra in verbis, & rebus. Et licet interdum inferrentur iniuriarum, non clamabat: sic ait Petrus in prima Canonica cap. 2. Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non cominabatur. Hanc autem Christi, & agni similitudinem describit Ilias 53. cap. vbi magis euangelicus, quam propheticus sermo est, scilicet, tanquam onis ad occisionem ducetur, & tanquam agnus coram tondente se obmutuit, nec aperuit os suum. Aliae pleraque agni conditiones sunt Christo congruentes, de quibus nihil nunc: ideo in sacrificijs veteris testamenti Deus volens praenosticare magnum illud sacrificium, in quo nouum testamentum aspiciendum erat. f. immolatio Saluatoris nostri Iesu in ara Crucis, significauit illud in quodam agno anniculo, quem in qualibet Iudaeorum domo in vespere Phase iusserat immolandum. De hoc Exodi 12. & 34. cap. omnes autem caeremoniae agni huius in veteri testamento sacrificio Christi in Cruce, & Sacramento Eucharistiae congruebant: de hoc diffusè diximus super Exo. 12. c. Hic autem metaphoricus locutionis modus in nouo etiam testamento visitatus fuit: nam cum semel Ioanne baptizante multos Iudaeorum, Christus in eius transisset conspectu, Ioannes eum digito indicans, ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: ut habetur Ioannis primo cap. In multis quoque alijs Sacrae Scripturae locis Christus agnus vocitatur. Ex praedictis liquet Christum agnum vocitari, & cur hoc fiat.

Pars prima metaphorae tertiae, f. agnus, qui tondebatur. Cap. I.

IN hoc verò tertio figurato Paradoxo prima particula est: Qui tondebatur. In quo advertendum hic maximam fieri transumptionem: fit quippe transumptio in subiectis dumtaxat, interdum verò in solis praedicatis, aliquando autem in vtrisque tam subiectis, quam his, quae praedicantur: Si quando in subiectis duntaxat, aut praedicatis praecise transumptio fiat, transumptio parua est: si verò in vtrisque fiat, transumptio magna est. In prima autem metaphorarum, & secunda in subiectis solum transumptio facta est. In prima nempe metapho. Domina nostra Virgo vas dicebat, quod transumptiuè dici, ambiguum non est: quia ipsa verè vas non sit, sed per attributionem. In hac autem metaphora hoc nomen vas praedicatum est, omnia autem praedicata sine vlla transumptione Virgini conueniunt: esse quidem clausum, aut non clausum: purum,

Vnde est Christum agnum vocitari.

Transumptio diuersimodè coniungit.

purum, & non purum: paruum, & non paruum, & de coeteris, idem proprie de Domina nostra praedicantur. Idem in secunda metaphora, subiectum transumptum erat leo, quo Christus signabatur: Christus autem proprie leo non erat, sed transumptione quadam: praedicata autem omnia propria sunt nulla incidente transumptione. f. Visus, & non visus: auditus, & non auditus: detentus, & non detentus: verè quippe de Christo, quod videretur, aut non videretur: quod audiretur, aut non audiretur, dicebatur: sic de coeteris praedicatis. Alia autem transumptio fit, quae plena est. Haec autem in vtrisque tam subiectis, quam praedicatis est: hoc autem est cum subiectum proprie non dicitur, nec praedicatum: sed vtrumque attributione quadam: quod in primis huius tertiae metaphorae particulis accidit: namque Christus agnus tonfus appellatur, & attributione dicitur: est enim subiectum agnus, quod sub transumptione verum est. Christus quidem verè agnus non est, sed attributione quadam: praedicatum autem est tonfus, & non tonfus quod idem in vera propriaque significatione non assumitur, sed attributaliter dictum accipitur.

Cur Christus agnus tonfus dicitur. Cap. III.

METAPHORICVS autem locutionis modus, qui dictus est fit: quia Christus attributaliter agnus dicitur: agnus autem, qui est verus agnus, realiter absque vlla transumptione tonfus, aut non tonfus praedicatur: conuenit ergo attributaliter Christo tonsum, aut non tonsum: quoniam cui attributaliter conuenit subiectum, attributaliter conuenit & praedicatum: de Christo autem praedicamus, quod tonus ipse sit, & quod tonsum esse proprie Christo conuenire nequeat, oportet, ut tonsum esse aliquid in Christo significet, quod in agno signabat, aut simile illi. Qua in re animaduertendum est, quod tonsum esse in agno duo signat. Primum est corporeo deregi velamento. Secundum est, quandam in tonsione fieri passionem: haec duo in Christo reperimus, ex quibus eum tonsum possumus appellare. Primum autem in Christo repperitum est, quia in passione sua vestimentis suis detentus est: sicut enim in coeteris moris erat, qui capere plectendi erant, ut quaestionarij, aut qui coeteros cruciatus infixissent, vestes lucrarentur. Sic in Christo factum est, cum decrero Pontij Pilati mortem Crucis subiit, milites quidem, qui praefatam Pilati Pontij sententiam executioni mandabant, vestes benedicti Iesu inter se diuisere, & quia inter caeteras quaedam preciosior vestis erat, quam Domina nostra Virgo proprijs confecerat manibus, dolentes eam scindi, tum quia preciosa erat, tum quia inutilis redderetur, sortiti sunt eam, quod scribit Beatus Matth. 27. cap. & habetur Marc. 15. & Luc. 23. & Ioa. 19. de hoc quoque psalmographus concinit Psal. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Hoc pacto Redemptor noster in passione detentus est, quia cunctis vestimentis suis extitit denudatus. Item & aliter Christus detentus est, qui prior tonsionis modus est, agnus quippe tunc tondetur, cum ei lana praedicatur: lana autem non est aliquid agno extrinsecum, sed innatum, cum ex ipso lana propagetur. Capilli autem, & vniuersi corporis pili in homine vicem lanae gerunt. Sic igitur inastato loquendi modo cum capilli alicui praedicantur, detentus ille praedicatur. Hoc autem in benedicto Iesu nequaquam factum extitit, quia nullos ei Iudaei capillos forficibus praecidere; dici poterat tamen villatenus tonfus: quia ei capillos Iudaei auellebant, sicut inquit eum in facie quatuebant, sic quoque capillos, & barbae pilos auulserunt. De ton-

sonibus vultus, & capitis scribit Beatus Matth. capit. 27. Iudaei quidem Christo illudere cupientes velu oculis eius tegendis imposuerunt, arundinem quoque in manu eius dantes, ut quasi nugatorij regni cassam gereret similitudinem, eum capite virgis tondentibus, & vultum alapis coedebant, dicentes Prophetiza Christe, quis est, qui te percussit? De euulsione autem capillorum identidem censendum est. In improprietate quidem ei pilos euellere conabantur, de quo Ilias: Dedit caput meum percussoribus, & genas meas vellentibus.

Quid significat tonsum. Cap. IIII.

IN detonsione verò agni secundum est, quod passionem suscipiat, quod Christo aptissimè congruit, ipse namque plerisque in passione sua dolores tolleravit: praecipue tamen dolor hic ad vestium detenturam, & pilorum auulsionem inferendus est: multum quoque dominus in vestium denudatione ruboris pressus est: omnes enim homines de sua nuditate erubescunt, hoc quidem, ut pena peccati prothoplasti inflictum est. Nec hoc dumtaxat de rubore ex nuditate genitalium partium dictum putauerim, sed de coeterarum quoque partium corporis nuditate, quamquam motus praecipue in partibus genitalibus, ut peccati poenam secutus fuerit. Item rubor de nuditate corporum generaliter causatur ex vniuersali omnis nationis consuetudine: omnes quippe nationes quantumcumque barbarice toto corpore tegi student, cumque aliquis omnibus velamentis carens in faciem omnium nudus fuerit, omnes, qui rationis granum habent, eum impudentem, atque imprudentem dicunt, ipse quoque nisi prorsus mente captus sit, de sua nuditate erubescit. Quia verò Christus ratione vtens super coeteros homines erat: rubore fundebatur in eo, in quo rationaliter erubescendum erat. Item homines alti, & magni, nobilis, atque generosi cordis super coeteros homines erubescunt: homines autem viles, & degeneres nihil aut modicum erubescunt: de Christo tamen sic erat: quia ipse excellentissimus, nobilissimus, atque nimis generosi cordis extitit, cum in eo excellentius oes humanae perfectiones, quam in coeteris hominibus extiterent. Patet ergo eum nimis erubuisse, quod coram populi frequentia nudaretur. Item non paruus Christi dolor fuit, quem in capillorum, atque barbæ pertulit auulsionem: ad horum quippe euulsionem continuorum diuisio sequitur, in qua dolor praecipue consistit, potissimè in Christo, qui tenerrimae complexionis fuit.

Qualiter agnus iste Christus detentus fuerit. Cap. V.

ACCEDENDVM autem est inquisitioni, qua agetur qualiter agnus iste Christus detentus fuerit, ad quod advertendum, ut in superioribus metaphoris praebitum est, duas in hoc agno Christo fuisse naturas. Diuinam. f. & humanam: secundum verò harum quilibet exponi potest. Primum enim de Christo homine exponendum est: verè enim homo Christus detentus est, omnia nempe, quae superius nomine tonsionis designari diximus, in homine Christo esse ambiguitas nulla est: diximus quippe Christum tonsum fore, quia vestibus suis denudatus extiterit, nudari autem proprie homini Christo conuenire digno scitur: nudari equidem priuationem dicit, priuatio autem habitum praesupponit, habitus autem, quem ista priuatio, quae est nuditas praesupponit, est vestiri, aut vestitum fore: sicut autem Aristot. docet traditio in post praedicamentis, priuatio, & habitus in eodem susceptibili fieri debent: cui igitur proprie vestitum esse conuenit,

Dux in Christo fuerunt naturae.

conuenit, propriè conuenit denudari, aut potius nudum fore. Indui autem aut indutum esse, homini Christo propriè conueniebat, quia corpus habebat secundum quod vestimentis tegi poterat: ipse ergo est cui propriè velamenta tollebantur, aut poenitus nudus erat. Item & hoc secundum naturam diuinam in Christo intelligi potest: quia licet Christus secundum naturam diuinam nudari non possit, ut magis inferius patefiet, conueniebat ei istud prædicatum, quia qui Christus erat, Deus erat: sicut in prioribus differimus, quæ Deo conueniunt homini attribuitur, & quæ de homine propriè prædicantur, rursus conuertentes de Deo itidem prædicamus. Cum igitur nudum esse, aut pilorum pati auulsionem homini Christo conuenit, & Christus Deus est, necessarium est, ut nudum esse Deo conueniat, & barbarum pati auulsionem, quæ duo detonsum esse faciunt. Hæc autem fundantur in regula Aristot. in 2. Elenchorum. scilicet quæcunque vni, & eidem sunt eadem inter se sunt eadem. i. quando sunt duo termini quorum vterque de tertio termino prædicatur, illi duo termini sic se habebunt, quod de se inuicem prædicabuntur. Sicut sumptis his tribus terminis, album, dulce, & lac hoc nomen dulce de lacte prædicatur, cum dicimus lac est dulce, & hoc nomen album itidem de lacte dicitur. Lac est album, mutuo igitur duo hi termini de se inuicem prædicabuntur, cum dicitur dulce est album, aut conuertentes. Identidem autem in his tribus terminis fiet. scilicet Deus Christus detonsus: iste terminus Deus de Christo prædicatur, cum dicimus, Christus est Deus, alius quoque terminus. scilicet tonsus de Christo prædicabitur, dicentes Christus est tonsus, vicissim igitur isti duo termini prædicabuntur, & subijcientur. scilicet Deus est tonsus, & rursus conuertentes. In hac Aristotelica traditione potissimum fundamentum est illius modi loquendi, qui apud Theologos communicatio idiomatum nuncupatur. Alia præter hoc sunt huius locutionis solida fundamenta, de quibus nunc super sedeo. Ex prælibatis liquido visum est, qualiter Christus agnus detonsus sit.

*Pars secunda metaphora tertia. Agnus non detonsus. Cap. VI.*

**P**OST hæc autem in hoc tertio metaphorico Paradoxo particula secunda est non detonsus. scilicet quod Christus sit Agnus non detonsus, quia autem detonsus, & non detonsus contradictoria sunt, oportet vt idem signent. Et quia detonsus fore in Christo velamentorum nudationem, & pilorum auulsionem notat, oportet, vt non detonsus, non nudatus, nec barbarum auulsionem passum signet, & velut in superioribus illa particula detonsus de vtraque in Christo natura exposita est: ita hæc quoque exponenda erit. Primum autem de Christo homine intelligi poterit, quod detonsus non sit: nam secundum regulam iuris: Volenti non fit fraus, sic de iniuriarum perpeffione dicendum, vt nullus volens iniuriam pati possit. De penarum quoque perpeffione non dispar diffinitio procedere iure debet. scilicet vt qui spontaneè penas subit, poenas perpeti merito non dicatur: & quia Christus vltro neus nudationem passus est, capillis itidem depilatus est, eum ergo nec nudatum, nec pilatum iure confiteri poterimus. Hoc autem adhuc proprius de Christo, vt Deus est, exponi licet: Deus quippe nullatenus detonsus est. Hoc liquidatur, quia detonsus esse, vt prælibatum est vestium nudationem, capillorumque auulsionem designare dignoscitur: Deus autem nudatus nunquam fuit, quia vestiri nequiuit: vestiri tamè, atque nudari eidem susceptibiliter vicissim inesse debent iuxta

Nullus volens iniuriam patitur.

**F** Aristot. traditionem in Post prædicamentis. Deum autem vestiri impossibile fore sic patet, illud quidem dumtaxat vestiri potest, quod corpore subsistit in quo tegi possit, Deus autem incorporeus est: vestiri ergo nequibat, nec cõsequenter nudari, aut nudatum esse. Item ad hoc, vt quidpiam vestiri possit, oportet, vt omnifariam tegi possit, ita vt nulla ex parte detectum illud sit: Deum autem totaliter operiri impossibile est: vestiri igitur Deus non potest: maior euidenti patet veritate, si fortassis quisque capite manibus, aut pede adopertus foret cõteris partibus derelictis, eum hominem nequaquam quispian vestitum contenderet, sed eum, qui omnium ex parte adopertus extiterit: minor autem in patenti est: Deum quippe nulla locorum ambitu capacitas, quoniam vbi que, atque extra omnem locum est, oportebat quidem, vt qui Deum vestire vellet, omnia, & extra omnia velamento operiret. Infertur ergo Deum nec nudum, nec vestitum vnquam esse. Itidem Deus detonderi nequibat capillorum aliqua auulsionem: nam auulsionem existentiã præsupponit. In Deo autem horum vnquam nihil extitit: barbæ, aut pili corpori humano insunt: Deus autem secundum se tale corpus nullum habet, nullatenus ergo detonderi valebat. Ex prælibatis inducitur qualiter Christus agnus tonsus, aut non tonsus sit.

Deus nec nudus, nec vestitus vnquam fuit.

*Partertia metaphora tertia. Agnus vulneratus. Cap. VII.*

**I**NNITENTES Ordini huius metaphora tertiã particulam reperimus. scilicet Agnus vulneratus. Sciendum autem particulas sequentes huius metaphora notiores fore particulis aliarum metaphorarum quãto vulgarius tractantur: ideo in earum expositionem principaliter non tantum insistemus. Sciendum quoque, quod sicut in ceteris figuratis Paradoxis particularum qualibet de Christo secundum vtramque humanam. scilicet & diuinam naturam exponebamus: ita hic exponendum est. Primum autem dicemus hunc agnum vulneratum: quia homo iste Christus multa in benedicto corpore suo vulnera tolerauit. Fuit autem primum vulneratus Dominus Iesus cum circumcissus est, ibi siquidem sanguis suus effusus est, & caro præputij circumcisa: hic autem minus dolor causatus est præ teneritudine carnis, qualis teneritudo, atque sensus in partibus genitalibus reperitur. Præterea cũ ista circumcissio in ætate tenerissima infantili facta est: alij quoque dolorem hunc accidisse autumant ex indispõsito organo amputandi: astruunt quippe circumcissionem lapideo cultro factam fuisse. Sic enim innuit Magister Sententiarum in quarto distinctiõ. prima. Hoc tamen falsum est, quia cum Deus ritus aliquos cõceremoniarum veteris legis tribueret, si aliquid specialiter in illis obseruandum erat, eam in litera exprimebat: totam tamen continentiam veteris testamẽti percurrenti liquebit locum nullum fore, quo Deus circumcidi lapideo cultro mandauerit. Hi tamen iniuntur ei, quod per Sephoram vxorem Moyfi factum est. Cum enim Moyses pergeret in Aegyptum præfectus de terra Madiã diuina iussione adducebat secum vxorem suam Sephoram, & duos liberos. Gerfon. scilicet & Eliezer, quorum qui natu minor erat. scilicet Eliezer circumcissus nondum fuerat: cumque essent in via in quodã diuersorio, aparuit angelus Domini interficere volens Moysen propter incircuncissum filium suum, quod cum vidisset Sephora ob incircuncissum infantulum factum existimans pauca facta, nè vltius angelus Domini progrediens virum suum Moysen interficeret, accepit illico lapidem durissimum, quo circumcudit præputium filij sui Eliezer, quod cum fecisset, cessauit angelus Domini torquere Moysen: ex hoc autem

Primum Christi vulnerus.

Contra sententiam Magistri Sententiarum

fulcimentum erroris sui accipiunt. Huic tamen nihil horum, quæ isti volunt cõficiuntur: potest enim ad hoc bifariam responderi: primò quidem aliquis Iudæus responderit, quod Sephora vxor Moyfi non circumciderit filium suum lapide acutissimo, sed nouacula acutissima: aut quod ex litera nihil magis lapide quàm ferro præputium eliezer præcutum fore comprobari potest: nam vbi in litera nostra dicitur tulit illico Sephora acutissimam petram, in Hebræo ponitur quædam dictio æquiuoca, scilicet Zor. quæ tam ad lapidẽ, quàm ad nouacula equiuocatur, quod apparet: quia Psal. 51. qui incipit. Quid gloriaris in malitia, dicitur: Sicut nouacula acuta: vbi in Hebræo ponitur eadẽ dictio, quæ hic, scilicet Zor. ergo non magis pro petra, quàm pro nouacula accipiendum est, & sic Iudæi cũ auctoritatem istam exponunt indifferenter dicunt nouacula acutissimam. Alter autem responderi potest, quod concessio Sephoram præciderit præputium Eliezer petra acutissima, vt litera nostra descripsit, ex hoc tamen nequaquam cõfiteri potest, vt sequentes lapideo cultro circumcidere debuerint, aut quod priores, scilicet præcedentes Moysen petra acutissima præputia refecuerint. Nam Sephora vxor Moyfi, non ideo cultro lapideo Eliezer præputium rupit, quasi aliqua diuina iussione, aut antiquata consuetudine cautum extitisset, sed quia nihil deliberans sic facilius ei faciendum occurrit: Erat quippe Sephora attonita Moysen virum suum ab angelo excruciarum videns. Et ne grauioribus cruciatibus eum ad mortem vsque perduceret, quod citius potuit, operata est. Fortassis quidem tunc Sephora cultrum ferreum nullum habuit, quo præputium filij præcideret, aut si habuerit, huius nihil recordata, quem promptiorem habuita acutissimum lapidem illico arripuens fortè magis rupit, quàm præcudit præputium puerile. Inconueniens autem erat, vt ex eo quod inconsultè gestum est, gerendarum rerum directiua sanctio poneretur. Non igitur ex eo, quod tunc Sephora nihil deliberans egit inducitur, posterorum progenies lapideis cultris infantilia præputia abscissuras.

*Aliud argumentum probans circumcissionem fieri solitam ex cultro lapideo. Cap. VIII.*

**I**NSTANTIVS quispiam adhuc arguet, circumcissionem cultro lapideo celebrandam, quod ex eo confici potest, quod Iosue dux strenuissimus populi Dei, atque segregatus inter prophetas egisse dignoscitur. Cum enim Iosue deuidis regibus Ammorraorum, & mortuo Moysè, Iordane tráfito, terram ingrederetur hostilem, quàm Deus repromiserat semini Abraham, cum primum castra fixissent in Galgalis, quæ fuit prima castrametatio terræ Chanaan, Iosue assumptis duodecim lapideis cultris circumcudit duodecim tribus Israel, omnes quippe in deserto incircuncisi erant, atque per longos vias circuitus nullus eos circumciderat, vt patet Iosue quinto cap. debuit ergo circumcissio cultris lapideis confici: nam huic responderi non potest, quod inconsultè factum sit, sicut Sephora attonita fecerit, Iosue quippe vir prudentissimus deliberatissimè ista egit. Huic autem respondendum est, ex hoc nullatenus sequi, vt circumcissio in petris acutissimis fieri debuerit: nihil quippe magis lapide, quàm ferro præputia refecare diserebat, quod apparet Gen. decimo mo septimo capitulo. vbi cum Deus circumcissionis præceptum tradidisset, positus omnibus explicatus, quæ circumcissionis ritum attingebant, de organo circumcissionis, scilicet de cultro, an ferreus, lapideus foret, nihil memoratum est, sed dictum fuit, vt præcideret vnusquisque carnem præputij sui. Cum igitur Iosue

Alph. Toft. Parad.

viderit referre nihil an lapide, & an ferro circumcissio conficeretur, cultris lapideis celebrandam duxit. Cur autem ipse non ferro, sed lapide circumciderit, omnem Israel, causa in promptu est, scilicet ob memoriale in generationes posterorum: Omnia quidem quæ tunc Iudæi memorialia esse constituerunt, lapidebus efferebant. Quod dilucidatur in duodecim lapidibus grandibus quos de alueo Iordanis trahens Israelitica turba in ripa Iordanis erexit duodecim tribuum memoriale in secula posterorum, vt patet Iosue quarto cap. Item hoc in lapidibus grandibus informibus, atque impolitis apparet, quos Deus in altum extruui, & calce liniri iussit, vt eis totum Moysi Deuteronomium inscriberetur memoriale seculorum. Item de impolitibus, & informibus lapidibus altare iussit constructui in introitu terræ promissionis, in montibus Garizim, & Ebal, in quo sacrificia victimarum, & pacifico rum tunc Domino immolarent. vt habetur Deuteronomij vigesimo septimo, quod postea, vt Deus iussit Iosue executus est in montibus Garizim, & Ebal, vt patet Iosue octauo cap. hi autem lapides ad nullum postea usum profuere, sed in memoriale posterorum remanere: fuit ergo circumcissio in cultris lapideis a Iosue celebrata non ob legis necessitatem, sed ob memoriale seculorum. Cur autem Iosue lapideis cultris hoc egerit, quod nunc, & alias ferreis cultris agebatur, diffusius super librum Iosue in cap. quinto dicemus. Item adhuc predicta confirmatur, quia cõceremoniæ veteris testamẽti, quæ nunc a Iudæis obseruatur, secundum eum modum obseruantur quo in lege obseruari iussa sunt: sed nunc Iudæi cultris lapideis præputia non refecant, sed ferreis gladijs præcidunt: sequitur igitur priores identidem gladijs ferreis amputasse. Iudæos autem obseruare nunc veteris testamẽti cõceremonias sicut Iudæi obseruari iussa sunt ex libris legalibus, in quibus de cõceremoniis agitur clare patet. Iudæi tamen non obseruant omnes cõceremonias, quæ in veteri testamento obseruari iubebantur, quia quædam totaliter quædam vero ex parte relinquunt: quæ autem ratio sit cur cõceremoniæ quædam totaliter, quædam autem ex parte abolitæ sint, super Exodum in 13. cap. diffuse egimus de quolibet cõceremoniali præcepto specialius agentes.

Cur Iosue non ferro, sed lapide circumciderit omnem Israel.

*Christus ferreo cultro fuit circumcissus. Cap. IX.*

**R**EDEVNTES ergo vnde discessimus, dicendum est, Christum cultro lapideo non fuisse circumcissum, sed potius ferreo cultro, sicut ceteri circumcidebantur, ibi tamen dolor nimius causatus est ex causis supra assignatis. Identidem sanguis benedicti Iesu ibi primò effusus est. quia in re quidã arbitrati sunt Dominum Iesum tunc inchoasse effundere sanguinem in pretium redemptionis nostræ. Quibus dicendum est, esse falsè opinatos: sanguis namque benedicti Iesu ideo in circumcissione effusus est, quia necessarium erat sic effundi si circumcidi deberet. Quilibet namque circumcissus sanguinem effundebat, Christus autem non vt nos ab hoste redimeret circumcissus est, sed vt Moysæ legis menturam impleret. Sic enim de se Mathæi quinto cap. professus est, scilicet. Nõ veni solvere legem, sed implere. Impleuit autem Christus in corpore iuo cunctas veteris legis cõceremonias, quibus vsque ad vnguem expletis noui testamẽti sacrificia auspiciata sunt. scilicet Eucharestiæ stupendum sacrum inchoatum est, post quod nostræ redemptionis actus, qui in Dñica passione complebantur, subsecuti sunt. Nequaquam igitur veritate subsistere potest sanguinem in Dñica effusum circumcissione saluãdo humano generi profuisse, si veteris legis cõceremonialibus iussis implendis effusus est.

F Quod



Circunci-  
sio iustiti-  
ta erat ad  
delectandam  
maculam  
originalē.

Quod si fortassis amplissime assumentes sanguinem F  
Dominici corporis in circuncisione effusum profuisse  
celebrandæ nostræ redemptioni, quia ipse sibi circuncisus non est, cum sibi prodesse nihil circuncisio poterat, cum ei nullum erat delictum peccatum: erat tamen circuncisio originali maculæ delendæ instituta, & hoc in singulis, qui circuncidebatur efficiebat. Si ergo circuncidebatur nobis circundebatur, scilicet nostræ redemptioni in tali sanguinis effusione profuturus. Huic responderi debet, hoc pacto uniuersos saluatoris actus nostræ profecisse salutem: nec enim horum quippiam, quæ gessit Christus, operatus foret nisi si nostræ celebranda redemptio hoc exegisset. In quo, & solida veritate conuincamur omnes Dominicos actus etiam cibum potumque sumpsisse, & similia. G  
operari, nostræ futuræ redemptioni profecisse, sed indirectè, profuturam, sola autem penalitatum perpessio, quæ in morte consumata est, nostram salutem indirectè confecit: hac enim sola redempti sumus etiam nullo alio intercedente.

De plagis agni, idest Christi Redemptoris nostri.  
Cap. X.

HIC quoque Dominicus agnus. Christus Iesus  
realiter plagas pertulit: nam præter ei illatos dolores cum collo funis colligatus est, in quo exclusis ambagibus in eo ob carnis teneritudinem, & propter Iudæorum impietatem non habentium viscera caritatis, duram impulsione vulnera subsecuta fuisse dicendum est, præter alas ei illatas, & capitis velati tusiones, in quibus si quod ei vulnus causaretur sub ambiguo penderet, multa verissima vulnera causata sunt in eius acerbissima flagellatione, in qua uniuersa corporis moles variis contorsis flagellis sanguinis riuulos exsudauit, uniuersalem corporis apertionem perpessa: sic enim ait Iſaias cap. 53. A planta pedis vsque ad verticem in eo non erat sanitas. In Christo quoque ven-

Ad qd im-  
pij Iudæi  
capiti Chri-  
sti sacratis-  
simo coro-  
nam appo-  
suerunt.

rissima vulnera inflicta sunt in spinarum punctione: durissima enim spinæ, aut ad osseam, aut ferream duriciem propinquantes infixæ, vsque ad craneum perforarunt: in quo de benedicto illo capite vberissime sanguis effluxit. Hoc autem in irrisionem impij fecere Iudæi: nam eum se regem compellasse ipsi acclamabant, quàm obrem sicut regis venerationis maximum insignium est corona, ita ei ob magnitudinem opprobrij corona quoque posita est: regibus enim ex auro, atque lapidibus præciosis coronæ apponuntur, in honorem, benedictio autem Iesu nostro in abiectionem de spinis durissimis corona complexa aculeis ad craneum vsque penetrantibus complexa est. Hoc omnium Euangelistarum testimoniis comprobatur, ut patet Matthæi vigesimo septimo, & Marci decimo quinto, & Lucæ vigesimo septimo, & Ioannis decimonono. Alia quoque corpori illi benedicto vulnera inflicta sunt: nam vtraque manus ferro durissimo, atque satis grosso transfixa ligno crucis affixa est. Sic enim vtrique affixum pendebat beatificum illud Saluatoris corpus his detentum clauis ne de alta cruce cotrueretur. Itidemque vulnera ei in pedibus irrogata sunt: ambo enim pedes Saluatoris, siue vnico clauo, ut quidam astruunt, siue vterque proprio clauo affixi sunt: in hoc quippe non multum attinet, sed potius maior videbatur confectus dolor si ambo pedes vnico transfixi clauo forent quàm si vterque suo clauo figeretur. Quod sic liquidatur: dolor enim ex diuisione continui sequitur: cum igitur maior in continuo diuisio facta fuerit maior, necessariò consequitur dolor iuxta regulam vulgatam Aristot. in secundo Topicorum: Sicut simpliciter, ad sim-

Dolor vn-  
de oriatur

pliciter, & magis magis, ita maxime ad maxime: sed vtroque Saluatoris pede simul vnico affixo clauo maior continui diuisio sequebatur quàm si alter altero, & alius alio figeretur: maior ergo dolor fuisset si ambo saluatoris pedes vnico clauo forarentur, quàm si vterque singulariter suo clauo esset affixus. Antecedens liquet nam transfixis ambobus pedibus Saluatoris vnico clauo pes, qui inferius esset locatus, acutiori, atque graciliori clauo parte foraretur: pes aut reliquo superpositus maiori grossiorique clauo parte transfossus esset, in quo necessarium erat amplius aperiri, ad ampliore autem aperturam maiorem sequi dolorem perspicuum est: horum tamen quocunq; dato, in Domino Iesu vtriusque pedis vulnera facta sunt. Item in Christo plura vulnera cõsuetata sunt, cum latus eius miles quidam lancea aperuit, & continuo fluxit sanguis & aqua: hoc tamen vltimò inflictum vulnus non ita propriè vulnus sicut cetera dicitur, quia mortuo Domino Iesu illatum est, ut omnes Euangelistæ testantur. Ad quid autem vulnus istud factum est responderi debet: ideo Deum permisisse corpus Domini Iesu vita defunctum in latere vulnerari, ut inde sanguis & aqua profuaret. Ad quid autem sanguis, & aqua de latere Christi in cruce dormientis profuaret, in expositione secundi metaphorici Paradoxi deseruimus super particulam. Qui videbatur. Hæc quoque particula de Christo secundum naturam diuinam exponi potest. Nam licet Deus secundum se vulnerari nequit, ut inferius differetur: iste tamen agnus Iesus Deus erat, quapropter necessarium erat, ut Deum vulneratum quoque confiteamur. Hic autem locutionis modus in sacra scriptura communicatio idiomatum appellatur, quo prædicata Deo conuenientia homini attribuuntur, & prædicata homini conuenientia de Deo prædicantur. Sic enim exemplificat Alexander in doctrinali in cap. de constructio ne manus Domini, quæ nos fecere, sunt crucifixæ. Ex prædictis inferitur qualiter particula ista, scilicet, q vulnerabatur intelligenda sit.

Major do-  
lor in Chri-  
sto erat, q  
vtrq; pes  
vno clauo  
affigeretur  
quàm si duo  
bus aliter,  
& aliter fi-  
geretur.

Cur vuln-  
eratum sit  
Christo iã  
mortuo.

Cõsuetatio  
idiomatũ.

Pars quarta metaphora tertia, s. Agnus non vulneratus.  
Cap. XI.

HVIVS tertij meraphorici Paradoxi particula  
quarta consequitur, scilicet qui non erat vulne-  
ratus. Hæc autem particula sicut in præcedentibus fa-  
cere soliti sumus de Christo secundum diuinam, &  
humanam naturam exponi posset, prior tamen sen-  
sus de natura diuina exponi duntaxat. Homo quippe  
Christus verissima vulnera pertulit: igitur non vul-  
neratus dici nequibat, nisi in aliquo speciali, atq; am-  
plissimo modo sumeretur. Modus aut dicendi Chri-  
stum hominem non vulneratum hic est, scilicet sicut  
in præcedentibus agebatur, volenti non sit fraus, nec  
iniuria: de penis quoq; idem censendum. De vulneri-  
bus autem quosdam sic arbitratos reor. scilicet qui inui-  
tus percussiones pertulerit, vulneratus sit, qui verò spon-  
taneus hoc subierit, non vulneratus esse dicitur: de ho-  
mine Christo sic fuit: nam non solum, ut Deum et  
vltro nemum subiisse mortem comprobamus, sed ut ve-  
rum hominem, & mortalem voluntariè mortem ample-  
xum confitemur. Dicem⁹ igitur Christum, ut hominem  
vulneribus non affectum: propriorem tñ sententiam  
insequentes hanc particulam de Christo, ut Deus est  
exponendam reor. Deus quippe nullatenus vulnera  
suscipere potest: nam cum vulnera alicui infligun-  
tur, dolor inde causatur, in Deo autem dolor nullus  
esse potest, nec igitur vulnera esse possunt. Dolorem  
autem in Deo non suscipi, sic manifestatur, quia  
dolor imperfectio quadam magna est: in Deo autē im-  
per-

Cur i Deo  
dolor iustici-  
pi nõ pot-  
est.

imperfectio nulla est, sed omnimodè perfectus est. A  
Item in doloribus constitutus perfecta felicitate non fru-  
itur, sed Deus totaliter felix, atque ipsa felicitas est, igitur  
in eo dolor nullus valebit. Constat autem hoc, quia  
felicitas est omnium bonorum plenitudo cum malo-  
rum quorumcunq; absentia. Sic videtur velle  
Boe. 3. de consolatione prosa 2. Item vulnus infligitur  
cum partes aliquæ sentientis corporis, aut aperiantur,  
aut amputantur: in Deo autem apertio, aut amputa-  
tio fieri nulla potest: igitur in Deo vulnera fieri impos-  
sibile est. Item vulnera quælibet infliguntur cum ali-  
quod agens extrinsecum agit in corpus sensituum,  
aliquibus instrumentis, hæc autem instrumenta qua-  
ritatiuam extensionem habentia semper sunt, & acu-  
tie, aut hebetudine figurata: nam indiuisibile in cor-  
pus actione nullam habet, sed Deus indiuisibilis est: B  
nulla igitur quantitativa res in eum aliquatenus age-  
re poterit, atque per hoc nec ei vllatenus vulnera infli-  
gentur. Item vulnus, & dolor semper diuisio conti-  
nuo efficiuntur: in Deo autem continuitas nulla est:  
quia continuitas in solo corpore est: Deus autem in-  
corporeus est, igitur nec continuitatem, nec vulnera  
habebit. Ex prædictis elicitur qualiter particula ista  
intelligi valeat, scilicet quod agnus iste non vulne-  
ratus erat.

Pars quinta metaphora tertia, scilicet. Agnus vociferans.  
Cap. XII.

Quo Chri-  
stus vocife-  
rauit.

QVINTA autem huius tertiæ metaphoræ par-  
ticula sequitur, scilicet vociferans, idest quod  
agnus iste vociferans erat. Et quia ut sæpe ap-  
pello, Christus Deus & homo est, secundum vtramq;  
in eo repertam naturam de eo exponi poterat aptius:  
ramen de eo, ut homo est exponitur: homo quidem  
Christus verè vociferabat. Quia in re aduertendum  
est, quod ad hoc ut quidquam voces formare possit,  
de Anima in cap. de voce. sola animalia vocant, licet  
quædam instrumenta vocare, idest formare voces vi-  
deantur, sicut cithara, quasi dicat ista non vocant, sed  
sonitum causant: Christus autem propriissime voces  
formare poterat, quia erat animal cum homo foret. D  
Item ut aliquid propriè voces formare possit, oportet  
organa vocalia habeat, quæ multa sunt, de quibus  
Aristot. in secundo de Anima cap. de voce.

Rationes probantes Christum plorasse secundum signum.

Cap. XIII.

QVOD autem Christus clamauerit, multipliciter  
patet. Primò quidem clamauit cum nat⁹ est,  
vocem ploratus aliis hominibus similem,  
emittens primam ex causis supra assignatis in secunda  
metaphorico Paradoxo. Item Christus plorauit in  
circuncisione: nam ibi stupendus dolor insecutus est,  
quem infantulus tenerrimus tam parua ætatis sine  
ploratu transire nequiret. De hoc autem doctor Se-  
raphicus, qui dicitur Bonaventura, in libro, quem fecit  
de vita Christi, dicens infantulum Christum ploran-  
tem, & Dominam virginem cum à planctu reuocantem.  
Aliquis tamen fortassis dicit sub ambiguo pendere,  
an Christus in circuncisione clamauerit: quia  
nullus hoc authenticus scripturæ locus prodit. Et licet  
in ceteris hominibus nullus tam tenerrimæ ætatis  
infans tam horrifera dolore sine magno vlulatu  
transire possit: in Christo tamen hoc conuenienter  
effici potuisset: ipse quippe Dominus Iesus tanta sapi-  
entia, atque prudentia præditus erat tempore, quo natus  
Alph. Toft. Parad.

est, quanta eo die, quo vita defunctus est, quantum in  
medijs temporis curriculis extitisset, & quantum nunc  
in celis sapiens est, verbum quidem in secunda Trini-  
tatis persona ab instanti conceptionis corpus, & ani-  
mam benedicti Iesu sibi personaliter vnians, eam ani-  
mam lumine illo æterno illustrauit, eam in onanibus  
faciens intelligentem æqualiter, ut nunc est. Nec  
enim de Christo quisquam confiteri debet, quod  
in addiscendo, aut intelligendo profecerit sicut ceteri  
hominum, ut qui rudissimi sunt quotidianis increm-  
entis proficiunt, licet beatus Lucas dicat cap. secundo, Ie-  
sus autem proficiebat scientia, & ætate apud Deum,  
& homines, quod qualiter exponendum sit, diffusius  
Deo dante dicitur cum ad eundem locum attigeri-  
mus. Si enim Christum quotidianis incrementis in  
sciendo adauctum fore fateamur, pleraque in conue-  
nientia sequerentur, de quibus in præsentia speculari  
non attinet. Ad propositum vnde digressi sumus re-  
deunt, quia puer iste Iesus tanta scientia, atque pru-  
dentia præditus erat die qua circuncisus est, sicut cum  
tricesimum annum agebat, & cum triginta annos na-  
tus foret, licet aliqui ei cruciatus infligerentur horrè-  
di, præ magnitudine prudentiæ, & fortitudine cordis  
viriles lachrymas compescere potuisset. Ita cum fo-  
ret octo dierum, quando circuncisus est, ut beatus Lu-  
cas refert, lachrymas compescere potuisset, nec quid-  
quam meroris turbido vultu pretendere. Huic autem  
respondendum, prædicta possibilia satis fore, scilicet  
quod infantulus Iesus in prædicto circuncisionis hor-  
rendo dolore à lachrymis abstinerit tam ex assigna-  
tis causis, quàm ex alijs. Dato etiam Christum tanta  
sapientiæ non fuisse die quo circuncisus est, quante  
fuit, & dolores quos facta inferebat circuncisio, ita  
horrendi forent, ut nec quisquam illos virorum sine  
grandi euulatu pertransire potuisset: quia cum iste in-  
fantulus Iesus Deus erat, scilicet verbo diuino vnitus,  
effecisset Deus, ut ex huius infantuli oculis lachrymæ  
nullæ prorumperent, voces nullæ clamosè sonarent,  
nec quidquam mestum, aut lugubre panderetur in  
vultu. Hæc tamen facta non sunt, quia fieri non ex-  
pediebat: aliquem enim infantilis, atque tenerrimæ  
ætatis tam immanem dolorem vllo sine clamore  
transire conditionem naturæ excedebat humanam: nõ  
circuncidentes Saluatorem nostrum cum inspicerent  
infantulum ætatis tam tenere in valido illo dolore nul-  
latenus lachrymari, stupidi cogitarent eum verum ho-  
minem non esse, nec corpus verum humanum assump-  
sisse: sed phantasmam corporis ex aere sumptum. Si-  
cut postea quidam heretici astruxerunt Dominum  
Iesum verum corpus non habuisse: aut opinarentur  
hoc monstrum aliquod magnum fore, quod eis ma-  
lum aliquod illaturum erat, aut saltem affuturum ma-  
lum protinus designaret: de hoc in prima particula  
metaphoræ primæ deseruimus. Hoc pacto Iudæi oc-  
casionem in Christum probra conijciendi habent,  
quod Deus non permetteret tali occasione concessa:  
Deus enim omnes has abstulit occasiones detra-  
hendi Christo, quæ rationabiliter auferri debuere,  
quod euidenter apparet in his, quæ supra deseruimus  
in secunda metaphora, scilicet quod Christus in se-  
mortis timorem ostenderit, quo eum verum ho-  
minem esse patefieret. Quod si fortassis paruulus  
Iesus in circuncisione non fleuisset, omnia assignata  
inconuenientia sequerentur: patet ergo puerum  
Iesum cum circuncideretur, lachrymatum quo infere-  
tur eum voces emisisse.

IDENTIDEM autem agnus iste, qui Christus erat, clamavit cum in templo cum Iudaeorum doctoribus, atque sapientibus disputavit: hoc autem factum est cum Christus duodecim annos natus foret. Quæstio autem quam tunc cum sapientibus illis ventilandam duxit, ut quidam satis excellentes asserunt fuit, an in lege promissus Messias advenisset, an de reliquo expectaretur futurus. Item clamavit cum virgini benedictæ respondit quærenti sub his verbis: fili, quid fecisti nobis? nam ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. At ille ait: Cur me quærebatis? nesciebatis enim, quod in his, quæ patris mei sunt oportet me esse? ut patet Lucæ secundo capit. Item agnus iste clamabat in prædicatione, exhortatione, vitiorum reprehensione, & generaliter in omni honesta confabulatione, hæc namque erant, ad quæ ipse peragenda missus erat. Sic patet Lucæ secundo capitu. nescitis enim quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Vocavit enim patris sui negocia prædicationem & disputationem, quod apparet, quia tunc de disputatione cum Iudæis acta sermonem agebat. Audita quoque vox huius agni fuit coram iudicibus suæ passionis, licet coram his parum. Audita quoque est in mortis eius perpeffione: in cruce enim Dominus Iesus quædam loquutus est, de quibus Matthæus vigesimo septimo cap. & Mar. decimo quinto, & Lucæ vigesimo quarto, & Ioan. decimo nono, & decimo octavo. Audita itidem fuit vox eius post beatam Resurrectionem: eis namque quibus resurgens apparebat, aliquid loquebatur, docuit quippe omnes discipulos suos post Resurrectionem, quid in uniuerso orbe post eius ad cælos Ascensionem facturi essent, ut patet in Marth. vigesimo octavo, & Marci decimo sexto, & Lucæ vigesimo quarto, & Ioan. vigesimo, & vigesimo primo. Ex his ergo infertur qualiter agnus iste voces emisit

Paras sexta metapho. tertia, scilicet. Agnus non clamabat. Cap. XV.

INSEQUENTIBVS nobis huius tertij Paradoxo ordinem consequentem particula quinta occurrit, scilicet. Et non clamabat. In quo aduertendum hanc particulam secus, quam præcedentem quintam particulam exponi posse, illa nempe sensum proprium insequentibus de agno isto Iesu, ut solum homo erat exponenda censetur: hic autem de Christo, tam ut homo, quam ut Deus est exponi potest. Primò autem eam de Christo homine exponentibus dicendum est, quod clamare in propriissima significatione acceptum hoc est, ut ingentes voces emittere signet, hæc autem contentionibus coaprantur, illi quippe, qui contendunt magis clamoribus concitantur. Cum enim ira incanduerit, rationis limites excedendum est, qua voce licet nostrarum accentus moderandi erant. In Christo autem contentiones has fuisse nullatenus cuiuslibet in patulo est: nulli enim hominum, aut verbo, aut opere offensionem ullam inferbat, qua eum in contentionem inflammaret, & si quisquam iniquitatis filius, aut verius ipsa iniquitas eum penitus iniuste agens sermone, aut opere grauiter molestasset, prorsus ac si elinguis foret obmutesceret: percutientibus, siue impropertantibus nullum rediturus sermonem. Sic ait Petrus in Canonica prima capit. tertio, de Christo inquis. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Has quoque verborum, aut operis contentiones Isaias à Christo distinetur, scilicet: Ecce puer meus, non

clamabit, nec contendet, nec audietur vox eius in plateis, calamum quassatum non conteret, & titionem fumigantem non extinguet. Item agnus iste in acerbissima passionis suæ doloribus non clamabat: sed isti cruciatus horrendi forent, ut in illis hanc iniuria quispian virorum quereretur: hoc autem Isaias capit. 53. exprimit dicens: Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tendente se obmutuit, & non aperuit os suum. Ex prælibatis inducitur qualiter agnus iste Iesus in grauibus corporis cruciatibus aliisque similibus non clamauerit.

Agnus, ut Deus non clamabat, & rationes huius. Cap. XVI.

AGNVS iste Christus Iesus, de quo consequens sermo trahitur, ut Deus, est non clamabat, Deus quippe clamare nequit: nam ad hoc, ut aliquid voces formare possit exigitur, ut illud animal sit, sola quippe animalia vocant, ut ait Aristot. in secundo de anima cap. de voce, licet quædam organa vocare videantur, ut cithara: Deus autem animal nequaquam est, igitur nec clamare potest. Minor autem sic constat, quia animal ex corpore & anima subsistit: Deus autem compositionem nullam habet, cum substantiæ simplicis sit, igitur nec clamat. Item si aliquid clamare debet, oportet ut vocalia organa habeat, de quibus Aristot. in secundo de anima in cap. de voce. Deus tamen organa hæc habere non potest, igitur nec clamare poterit. Instrumenta autem vocalia Deum non habere comprobatur, quoniam hæc vocandi organa corporea sunt: Deus autem nec corpus est, nec corpus habet, igitur vocalia organa non habet. Item si quid voce formatum est, necessarium est, ut aerem recipiat, atque illudat, sed Deus nec suscipere, nec illudare potest, igitur voces nullas formabit. Maior autem liquet: nam ut sonus causetur, tria corpora operant, scilicet duo corpora aequaliter solida, & aer: hæc enim se illidunt, & aer, qui inter ea medius suscipitur, vtriusque concussionem confringitur, & sic sonitus causatus est, aut saltem duo corpora exiguntur, quorum alterum solidum est, reliquum verò aer, ex quorum concussionem sonus efficitur. Ad vocis autem formationem organa exiguntur, in quibus vox formetur, scilicet ut aer recipiatur, & receptus subtilizetur, postea autem emittatur: Deum autem nullius aerei susceptionum esse patet, quia indiuisibilis est, aer autem extensam, atque ex hoc diuisibilem quantitatem obtinet: Deus igitur nec aerem recipere poterit, nec vocare. Aliquis forsitan dicet, Deum secundum seipsum vocare, id est voces formare non posse, quia indiuisibilis substantiæ est, cum tamen corpus aereum sumere, in quo varios conficiat sonos inconueniens nullum esse sicut, plerumque in veteri, & nouo testamento reperit. Hinc respondendum est, Deum vocare nullatenus posse. quia sicut per se ipsum vocare nequit: ita nec in assumpto corpore hoc efficit, Deus quippe corpus nullum assumere valet, in quo loquatur, aut quicquam motus agat, sicut in secunda metaphora super particula. Qui non audiebatur, prælibauimus. Cum verò in vtroque testamento loca aliqua reperimus, quæ Deum loqui, aut corpus assumpsisse probent, dicendum est, Deum horum nihil effecisse: sed singula angelis ministrantibus patrata fuisse, quod diffusus declarauimus in secundo Paradoxo super particulam. Quæ non audiebatur. Patet igitur ex prædictis qualiter agnus iste non auditus fuit.

Tria sunt necessaria ad sonum causandū.

IN prænominata 3. metapho. particula septima, qui patiebatur. Est autem aduertendum, quod agnus iste, qui Deus erat, erat verus homo, & dolores ceteraque passiones, ut alij homines suscipiebat. Sicut autem in prima metaphora disseruimus, omnes penalitates, quæ in nobis insurrexere, ex prothoplastorum culpa primaria prouenerunt, & qui ab eis descendunt necessariò has penalitates incurrunt. De Christo autem sic non erat, Christus quippe Deus erat, & potuisset Deus hominem illum assumptum, cuius corpus, & animam diuino verbo vnierat, immunem ab omni penalitate præseruare: sed sic efficere voluit potius humanæ naturæ conditionem accipiens, ut penalitatibus sicut ceteri hominum subiectus esset. Ratio autem qua Christus penalitates assumpsit fuit verus homo, omnes quippe humana conditione degentes hoc suscipiunt: si igitur nullam horum assumpsisset, nec verus homo putaretur. Itè non erat vilo modo conueniens Christum fuisse impassibilem, intentio nempe incarnati filij Dei fuit, ut in carne nostra vitia nostra deleteret, penas nostri sceleris eluendo: si fortassis autem impassibilitatem assumpsisset, nos ut decreuerat redimere suis penalitatibus nequiuisset: oportebat ergo in carnatum verbum in carne sua humanas penalitates assumeret.

Ratio cur Christus penas assumpsit.

Passiones bifariam secantur.

Cap. XVIII.

NVNC quoque, vltius considerandum est passiones diuidi. In passiones, quæ sola imaginatione originem habent, & in passiones, quæ realiter ab aliquo agente extrinseco insiguntur. Est autem passio inceptu, cum quispiam sola terribilium apprehensione, aut solius mali imaginatione torquetur, etiam si horum nihil actu perferre videatur. Ex hac tamen imaginaria passione verus innascitur dolor, qui licet ille non sit, qui creditur, aut speratur, alium tamen quempiam pululare firmis sententiis, atque experimentis non ambiguis comprobatur. Huius quidem signum est, cum quisquam magnarum curarum mole deprimitur hac tota corporis magnitudo affigitur, & corpore exsiccat amarissima morte interdum homo consumitur. Sic ait Salomon in Proverbiis. Animus gaudens floridam facit ætatem, spiritus tristis desiccatur ossa, hoc autem in cunctis futuri mali expectationibus, si magna mole mentem opprimant, euenire liquet. Sed adhuc firmior est hæc sententia, cum quid quasi nobis molestum expectemus, quod cognoscimus notissimè euenturum, hæc namque curæ, ut præsentibus affligunt dolores, & sæpissime veram mortem inducunt. In somniorum autem visione imaginaria hoc euidenter patet: cum enim quis tristitiam visorum per somnum imagine detinetur, interdum ita verè affigitur ac præsentia eum vrgerent mala, quo fit, ut qui talia videt, afflictiuo operiatur sudore. Fit quoque identidem, ut qui talia viderit ad veram mestitiam prouocatus, cum commotum passionum turba eum non sentientem introrsus affligit, veris lachrymis exundare cogatur. Interdum autem præmentis afflictione tantum excutitur malum, ut qui somno validissimo detinetur, cum eum imaginaria repentina mala, cient. repentino patuore concussus quali de morte expersicere compellatur. Aliæ autem passiones sunt, quas realiter toleramus, cum quispiam ab aliquo agente extrinseco illarum malum profert. Omnes has passionum formas

Alph. Toft. Parad.

in se Christus tolerauit. Primò quippe mentalibus, aut potius imaginarijs passionibus premebatur, quia licet in eum ab extrinseco mali inferetur nihil, sola tamen interior imaginationis commotio eum ad veros compellebat dolores, ut fortassis sic magis quam quibusdam realibus passionibus afficeretur. Christus quippe cum verus Deus esset, omnia quæ futura erant cognouerat antequam fierent quo fit ut cuncta, quæ in corpore suo toleraturus erat præuidisset. Cum hic super hæc cogitans vertebatur, eum affligi nimis necesse erat: hic autem afflictio in eo quam in ceteris hominibus durior erat, alij quippe quamquam interdum ingruentium nondum malorum imaginatione torqueantur, ea tamen aliquomodo sibi certissimè euentura non vident, non igitur tam acris contorquentur. Christus autem non solum mala futura præstolari notum erat: sed illa ut certissima illum expectare. Ipse quippe per singula mala ei euentura etiam ad minutias, vique præuiderat: maiorem igitur illi tortionem in esse oportebat, quam ceteris, qui ea duntaxat, ut futura nondum certa præstolantur. Hoc autem cunctos inspiciendo liquet, sic in omnibus cernimus, ut si quisquam certa mala sibi affutura præuiderit, maiori torqueatur acerbitate, quàm si aliqua non sibi certa mala expectaret. Item adhuc in Christo specialius aliud quoddam erat, quo eum adhuc acris vrgeri malis necesse erat: nam & si quempiam cruciatus toleraturum, aut mortis angustias subiturum certa præuisione fateamur, non tamen distinctè cognouit quantum ei dolor affurget in ea, quam operitur perpeffione malorum, aut mortis examine: ideo eum in vltimo gradu doloris affici necesse est. Christus autem non solum mala per singulum euentura mortemque præuiderat: sed etiam quanta penalitatis acerbitate affligendus foret certissimè præcognouerat, aliàs quippe eum cuncta non cognoscere in patulo erat, quo fit ut hæc imaginaria apprehensio ineffimabiliter super ceteras curarum moles afflictiuua sit. Ita ut nihil quantumcunque horridum, atque difficile aliorum imaginatione comprehensum huic adæquari queat.

Quæ erat causa præcipua doloris in Christo.

Christus cruciatus sibi affuturos minime cogitabat.

Cap. XIX.

HIC autem de quo sermonem agimus, benedictus homo Christus: licet omnia mala, quæ toleraturus erat certissima comprehensione si affutura præuidisset, super ea tamen assidua, aut frequenti cogitatione nequaquam vertebatur. Si fortassis hæc, quæ cognouerat quotidiana consideratione reuolueret nullus ei infelicior, aut ut minus loquamur dolorum toleratio in uniuerso repertus vnquam foret. etiam eum paucissimis viuere diebus nisi supernaturaliter id fieret oportebat. Hoc euidenti illatione inducitur: in omnibus quippe, quas mente concipere possumus imaginationibus afflictiuis, quæ aciori torqueat cruciatu reperiri vlla nequit quam hæc, quæ Domino Iesu esse concessa est, scilicet ut omnes per singulum ei futuros cruciatus præcognosceret, & quantum ex singulis affligendus erat præuideret, necessarium igitur erat eum inestimabiliter super qualibet quantalibet vrgentium curarum mole depressum torqueri. Hoc pacto cunctis afflictis afflictior, atque si fas esset cunctis miserandis miserabiliorem occasione penarum fateremur: sed miserum de Christo concedere fas non est. Prædicta autem liquidantur, omnes quippe in magnis cogitationum molibus degentes breues vite metas habent, atque eas non nisi toto corpore destituti, atque penè desiccati adipiscuntur: in Christo ta-

F 3 men

In magnis cogitationibus de gentes cito moritur.

Expositio verborum Christi in horro orationis.

men curas afflictiores cunctis mortalium curarum modis esse perspicuum erat, eum igitur brevissimis vitæ metis consumari oportebat. Ea autem, quæ propo- sitionibus manifestissimo adhuc comprobantur argu- mento: ingruente sequidem tempore Dominicæ pas- sionis dignatus est, in se passionem illam scire, qua af- futurorum sibi de proximo malorum, atque ex hoc ingruentium viuar præsentaretur effigies, in qua tan- ta penali accerbitate eum contorsum scimus, vt instā- tissimè clemētissimum patrem exorauerit in hæc ver- ba: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste, idest ò pater benedicite tantis mortis huius ingruentis angō- ribus premor, vt prorsus mihi intolerabilis videatur, ideo si fieri vllō modo potest rogo, vt transeat à me horri- fieri iste cruciatus. Succedentibus autem huius afflictivæ cogitationis incrementis, & Christo proli- xius orante, tanta in tra Christum consistantium pro- passionū ciebat pugna, vt sanguinei humoris vber- rime guttas exsudauerit toto corpore madefactus. Hæc autem a sæculis in nullo hominum sola præmæ- tis curæ contorsione secuta didicimus. Nullus igitur hominum ita horrendas afflictivæ acriter passio- nes in imagine habuit, vt benedictus homo ille Iesus. Sicut igitur hanc horrificam imaginationem ingruē- te tempore passionis habuit, & ea cunctis hominibus horribilius torquebatur conformi sententia, consen- tiendum est, vt si hic tora suæ vitæ tempore in eo mā- sisset, futurorū sibi malorum cogitatio omnium ho- minum afflictior fuisset in terribilib⁹ amaritudinibus H tota degens vitæ meta. Hoc autem concedi ratio nul- la manifestat, sed potius dissonum est, non ergo sem- per sic animo futura mala cogitatione voluebat per- nigili.

Scire aliquid potest secundum habitum aut in actuali speculatione. Cap. XX.

I V X T A Aristo. igitur sententiam in his dicendū erit in septimo Etorum in cap. de syllogismo in continēter, scilicet scire enim dupliciter arbitramur, aut scire quidem secundū habitum, aut scire in actuali speculatione. Secundū habitum scire dicimur, cum aliqua perfecte intellectu cōprehendimus, quo- rum clara in nobis, atq; firma notio manet, & actualiter non intelligimus, sed cum voluerimus intelligē- di in actu facultas nobis est habitualiter scire dicimur, habitus equidem est, aliqua in intellectu impressio dif- ficulter mobilis à subiecto, vt si quis in dialecticis, aut physicis, astrologicisue intelligens satis est, nec tamē actualiter considerat. Sed dormit, cibum sumit, aut potum, aut circa alia sermonem agit, sed ei cum vo- luerit in Dialecticis, aut Astrologicis intelligere actua- liter promptum est, dicimus secundum habitum Dia- lecticam, aut Philosophiam, Astrologiamue intelligen- re. Alius autem intelligendi modus est, cum quis- piam circa aliqua actualiter speculatur, vt si quis actua- liter in Dialecticis disputet, aut speculetur. Identidē K autem in Phisicis, aut mathematicis est. Ita igitur in homine Christo erat, habitualiter quippe cognouerat quanti ei cruciatus affuturi essent, & quā acrius in quolibet horum affligendus foret, hoc autem homo Christus cognoscebat, quia verbum illum ad personē, aut hypostasis vnitatem assumpserat, animæ illius be- nedictæ cuncta, quæ in vniuerso futura erant reuela- bat. Homo tamen Christus hic, quæ habitualiter scie- bat, non assidua cogitatione voluebat: sicuti in nobis est, qui non omnia, quæ scimus actualiter contempla- mur. Hæc tamen tunc intra se voluebat cum illa co- gitare dignabatur, atque id agere dicens erat, veluti cū vidente tempore passionis omnia super se ventura...

mala, & doloris quantitatem reduxit ad mentem. Ex prælibatis igitur euidenter patet qualiter, & quas Chri- stus passiones in comprehensione imaginaria solum pertulerit.

De alio passionum genere. Cap. XXI.

ALIVD autem passionum genus est, quæ ab exteriori agente patienti insiguntur. Has identidem Christus tolerandas suscepit ex assignatis supra rationibus, alioquin etiam nos congrue, vt de- creuerat, redimere nequiuisset, quoniam penaltati- bus suis nos redimendo statuerat. In hac autem ali- qui non modicum dubitationis habent, quas passio- nes, aut lāgores in Christo fuisse profiteri debeamus. Aliqui enim Christum scabiem, impetiginem, vlce- ra, & pediculos habuisse, aut saltem, sicut quem- piam hominum habere potuisse astruunt, & in si- mili de alijs ambiguitate confunduntur. Quod vt integre diferentes solida sententia diffinitum sit ad- uertendū est, quod passiones, quæ in hominibus cau- santur, dupliciter euenire necessariò est, aut ex çditi- one naturæ humanæ, aut ex conditione indiuidui ob- malitiam, aut inordinationem complexionis. Passio- nes autem, quæ homines afficiunt humanam conse- quentes conditionem, Christum pari afficere modo erat, quippe verus homo Christus, qua ex re omnia- consequentia humanam speciem in eo sequi necesse erat. Ea autem, quæ ex conditione indiuidui, ob in- ordinatam complexionem in hominibus consequun- tur, in Christo nullatenus fuisse arbitrato dignum est, ipse quippe ordinatiorem, atque temperatiorem cō- plexionem cunctis mortalibus habuit. Fuit nempe de quinta mixtione solus sicut Albert. magnus theu- tonicus in sua parua physica descripsit, quem alij quo- q; cōsequuntur doctores: in eo igitur ægritudines ob- malitiam cōplexionis non fuisse patet. Horum autem exemplum est: fuit quippe in Christo fames, est. n. fa- mes cum stomacho vacuo, aut euacuato digerendū nihil manet: tunc. n. appetitus cibi sequetur ad cōser- uationem humidū radicalis, & calidi naturalis, fames igitur passio est: qua habens patitur, atq; torquetur, q̄ indiuidui çditiōnem, aut inordinatam cōplexionem non consequitur, sed naturale conditionem. Homo equidem animal est, qđ alimento in cibo, & potu nutri- tur, & permanet: fames autem est appetitus causa- tus, cū in stomacho digerendum quidquam defuerit, conditionem igitur speciei humanæ famis passio cō- sequetur, non indiuidui complexionem. Christus au- tem homo verus concessus, in eo igitur cuncta, quæ speciem consequuntur humanæ consequi oportebat, nec quisquam dicere poterit famem passionem indi- uidui cōditionem consequi: sed potius è conuerso. Cū. n. homo constitutæ naturæ est, in perfecta sani- tate, tunc fame afficitur temporibus, quibus cōgruit: ille tamen, qui aut cōplexionis male est, aut actualiter indispositæ, non ita fame torqueri solet, in eo quippe naturalis calor deficit, aut magna superfluitatum con- geries indigestarum est. Inducitur igitur famē Chri- stum affecisse, nec hanc, vt pote conditionem conse- quentem indiuidui, scilicet complexionis peruersita- tem, sed naturalem potius conditionem. Idem vt ap- paret Matth. 4. cap. 1. Cū ieiunasset quadraginta die- bus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, quod ve- rissime Christum fame affectum prodit.

Christus fuit solus ex quinta mixtione.

Christus veram sitim passus est.

Sitis quid sit.

De siti quam Christus passus est.

Cap. XXII.

I P S V M quoque sitim tolerasse perspicuum est, sicut enim famem sic sitim tolerasse profiteri de- bebimus: corpora nanque humana ceterorumque in id perfectorum animalium cibo, potuque nutriuntur eorumq; alterum sine altero animalis vitam diutius conservare nequit, oportet igitur, vt quodlibet ani- malium vtroque alatur, atq; eo indigens sit. Et sicut fames est appetitus calidi, & sicci, scilicet appetitus cibi: ita sitis est appetitus humidū, & frigidū, aut hu- midū, & calidū sicut est potus desiderium. Sicut igitur fames passio est cunctas animalium species conse- quens, ita, & sitis passio easdem consequetur cunctas: Christus autem animal verè erat, eum igitur affectū siti profiteri necesse est. Idem omnium euangelista- rum clarissimis testimonijs comprobatur, scilicet q̄ Christus in cruce pendens paulo antequam ab ista lu- ce discederet, dixit sitio, idest patior sitim. Hoc au- tem licet quidam in alegorico exponētēs sensu Chri- stum sitiuisse animarum salutem dicant, sic quippe Michæas in quodam loco testatus est, dicens: Emit- tam in diebus illis famem, non famem panis, sed fa- mem verbi Dei: in sensu tamen historico, aut litera- li, quæ scripturarum fundamentum quoddam est, & qui præsupponendus semper, quoniam iuxta Aristot. in metaphōris non est arguere, exponendum esse cō- seo de Christi vera siti corporea. Hoc autem sic liqui- datur: nam cum sitis sit appetitus frigidū, & humidū, aut calidū, & humidū: cum istud defuerit, sitim in ani- mali sequi necessarium est: sed in Christo humidum, & frigidum defecisse quantitas temporis prodit, verè igitur sitiebat. Patet antecedens, quia Christus po- tum non sumperat ex eo tempore, quo cum discipu- lis suis cenam degustauit extremam, scilicet quinta fe- ria, cum occubisset sol, in qua, & ipse profectus est, non bibam amplius vobiscum de hoc germine vitis, donec bibam illud vobiscum nouum, in regno patris mei: vt habetur Mat. 26. cap. Cū autem hæc verba siti exprimentia dixit, erat ferè hora iam nona ferie sextæ parasceue, cum Redemptor noster vita defun- ctus est. Item ex fatigatione, & labore sitis conficitur: sed in tormentis Christus nimis laborauerat, eum igitur siti affectum fuisse satis perspicuum est: has autem tangit rationes Seraphicus doctor, qui dicitur Bona- uentura in libro, quem stimulum vocauit amoris. Præ- ter has autem aliæ sunt adhuc magis in fundamento rationes, scilicet quod Christus præ magnitudine cru- ciatum sanguine prorsus exinanitus erat factis in cor- pore suo tantis, atque creberrimis confossuris, quales flagellorum plagæ, clauorum fixuræ, spinarum punctu- ræ in pedibus manibusque, atq; capite verendo Chri- sti factæ sunt, Dominicæ enim lateris apertura lancea militis nescio cuius facta nõdum extiterat, hoc autem cum Saluator accubisset, factum est: quotiescunque autem corp⁹ aliquo euacuatur humore, sitis sequitur: oportebat igitur in Christo sitim sequi nec quilibet, sed magnam valde. Hoc autem liquet: nam cum- homo quispiam medicorum arte aliquo replente le- uatur, atque plenè purgatur humore, magna in eo re- linquitur sitis. Si igitur euacuato illo innaturali hu- more, atque corporis nimis nociuo, sequitur tanta si- tis, quanto maiorem sequi necesse erit, cum corpus conaturali humore, in quo magis corporis vita fun- datur, & qui quantitatis maioris est, euacuatur? Hu- ius autem sanguis est in Christo, igitur sitim magnā consecutam fuisse tunc in passione claret. Item hoc adhuc ex consequentibus liquet. Cū enim redem-

Alph. Toft. Parad.

A ptor in limine mortis appositus se sitire proclamaf- set, qui altabant ex ministris mortis huius spongiam aceto plenam, cui sel admixtum erat, arundini im- ponentes benedicto ori Domini Iesu epotandam ap- plicuere; ipse autem licet satis sua torqueretur siti, cū tamen ita amarissimum comperisset, vt ibidem sub- iungitur: Cū gustasset noluit bibere, idest cū ei⁹ inter palatum experiretur saporem, quod gustare est, illud non deglutiuit, quod bibere Euangelista appel- lauit. Si tamen Christus solam sitim animarum salu- tis pati expressisset, atque hanc solam pateretur, non deglutisset in palato illius potus saporem, qui saluti ani- marum exprimendæ nihil attinebat. Euidēt ex præ- dictis illatum est vera Christus aliquo modo siti affe- ctum extitisse.

Christus frigora passus est, & æstus.

Cap. XXIII.

A M P L I V S autem Christus frigora tolerauit, & feruente temporis çstu perustus est, ab his quippe passibilis fuit, & passus est. Nec quidem hæc ei indiuidui conditio attulit, aut complexionis indi- gesta intemperies, sed speciei conditio naturalis, calor quippe, & frigus potentia tactiuar obiecta sunt, oportet igitur ea frigus, atque calorem pati, quæ po- tentia tactiua informata fuit: Christus autem verè po- tentiam tactiuam habuit, cum non phantasticum, animal esset: igitur frigora, & æstus magna eum pas- sione tolerasse liquet. Hoc autem animalis naturam secundum se consequitur, & non indiuiduorum cō- plexiones aliqua nempe animalis indiuidua, in qui- busdam speciebus propter esse inclinata ad alterā con- trarietatis extremitatem, in potētia tactiua omnia hæc contrarietatis extrema non sentiunt, scilicet quod animalia quædam sunt, quæ frigiditatem, aut nulla- tenus patiantur, aut ab ea, quantacunque sit, valde leuiter immutentur. Hoc autem, quia complexio sua aquatica est ad extremitatē frigiditatis declinans, quod autem frigidum est, à frigido pati non est, quia ad actionem alterius in alterum requiritur: à principio dissimilitudo, & inæqualitas, à proportione autem æqualitatis non prouenit actio, nec motus caulatur vllus, quæ enim prorsus similia sunt, actionem, & rea- ctionem nullam habent, terminus tamen actionis cū perfecta fuerit, est similitudo agentis ad passum. Alia autem animalia ad caloris extremitatem inclinata sunt, quàm ob rem calorem nullatenus sentiunt: aut illum leuiter patiunt, sicut est de illo mōstro inter ani- malia, quod Salamandram maiorem vocauit aucto- ritas. Hæc equidem in medijs ignibus viuunt, & cum pellis eius aliqua fece polluta purgari debet eo pacto, quo cetera aquaticus abluat humor, hæc valido ignis calore purgatur. Hoc tamen moderandum est: nec enim semper Salamandra medijs in ignibus viuunt, sed eos diutius quam cetera animalia perfert: humanæ autem naturæ complexio, quia omnium comple- xionum temperatissima est, ad nullam contrarieta- tis extremitatem declinat, medium obtinens inter cū- ctas. Euenit igitur ex naturali conditione humanæ speciei, homines singulos calorem, & frigus poten- tia tactiua experiri. Christus igitur calorem, atque frigora, quia hæc humanæ naturæ adiecta sunt, fuisse perpeffum liquet.

De Sala- mandra.

De

F 4 Christus



Christus corporis lassitudines passus est. Cap. XXIIII.

RECEPIT autem preter hoc Christus Iesus fatigationis passiones: frequenter enim in viarum progressu lassabatur, atque ab inde fessus residebat. In quorundam quoque aliarum rerum operatione lassabatur, sicut ceteris hominibus fatigatio enenire solet. Fatigatio nempe in solis potentijs finitis corporeis organicis actiuis effici potest. In potentijs autem dicitur, quia quod nec potentia est, nec potentiam habet, fatigari nequaquam valet, sicut lapides, ligna, & ferrum fatigari nequeunt: nullum autem horum, aut potentia est, aut potentiam ullam saltem habet.

Fatigatio in quibus fit.

Potentia corporea tantum dici potest.

Amplius autem fatigationem potentijs finitis sequi dicitur, potentia quippe infinita fatigabilis non est: nihil enim maius, a quo fatigari queat habet, actio autem appositione maiorum virium conficitur. Vt rursus autem potentia corporea dicitur non quidem, quod potentia illa, aut corpus sit, aut corporis pars: sed quia ipsa in corpore est, & corporis virtus est, quam ob causam intellectus noster, atque voluntas infatigabilia sunt. Intellectus nempe noster nulli corporis parti colligatus est, nec est virtus corporis, aut corporaliu[m] partium consequens complexionem, quo fit, ut quantumcumque actui speculandi insistamus, fatigatione deprimamur nulla: sed potius cum diutius intellectio[n]is operam dederimus, maiori ad intelligendum succendimur desiderio. Homines itidem, qui acutiores ingenio sunt, & secundum habitum sapientiores in speculando vltius delectantur.

An intellectus speculando fatigetur. Cap. XXV.

FORTASSIS autem quispiam in hoc molietur incutere. s. q. homines speculando, aut alijs quibus vis intellectus actibus operam tribuendo lassantur, atque eos interdum horum tedium torquet, veluti si magnis corporeis laboribus virgerentur, & velocius hominum quidam his occupationibus, quam corporeis actionibus fatigantur. Infertur igitur intellectum esse fatigabilem potentiam, atque lassari frequentius. Huic respondendum est, intellectum in actu suo posse nullatenus fatigari, sed si interdum homo lassetur, aut debilitetur speculando, aut quoslibet intellectio[n]is actus habendo, non ideo euenire, quia intellectiua potentia fatigabilis sit, sed quia organice potentie fatigantur. s. phantastica vis, ista quippe corporea est, de qua infra abundantius diseretur. Actus autem intellectus sunt pre-suppositis actibus phantasiae intellectus quidem intellectio[n]em actualem causare nequit, nisi cum potentia phantastica super species in phantastica cella manentes actualiter conuertatur: sic videtur sentire Aristo. 3. de Anima, cum ait: Oportet intelligentem circa fantasmata speculari. Cum igitur potentia phantastica defatigata fuerit eo modo quo inferius diseretur, operationi suae opera dare nequit, & quia operatio intellectus nulla, nisi phantasia conuersa super species phantasticas procedere potest, necessarium est, ut interdum homo intelligendo lassetur, quamquam intellectum quouis fatigari modo impossibile esse perspicuum est. Identidem autem de volitiua potentia differendum reor: licet enim multa voluerimus, volendo tamen nequaquam lassari poterimus, quoniam volitiua potentia fatigabilis nullatenus est. Nec enim homo frequenter fatigatione vrgetur volens, sicut intelligens, quoniam ad actus potentie volitiue non est necessaria conuersio actualis potentie phantasticae super phantasticas species, sicut in actu intelligendi pre-exigitur. Et si fortassis quisquam in actibus volitionis conuersionem super phantasticas species co-

Vnde fit, qd homo speculando fatigetur.

An potentia volitiua lassari possit.

xigi dicat, quia volitio non pre-existente intellectu nulla fit, ad intellectum autem requiritur conuersio super phantasmata ad volitionem, ergo identidem conuersio super phantasmata fiet, quam ob rem confimilis in volitione defatigatio consequitur. Huic respondendum est, quod cum intellectu sit, semper actualem conuersionem ad phantasmata esse oportet, in quo versari intelligentem necesse est, sed cum quisquam vult non oportet esse continuam conuersionem, quoniam licet cognitione non precedente volitio nulla sequatur, tamen cum semel quisquam aliquid eligendum esse censuerit, voluntas in illud eligendo fertur, nec pro illo continuato actu oportet esse vltiorem intellectio[n]em, & consequenter nec conuersionem super phantasticas species ad quam lassabatur intelligens: non igitur aequae in volitione, sicut in intellectu ne phantasia organum fatigatur. Dicendum igitur, quod sicut cum faber quisquam, ut dictum organa operatiua. s. instrumenta parata non habet, operari nequit quamquam habitus artis ei facultas sit, & manusque suffragetur: identidem, quia intellectus ad operationem suam actus phantasticae potentie coexigit, cum phantastica potentia fatigata, aut impedita fuerint, intellectus intelligere non valebit.

De eadem re superiori. Cap. XXVI.

ITEM vltius in predicta assignatione dicebatur, quod potentia organica foret. s. q. in aliqua corporis parte assignata esset, & q. membrum requireret determinatum in figura, & complexione iuxta qualitatem potentie organice. Hoc pacto potentiam organicam visiuam dicimus, auditiuam quoque, odoratiuam, gustatiuam, & similes harum, nempe quaecumque determinatam corporis partem in figura, & complexione coexigit. Oculum namque potentie visive organum est, & determinatam figuram habet differentem a figuris ceterorum organorum, qualitas quoque, eidem differens inest, quoniam oculus aquaticae complexionis est. Auditiuam autem potentiam aures tanquam organum habet, & illud in figura ab oculis ceterisque organo differens est, qualitas quoque eidem diuersa inest: quoniam aures complexionis aereae subtilis sunt. Nec quidem hoc ad ipsas aures, quae chartilaginosa membra sunt, referendum est: sed ad organum ipsum auditivae potentie, quod pellicula conaturalis aeris est. Odoratiua autem potentia organum vtraque naris, quae in figura a ceteris organicis membris distincta pater, qualitas quoque ei similis cum ceteris non est, nempe complexionis aereae grossae. De alijs in idem potentijs sensitiuis similiter sentiendum reor in distinctione, atque assignatione organorum. Dicitur autem hanc potentiam organicam esse: quia cum potentia non organica nullo modo sit fatigabilis, potentia non organica est: quae vllam corporis partem sibi determinat in figura, & qualitate a ceteris differente, in qua duraxat sedem habuit, & in qua aut per operetur vult potentia digestiua, attractiua, expulsiua, generatiua, nulla nempe harum corporis aliquid partem, tanquam organum exigit, in quo operetur: ideo in actibus suis harum lassatur nulla. Digestiua quippe potentia in nobis, aut in ceteris animalibus fatigari nequit: nihil enim magis lassati sumus, cum digerere finierimus, quam cum digerere inchoauerimus. Non est enim in alijs sic, vel in potentia motiua equidem lassamur magis cum vnus leucae spacium confecerimus, quam cum illud metiri inchoauerimus. Identidem autem appetitiua potentia in desiderando, quae animali conueniunt non lassatur. Idem de expulsiua, de generatiua quoque idem censendum est. In organicis igitur potentijs dumtaxat sequitur fatigatio.

Quadam

Quaedam his aguntur de potentijs. Cap. XXVII.

AMPLIUS autem in predicta assignatione dicebatur, quod potentia actiua foret in potentijs quippe passiuas fatigatio nulla est, quia fatigatio in actione, & motu est, sed passiuas potentie actionis instrumenta non sunt, sed passionis. In quo aduertendum, quod potentiarum quaedam actiuae, quaedam passiuas sunt. Ad quarum distinctionem sciendum potentias actiuas eas esse, quae subiectum immutent, & a subiectis minimè patiantur, aut immutentur: potentiae vero passiuas sunt, quas subiecta immutant, & ab eis nullatenus immutantur substantia. Huius autem exemplum patet in potentia digestiua: potentia quippe digestiua obiectum alimentum est, quia cibus, & potus, hoc autem potentiam non alterat digestiuam, sed a digestiua potius alteratur: alimentum enim antea panis, & vinum erat, deinde virtute digestiuae potentiae caro efficitur alterando. de quo Aristot. in secundo de Generatione, & corruptione. De potentia quoque expulsiua idem constat a suo namque non immutatur obiecto, est quippe huius obiectum superfluum in digestionibus non conueniens aliquatenus animal, quod a potentia expulsiua immutatur, quia ab ipsa a corpore expellitur, & ipsa ab illo non immutatur, sed potius e contrario. Est autem potentia generatiua obiectum ipsum quod generandum est: habet autem generatiua potentia actionem super semetipsum decidendo, alterando, & organizando quousque animal perfectum sit. Sic igitur a suo obiecto non mutatur, sed potius ipsum mutat obiectum. De his igitur. s. de appetitiua, expulsiua, attractiua, digestiua, generatiua potentijs dicendum est. s. q. potentiae actiuae, & non passiuas sunt.

Potentia passiuas, qua sit. Cap. XXVIII.

SUNT autem potentiae passiuas, quae ipsa obiecta non immutant, sed ab ipsis potius immutantur. Sic enim potentia visiuas, auditiuas, odoratiuas, gustatiuas, & tactiuas sunt: omnes has quippe a substantijs immutari, eas vero aliquatenus non immutare subiectum patet. Quod in visiuas autem potentia hoc notum est, de eius quidem obiectum color, aut lux est: hoc autem a potentia visiuas non mutatur: sic enim lux, aut color se habent cum non videntur, sicut cum videntur. Color autem, aut lux visiuas immutat potentiam. Nam cum nihil videmus, potentia visiuas nullo modo mutatur. Cum vero aliquid intuemur, potentia visiuas immutatur ad aliquam speciem coloris, ea quippe coloris specie actuatur, qua antea non actuabatur, quoniam in organo visus species visibilis receptoratur. Auditiuas autem potentiae sonus obiectum ita se habet cum non auditur, sicut cum auditur, auditiuas tamen potentia ab obiecto immutatur: nam sicut sonus sit species soni, aut sonus ipse in aure est, quo interdum dolor sequitur, & paucor, stuporq; incutitur, cum vox fortiter sonans est. Identidem autem potentia odoratiua, gustatiua, atque tactiua obiectum ipsum non immutant, sed ab obiecto potius immutant. Has igitur quinque sensitiuas potentias passiuas esse constat.

Potentia sensitiuas interiorum organorum. Cap. XXIX.

IDENTIDEM autem de potentijs sensitiuis interiorum organorum dicendum est. s. q. potentiae passiuas sunt. s. sensus communis, imaginatiua, phantasia, memoria, & aestimatiua. Sunt hic quinque diuersae potentie organicae, quae omnes in cerebro sunt,

cellulas quaedam intra craneum habentes pro organis. Haec autem potentiae passiuas sunt abinuicem ex obiectis distinctionem sortitae nullam species quippe per exteriorum sensuum organa susceptae in hanc quolibet potius sunt. s. vt omnes species visu, auditu, odoratu, gustu, tactu apprehensae in sensu communi sunt eademq; omnes in imaginatiua cellula. Identidem omnes in phantastico organo aestimatiua autem omnes, & in memoratiua omnes sunt. Haec tamen species potentiarum suis actibus differunt: non enim idem circa susceptam speciem sensus communis operatur, quod imaginatiua potentia: nec etiam imaginatiua, quod phantastica: nec identidem phantastica, quod aestimatiua. Memoratiua autem, & aestimatiua actus differre cuilibet notum satis est: qui autem cuiuslibet harum actus proprii sunt, praesentis speculationis non est, hoc ad secundum de anima pertinere dignoscitur: omnes autem haec interiores potentiae passiuas sunt, quia sunt receptiuae, quaelibet namque receptiua potentia passiuas est: quia recipit, & immutatur ab eo, quod recipit. Ex predictis autem infertur potentiam auditiuam, visiuam, gustatiuam, odoratiuam, tactiuam in actibus suis infatigabiles esse: quia actiuae non sunt. Sic habetur Ecclesiastes 5. cap. Oculus non satiabitur visu, nec auris auditu. Si tamen hic in suis actibus potentiae lassarentur, non appeteret semper in eis habere vacationem, veluti qui in ambulando lassatur, continuè progredi non desiderat.

Obiectio penes predicta. Cap. XXX.

AD haec autem quisquam obuiabit, dicens, has sensitiuas potentias infatigabiles non esse: nam cum quis inquit diutius in aliquid oculorum aciem fixerit, videndo lassatur. Idem quoque in gustando, in odorando, in tangendo reperimus: nam non semper gustando delectamur: nec odorando, aut tangendo, in horum quoque sensationibus interdum verum experimur dolorem, aut saltem fatigatione deprimimur, de quo Aristot. in 7. Ethic. & in libris de sensu, & sensato. Respondendum autem huic est, potentias has sensitiuas minimè suapte natura lassari, sed in earum actibus fatigamur ex aliquo altero, quod fatigationis occasio est: illud autem nec potentia auditiuas, nec gustatiua, nec visiuas, nec quidquam aliarum est. Nam si quisquam gustando lassatur, non ideo lassatur quasi potentia gustatiua, quae passiuas est fatigatur, sed quia diutius gustando venter repletus est, ad cuius repletionem appetitus cibi extinguitur, quo prius in cibum anhelando ferebamur: ablato autem appetitu gustatiuam potentiam delectabiliter gustare impossibile est, ex quo defatigari praedicamur. Sic autem fit interdum cessatio gustationis, aut in gustando lassamur, non quasi potentia gustatiua lassetur, sed quia gustationis organa fatigantur, sicut si quis genarum patitur dolorem, ex diutina frequentique eleuatione, atque depressione in mandendo fatigatur.

De tactiua potentia. Cap. XXXI.

DE potentia autem tactiua attingentibus idem, quod de superioribus censendum est: tactiua enim est, qua frigus, & aestus, humorem siccitatemque, duriciem molliciemque apprehendimus. Tactiua quippe potentia tangendo minimè fatigatur: est tamen fatigatio quaedam versusque causatus dolor, quae interdum extremitatem contrarietatis tangimus, quae repugnat proportioni, in qua complexio humana fundata est. Complexio quippe humana omnibus animalium complexionibus temperatior est, ideoque in medio

Fatigatio quid.

Complexio summaria omnibus complexio- nibus temperatur.

medio contrarietatis est. In medio calidi, & humidi; frigidi, & sicci. Si fortassis caliditas aliqua foret humanae proportionem complexionis excedens, eamque tactiva potentia sentiremus, necesse esset ab ea destrui humanam complexionem, velut cum magnus homini coapproximatur calor, quo homo desiccatur, comburitur, atque perit. Quamquam igitur in huius sensatione potentia tactiva minimè fatigetur, tamen humana complexio perit, eius. s. qui tunc tãgit: quam ob rem impossibile est potentiam tactivam in actu illo delectari. In odorativa autem potentia idem iudicandum est, odorativa quidem potentia, sicut cœtera à suo obiecto immutatur, in quo actu perficitur, eius autem obiectum odor est, qui siue suavis, siue gravis sit, tedium, aut defatigatio nulla in potentia tactiva est: sed ideo odorando lassamur, quia interdum proportioni in qua humana complexio conservatur, odor repugnat. Odorum quippe quidam conservativi nature nostræ sunt, quia complexionem cœveniunt: alij autem nocivi sunt, & causativi morborum, sicut quidam pestiferi odores. Cum igitur odor naturæ nostræ conservativus est odorando nequaquam fatigamur: cum verò odores nocivi, atque pestiferi sunt, in eorum sensatione delectationem vllam sequi impossibile est. Hic autem modus est, quo in odorando interdum lassari perhibemur: quamquam igitur potentia odorativa minimè fatigetur, quia tamen odores interdum complexionem nostræ repugnant, impossibile est nos in eorum sensatione gaudere, atque per hoc tristari, atque lassari necessarium est.

De auditiva potentia. Cap. XXXII.

Quo auditui continetur fatigatio.

AD audiativam autem potentiam accedentes, sicut in cœteris dicendum, in auditu fatigationem sequi nullam, quia audimus, sed quia interdum soni nostræ obviant complexionem, quandam perturbationem in ferentes. Hoc autem dupliciter evenire liquet, primò autè hoc fit modo, cum aliquæ voces nostras feriant aures, quæ secundum se auditu nocivæ sunt, nec sine læsione auditui queunt. Sicut cum voces duræ formatur nostrum prope auditum hæc intra aures nostras magno impetu penetrantes, organa potentia auditivæ lædunt, sicut sepe horrendæ voces prope nos formantur, quia aures nostras impetu validissimo quantitates pronos in terram ferunt. Has autem complexionem nostræ obviare, quæ in nimia fundatur æqualitatis temperantia repugnare nimis perspicuum est. Sic quoque interdum, vt ita duro boarum voces ad auditum vique perueniant, vt organo auditivæ potentia rupto, aut potius fracto poenitus surdi reddamur. Ad hoc autem acutius intelligendum inspicendum est auditivam potentiam in concavitate tympani auri non esse. In concavitate illius chartillaginosæ substantiæ, sed prope cranium, siue cerebrum est: est autem hic modus, vt quædam à natura animali apud cranium pellicula rotunda affixa, sic quæ aere plena est. Hunc autem aerem non ab extra de communi aere quo inspiramus, & respiramus natura suscepit, sed à formationis exordio in vtero gignit. Animalis nascendi connatus est. In hoc autem huius pelliculæ aere potentia auditiva, tanquam in propriissimo organo diffusa est, quæ si casu ruperetur, aut frangeretur spirante aere illo cõnato penitus explosa vesica, auditiva potentia deperiret, nec magis homo, cui hæc evenirentur, quam lapis, aut lignum audiret. Cum autem voces fortes causantur, aer, qui in harum formatione colliditur, aut potius ex collisione corporum teritur ad aures, quæ perueniens non sinit, sed ingressus patenter concavitatem ad pelliculam connaturalis aeris

tendit, impetu autem suo tenuissimam illam connaturalis aeris pelliculam rumpens explosa aere auditivam potentiam excludit, nec potest iam homo ultra audire iam penitus surdus effectus. Vt autem hæc incommoda sepius non evenirent natura, quæ in omnibus potentiam habet prævisuam, organum potentia auditivæ convenienti formavit effigie. Ita vt nec aures in quibus aer connaturalis conservatus est rotundo, atque amplo hiato velut oculi patulæ foret, sed eas anfractuofas in quosdam formavit circulos: ita vt aer confractus ex collisione ad aures perueniret non recto itinere pelliculam connaturalis aeris peteret: sed per ipsius tympani auri circulos anfractuofos means cum se pelliculæ connaturalis aeris applicaret, vt sentiretur deposita omni imperus fortitudine quadam cum leuitate susciperetur, ita vt nec pelliculam frangens, aut rumpens aerem conaturalem exploderet. Si tamen hiatus tympani auri patentior ac maior foret, nullisque anfractuofis curvaturis aer ex collisione fractus cum aures subintraret recto itinere interiora petens, nullas imperus sui subitrando deponeret vires, quo fieret, vt tanto fragore delicata illa concussa pellicula sæpissime rumperetur: ex quo surdum effici necesse erat. Cum ergo aliqui sonitus, aut horrendi fragores sunt naturæ nostræ, atque complexionem contrarij, impossibile est in his auditivam potentiam delectari, hoc modo nobis interdum in audiendo fatigatio quædam, & tædia subeunt.

Secundus modus, quo in animalibus in audiendo fatigationes esse contingit. Cap. XXXIII.

SECUNDVS modus, quo in animalibus in audiendo fatigationem esse contingit est, quoniam quamquam sonitus ipse temperatus, & complexionem nostræ conveniens sit, nos semper in audiendo delectari non continget. Quia & si auditiva potentia in eo, quod passiva est, fatigabilis nullatenus foret: est tamen ulterius quædam virtus activa contentiva proportionis organi, secundum quam organum permanet in esse suo cum ex multis consistit: hæc autem, quæ activa est debilitari potest, atque fatigari. Et quoniam obiectum potentia auditivæ agens in potentiam auditivam agit pariter in organum, & in actiuam virtutem organice contentivam armonia, illam actiuam potentiam, aut virtutem fatigari necesse est, cum fatigatione autem non consistit delectatio: accidet igitur ex hoc audientem non delectari. Identidem autem de potentia visiva definiendum reor: nam & si visiva potentia secundum se ipsam fatigabilis non sit, dicente Salomone Eccle. 5. capit. Oculum non satiabitur visu, nec auris auditu: est tamen præter visivam quædam alia activa virtus contentiva armonia organum: nec enim ista potest dici visiva, quoniam passiva quidem hæc autem activa est, de actiuis autem dictum est, quod fatigabiles sunt. Cum ergo hæc fatigata, aut debilitata fuerit, delectabiliter videre impossibile est: fit ergo, vt plerumque in videndo affligamur, sed hæc passiones, vtrumque diminuuntur assuetudine. De hoc Aristoteles Ethicorum lib. 7. in fine.

Potentia interiores intra cranium in cerebro organa accipientes. Cap. XXXIII.

PRÆTER has autem sensitivas, atque passivas, potentia, quæ exteriores sunt, quoniam organa sua extra capitis concavitatem habent, sunt alia interiora. s. quæ intra cranium in cerebro organa acceperunt. Hæc autem sunt sensus communis, imaginativa, phantasia, estimativa, & memorativa, hæc autem sicut,

Cui fatigatione non consistit delectatio.

Loca potentie motive, & formativæ.

Quid potentia appellatur.

Loca motive, & operative, & interpretativæ.

& præcedentes passivæ sunt, ideo nullatenus secundum se fatigabiles: non enim phantasia in actu suo fatigatur, nec memorativa, & sic de cœteris. Ad hæc autem quisquam obijciat, phantasiam, & ceteras fatigabiles esse, quod ex his, quæ supra respondebamus satis aliquid comprobari videtur. s. quod nos cum interdum intelligendo fatigamur, non ideo fatigamur, tanquam intellectus potentia fatigabilis sit, cum penitus incorporea sit, sed ideo fatigamur, quia phantasia in phantasiando debilitatur, ad quam intellectus quædam habet coniunctionem, cum eam in suo actu requirat. Huic respondendum est, phantasticam potentiam in actu suo minimè fatigari, quia passiva, nec substantia quoque eius vllatenus fatigabilis est: sed vt de superioribus præhibuimus, ita & in hac dicendum est. Est enim phantastica potentia passiva, & præter eam in organo est quædam virtus activa continens organi armoniam, hæc autem tenera est, & faciliter fatigabilis. Cum igitur hæc debilitata fuerit, fatigationem, & tristitiam quandam in phantasiando sequi necesse est. Identidem autem de estimativa, & memorativa, ceterisque interioribus passivis potentijs dicendum est, quod fatigabilis nulla sit, nec ob eam in actu suo fatigatio consequatur.

De duplici genere potentiarum fatigabilium. Cap. XXXV.

HÆC, quæ supra enarrata sunt, si in vnum coegerimus, in aphorismatis formam resulabunt. Notum est inter omnes potentias, quæ in homine, aut quocunque animali sunt, sola duo genera potentiarum fatigabilia esse. s. potentias motivas, & vocum formativas. Hæc autem potentia in tribus locis corporis animalis sunt. s. in pedibus, manibus, & organis vocatiuis. Motiva namque, quæ purè motiva est, & aliàs ambulativa, aut progressiva vocatur, in pedibus est: quamquam & in manibus, atque brachijs abusuè. Hæc sunt nota in pueris, qui nodum pedibus moveri plene possunt. Motiva autem, quæ operativa dicitur, in manibus proprie est. Interpretativa vero, siue vocum formativa in organis vocalibus est. Fiet quoque ex hoc, vt in tribus homines, & cetera animalia perfecta fatigantur. s. mouendo pedes, siue progrediendo, mouendo quoque manus, & voces quascunque formando, nec quidquam aliud inesse poterit, in quo animalia vllatenus fatigantur. Quod quidem accidit, quoniam in his omnes conditiones fatigabilis potentia reperimus. s. quod potentia sit, & quod finitæ, & corporeæ, & quod activæ, & quod organice, quarum singula de eis manifesta sunt. Potentia namque sunt, quoniam non sunt corpora, nec corporum particula, sed virtutes corporum, hoc autem nos potentiam appellamus. Quod enim finitæ sunt dicere non attinet: nam in reb, quæ siue corpora, siue corporum partes, siue corporum conditiones, aut virtutes sunt, in finitum nihil est: solam enim naturam, siue diuinam essentiam suorum, vt infinitam bonitatem, infinitam sapientiam, & sic de cœteris, quæ verius vnum infinitum cuncta sunt. Quod verò istæ corporeæ potentia sunt, apparet non quidem corporeum appellantes solum, quod ex corpore constat, aut ex corpore factum, hoc pacto sola entia, quæ aliquo modo corpora sunt, corporea dici queunt, sed corporeum dico, quod ad corpus attinet, tanquam corporis quædam conditio. Quod in his apparet, nam motiva potentia in muscularis crurium est: operativa autem in nervis, & muscularis manuum brachiorum: interpretativa verò in vocalibus organis reperitur. Corporum igitur virtutes sunt, quia substantia

sua corporum particulae sunt. Quarta huius conditio. s. quod organice potentia sit, adhuc in his patet: nam organum est aliqua corporis determinata pars à cœteris in figura, & complexione distincta quemadmodum in oculo, & in aure patet: de his autem sic est, quia motiva, progressiva in folis muscularis, & nervis crurum est, & in brachijs. Motiva autem, quæ operativa dicitur in muscularis quoque, & nervosis brachiorum, & manuum partibus, & non alibi est. De vocatiua autem idem patet, quia organa vocalia à ceteris corporis partibus satis distant. Quinta potentia fatigabilis conditio erat activa esse. Sunt autem activæ potentia, quæ obiectum transmutant: ab ipso autem minimè transmutantur, sicut de naturalibus potentijs. s. digestiva, appetitiva, ac generativa patet, quæ in obiectum suum agunt, in eas tamen obiectum suum nihil causat. De his enim sic est, quod primo in potentia motiva progressiva liquet: nam ipsa habet pro obiecto corpus mobile, in quod agit mouendo illud instrumentally, ab ipso tamen illa nihil recipit. De motiva potentia, quæ operativa dicitur idem patet, quoniam ipsa tanquam obiectum habet quodcunque operabile, aut sic transmutabile, & in illud agit, ab eo tamen rationem nullam suscipit. Identidem autem de formativa, siue interpretativa dicendum fore liquet, cuius obiectum vox est, quam ipsa agit eam formando: ab ea autem nec fit, nec mouetur vllatenus. Apparet igitur ex prædictis in homine, aut in quolibet animali duas dumtaxat fatigabiles esse, potentiam motivam, scilicet, large dictam, & vocatiuam, siue interpretatiuam.

De Christi fatigatione. Cap. XXXVI.

REDEVNTIBVS autem nobis vnde disgressi sumus dicendum est, fatigationem passionem, siue proprietatem quandam, & consequentem pecciem humanam esse, quoniam & in omnibus animalibus reperitur, secundum quod contingit in eis duas reperiri potentias fatigabiles: motivam. s. & vocum formativam. Ex his autem magis adhuc particulatim attingentibus dicendum est in Christo veram fuisse fatigationem passionem, quoniam homo verus erat, & has duas fatigabiles potentias in eo fuisse satis constabat. Ob hoc dicendum est Christum in itinerando fatigationem veram sustinere, quoniam lassabatur in eo potentia motiva, quæ in pedibus suis, & cruribus erat. Idem concedi oportet Christum lassari in operatione manuali: cum aliquid eum contingeret operari, quoniam in manibus, atque brachijs eius operativa potentia, & motiva, quæ & fatigabilis est, sicut in cœteris erat. Adhuc autem alia in Christo fatigatio accidere poterat. s. in vocum formatione, vt si clamore valido, aut si magno tempore hoc ageret, hoc autem, quia potentia vocum formativa in cunctis animalibus fatigabilis est. Amplius hoc testimonio beati Ioan. 4. capit. apparet, vbi Christus itinerando lassatus apud pureum sedisse dicitur, siue apud fontem, vt alibi habetur, & Samaritana mulier cum eo locuta est. Amplius autem & in Christo confiteri oportet fuisse somnolentiam passionem. s. vt somno gravari interdum potuisset, vt si nimis vigilare nitetur dies multos, atque noctes in somno ducens, oportebat eum pregruari somno, sicut ceteris hominibus accidit. Cunctis quidem hominibus naturalissimus somnus est, sicut testatur Aristot. in libro de somno, & vigilia, & quamquam multiphariam differre homines contingat secundum excessum, & defectum in magis, aut minus dormiendo tum ex differentibus complexionum armonijs, quædam equidem complexionem hominum sunt,

Activæ potentie obiectum transmutant, & non transmutantur.

sunt, quæ de somno magis exigunt. Quædam verò F minimum. Tum ex differentia cibi, & potus in quâ- tate: nam qui vberiores cibos sumunt, atque fecun- diores potus hauriunt æquatis cœteris maiores exigunt somnos. Tum ex laborû diuersitate: qui enim abun- dantius laborant, si cœtera æqua sint, necesse est, vt ma- iori prægrauentur somno. Quamquã igitur hæ mul- tiplices hominibus differentia fuerunt, nemo tamen vnquam reperiri poterit, qui in somnem diu vitam trahere possit, sicut incubatus nemo diutinus viuendo moras trahet. Quia igitur Christus, sicut & cœteri homo verus erat, oportebat vt cum diu à somno ab- stinuisset multum grauaretur, atque quendam crucia- tus experiretur modum, & si in hoc niteretur in soli- tam moram in somnem trahens, virum fatigatio, & G totius corporis defectio sequeretur.

*Passiones extrinsecæ alijs agentibus Christo infligi poterant.*

Cap. XXXVII.

**S**ICVT autem heprelibatæ fatigationes in Chri- sto, sicut & in singulis hominum eueniebant ab intrinseco: ita & quædam aliæ passiones ab extra infligi poterant à gentibus alijs. Hoc autem est, cum aliquod contrarium complexioni ipsius passi in illud agit. Huic autem pœnalitatum modo Christus subiectus erat, sicut & cœteri hominum: nam ab exterioribus perpeti posse non euenit ex conditione indi- uidui, sed ex speciei proprietate. Vnde & dici oportet potuisse Christum comburi flammis, ipse namq; homo verus erat: complexio autem humana, tãquam temperatissima mediat inter extremitatem caloris, & frigiditatis, humiditatis, & siccitatis: quodlibet igitur extremum contrarietatis in aliqua qualitate potest agere in humanam complexionem, & quia ignis habet extremitatem in calore, poterat agere in corpus Christi. Vnde si se Christus flammis iniiceret, aut cum quispiam in medios cœiecisset ignes, corpus eius incineres verum fuisset, nisi eum Deus supernatura- liter eruere dignaretur, sicut si aliquod corporum no- strorum in medijs ignibus poneretur. Identidem autem Christus à frigore pati poterat: nam si aer frigi- dus foret, vel aqua, aut alteram quidpiam circundans corpus Iesu illud, sicut nostra corpora in frigiditate, vnde si in aliquo loco excessiue frigidus, velut in ni- ue, aut gelidis aquis, siue frementi borea corpus Sal- uatoris nostri diutius permanisset, necesse erat, vt his factis moreretur, sic enim in nobis accidit, nisi super- ueniente miraculo ab hoc liberaretur. Sic autem & de alijs duabus qualitatibus. s. humore, atque siccitate. dicendum liquet: ab excessiua quidem humiditate distemperate humidum fieri corp<sup>9</sup> Iesu necesse erat. A vehementi quoque siccitate desiccari, & sic interdum factum est, vt his agentibus qualitatibus corpus illud benedictum in dispositiones varias mutaretur. Propter has autem pœnalitates naturæ in corpore Iesu Maria Magdalene effudit vnguentum semel super pedes Iesu, cum esset in domo Simonis Leprosi accu- bens in coena. Pedes namque illius benedicti Iesu ardore magno regionis illius, tum itineris labore, atq; nuditate, nudis quippe pedibus incedebat, desiccari, atque ardentibus, & contracti in rugas erant. Effudit igitur Maria Magdalene, alabastrum vnguenti, vt ar- dor pedum vnguenti temperaretur frigiditate: sic- citas quoque illius mitigaretur humore. De his ha- betur Lucae septimo capitulo.

*Deus suffocari poterat. Cap. XXXVIII.*

**P**OTERAT autem alias adhuc subire pœnali- tates Dominus Iesus. s. q. suffocaretur. Causatur enim suffocatio in animalibus, quia partes vitales cir- ca præcordia temperatur in spirato, & respirato aere. s. in eo, quod continuè trahimus, & expellimus: cum autè aqua multa subintrauerit, ita vt omnia interiora repleantur intercluditur in spirationis, & respirationis locus, ita vt nullus aer subintrare, aut inde egredi pos- sit, vnde animal mori necesse est. Amplius autè quo- niam vita animalium præsertim perfectorum consi- stit in debita armonia caloris naturalis, & humiditatis radicalis. Cum verò alterum horum deletum sit, aut mutua fuerit sublata proportio armonia, animal deperire necesse est: aqua autem subintrante interiora corporis, atq; replente, totius corporis dissolui armo- niam inter prædicta duo necesse est, vitam ergo defi- cere simul constat. Hanc quippe causam multi sta- tuere voluerunt: satis tamen calumniabilis est. Prima autem fundamentalis huius causa est. Amplius autè Christus à quolibet alio extrinseco agente perpeti po- terat, velut si quis ei epotandum venenum tradidisset, aut si eum bestia aliqua pestiferos venenatosq; ha- bentes morsus attractasset, aut si eum fera aliqua lacerasset. In his enim omnibus Christum pati potuis- se, sicut & ceteros homines satis patet: huius autem origo est ipsa humanæ complexionis armonia, cui ve- nenum repugnat. Identidem quoque laceratio du- rorum instrumentorum teneritudini complexionis humanæ obuiat: sic enim Aristoteles in fine tertij de Anima dicit: dura quidem vitam tollere, quia tol- lunt sensum tactus in quo vita est.

*Quædam, quibus agentibus pati poterat Christus. Cap. XXXIX.*

**P**RÆTER hæc autem possibile erat corpus Redemptoris nostri à gladio, lapide, & ligno, & quacunq; alia re dura, & solida, quod quidem ob hoc fit, quoniam dura sensum tactus auferunt, in quo & vita est. Item quoniam dura continuitatem rei auferunt inter partes meditationem facientia, continuitas autem dat vnitatem, in vnitatem verò esse est cum ens, & vnus æqua, & secundum conuer- titilitatem sint, ideo quod vnus esse definit, pariter quoq; esse desinit: vt ait Boe. de Conso. lib. 3. profa 10. Alia autem durorum humanæ complexionis armo- niæ officiant quibusdam illatis damnis. Prima sunt vt gladij aut acuta quacunq; secantia atque per- fectio tollentia vnitatem. Secunda verò sunt vt la- pides, & ligna, & quacunq; ponderosa, quæ ponde- re suo corpora alium atterunt, & confringunt, aut san- guinem effluere cogunt, in quo aliàs vita est iuxta il- lud Leuitici 17. cap. Anima omnis carnis in sanguine est. Idem Deuteronomij 12. cap. Hæc autem pœnali- tatum atque passionum genera in Christi corpore cla- ruerunt. Primò quidem in circuncisione sua agente ferro passus est, cum prepuccij eius vera caro, vt cœte- rorû Hebræorum moris erat, abscissus est, vnde cruore effluxisse liquet: hoc autem tolerans doleuisse neces- se est, nec à lacrymis abstinuisse crediderim: imò nec quispiam eum nullo doloris signo ostenso sustinuisse rationabiliter confiteri valebit: multum enim hoc si- dei nostræ detraheret, de quo in prælibatis vberius ex- plicauimus. Patiebatur quoque Dominus Iesus ab om- nibus alijs corporibus in se vires, aut pondus habenti- bus, quod liquidum fit ex eo, quod in horro perpeffus, cum comprehendentibus eum ministris Pontifici, atque læuo eum quodam impetu quatientes ad ter- ram

ram frequentius deliciebant. Ab alijs quoque solidis corporibus quandoque tolerabat angustiam, vt cum alapas pertulit, & cum venerandum caput eius arun- dine quateretur, dicentibus ministris: quis est, qui te percussit? De hoc Matt. 27. cap. Eodem autem gene- re pœnalitatis patiebatur cum leuissima flagella susce- pit, erat quidem flagella solida corpora, quæ carni eius illisa magnum cauiare dolorem necesse erat, frequen- tius quoque concussionibus aperiebantur partes cor- poris benedicti Christi, vnde & multus profluebat san- guine humor. Identidem autem, & durius pertulit cum venerado capiti eius coronam de spinis plexam milites imposuere, quæ non quidem simpliciter capi- ti impropertium atque derisionem ambit, nec tamen habiti regni, vt Iudæi existimabant imposuerunt, sed vt magni inflictiuum cruciatus. In his enim duri- cies ac accumen fuit, quæ duo instrumentales quali- tates ad nocendum sunt, atque his perforatum est be- nedictum redemptoris nostri caput vsque ad duram cranei, siue ossis substantiam, quo itidem sanguinis vberes defluere madores. Hic autem fuit pœnalitatis atque passionis modus, cum clauorum fixatione ma- num, & pedum pertulit aperturas: nam vt in his, q. præcessere magis extitit declaratum, in qualibet ma- num vnus suscepit clauum tenerrimam eius carnè perforantem. In pedibus quoque fixus, siue eum in singulis pedibus singulis confixum clausis, siue vtrun- que eodem perforatum existimare malimus, nihil differt: quouis enim modo in vtroque pede eum cõ- fixum clauo confiteri necesse est, atque sine magno eum hæc pertulisse dolore arbitrari fas non est. Identidem autem latus eius lancea quidam miles Pilati aperuit: vnde profluxit sanguis, & aqua, vt omnium Euangelistarum communis assertio est, hæc tamen apertio siue confossio vulnus dici non meretur, nec Christus ibi aliquem tolerauit dolorem: iam enim mortem Christus subierat; in mortuis autem nocu- menti sensus nullus est, vulnus quoque solam nõ no- tat carnis aperturam, sed viuentis. Hæc igitur, quæ de multis pauca exemplariter enarrata fuere, in Christo acciderunt, nec quidem ex indiuidui conditione tan- quam ex mala hæc complexione pertulerit, sed ex cõ- ditione humanæ speciei. Totam namque speciem D ista consequuntur.

*Passiones, quæ indiuiduum insequuntur. Cap. L.*

**A**CCIDVNT præter has quædam aliæ pœna- litates quæ speciei non consequuntur conditio- nem, sed indiuiduorum ipsorum qualitatem, malam scilicet eorum complexionem. Hæc autem in Chri- sto non fuerunt, quoniam complexio Saluatoris no- stri temperatissima omnium humanarum fuit, nec quisquam vnquam in toto orbe repertus est, aut de- buit reperiri, qui tam æquali atque iusta polleret cõ- plexione, vnde in ea nihil esse videbatur, quo aliqua passio originem tanquam ex ipsa traheret. Vnde in Christo nec tussim, nec catharrum, nec scabiem, aut lepram, tertianam siue quartanam extitisse febres cõ- cedendum vllatenus est, quod satis liquet. Tussis qui- dem, & catharrus passiones sunt, quæ speciei nõ con- sequuntur conditionem: sed ex superfluitate aut inor- dinatione alicuius humoris perueniunt. Si enim spe- cie consequerentur habitudinem omnes homines reumaticos atque tussim patientes, & cetera præ- dictorum, necesse esset, quod notissima falsitate illustre est. In Domino verò Iesu humorum superfluitas, aut inordinatio nulla erat, hæc igitur in eo fuisse ab re est. Identidem autem corpus Redemptoris scabiem, le- pram, & vlcera pati non poterat: nam hæc non conse-

Tussis, & catarrum Christus non tolerauit.

quantur naturæ, sed indiuiduum: alioquin omnes ho- mines scabiosos vlcerosos, atq; leprofos fore necesse erat, quod minime cernitur: indiuiduum igitur, & non naturam consequuntur. Hæc igitur ex quibus- dam factis in corporibus, aut circa corpora corrup- tionibus proueniunt. Videmus enim optime com- plexionata corpora scabiem, aut lepram, vlcera quo- que non perpeti, de similibus quoque passionibus identidem iudicandum est. In Christo autem nul- la corruptio prouenire in humoribus poterat ab intra existente bonitate complexionis, quæ excel- lentissima in tota humanorum indiuiduorum lati- tudine fuit. Non igitur vlcerosus, aut scabiosus, le- profus esse potuit. Amplius autem nec tertianam, nec quartanam, aut similes morbos pati poterat: gene- raliter enim hæc ex quibusdam interiorum proueniunt deordinationibus. Christus autem ordinatissimam habuit complexionem in ordinatissimo autem deor- dinatio nulla est, nequaquam igitur harum ægritudi- num aliquam pati poterat, ex corruptione quippe indi- uidui hæc omnia fiunt, speciem aut harum nulla consequitur. Pœnalitates autem siue passiones, quæ in prioribus enarratae sunt humanam speciem conse- quuntur, quãquam igitur quispiam hominum ordi- natissimè complexionis sit, in eo tamè omnes existit. Ex prælibatis conclusum euidenter discursu satis patet, quæ passiones in Christo fuerint, & quas nunquam tulerit, namque humanæ speciei conditionem conse- quuntur, ipsum sicut cœteros afficiebant, quæ vero ab ipsius indiuidui innascuntur distemperata comple- xione, in ipso nec fuerunt, nec assumptisse decens fuit. Ex his igitur liquet Christum agnum esse, q. patiebatur.

*Pars octaua tertij metaphora, Agnus, qui non patiebatur.*

Cap. XLII.

**O**RDINEM tertij huius metaphoricæ Parado- xi in sequ. particula octaua occurrit, scilicet qui non patiebatur, scilicet, quod agnus iste non patiebatur. Et quoniam istum agnum Christum multipliciter passum explicauimus, quod quidem solida nititur veritate, cum nullatenus passum salua veritate asseri nequit. Sed quia vt plerunque in præpositis dictum est, agnus iste Christus Deus, & homo erat: quia homo erat multipliciter passus est, vt vero Deus erat, nihil vnquã perpeti potuit. Hoc autem manifestatur: nam, vt ait Arist. in Prædicamentis, proprium est passionis inferri ex actione, vt igitur aliqua passio sit necesse est actionem ordine quodam præcedere, in Deum autè nihil agere valet, Deus igitur pati non potest. Quod verò nullum agens in Deum sit, patet, quoniam agen- tis ad passum semper est proportio maioris in æqua- litatis, alioquin actio impossibilis est: ad Deum autem nihil habet habitudinem maioritatis, imò nec æqualitatis: ipse. n. solus infinitus ens est: in Deum igitur nihil agere possibile est, ipsum igitur pati est impossibile. Amplius autem omnis passio inuolun- taria est, sed contra Dei voluntatem nihil, nec fieri, nec tentari, aut cogitari saltem potest, Deus igitur à nemine pati potest. Huius inductionis maior constat: minor autem sic inducitur, quoniam si quispiam in Deum ageret. s. contra eius voluntatem nitens, id Deo maius foret, qd impossibile quidem liquet, cum infinitus Deus solus sit, alia autem ad eum relata qua- si nullam obtinent potestatis quantitatem. Adhuc autem passio imperfectio quædam est, à Deo autem omnes eliminandas esse imperfectiones patet, cum ipse totius perfectionis origo sit, in eo igitur passio nulla esse poterit. Item perfecta felicitas dicit statum omnium



Passio est omnium bonorum agregatione perfecti, iuxta Boetium de Consola. lib. 3. profa secunda: Omni quoque malorum absentiam cum foelicem esse sit habere quidquid velis, & nihil habere, quod nolis: sed Deus perfecti foelix est, quin potius ipse est vera foelicitas. In eo igitur, nec unquam passio fuit, nec esse possibilis est. Amplius autem pati, ut in hoc metaphoricis Paradoxo summi necesse est, dolorem designat ex Christi cruciatibus venientem: ab horum tamen nullo Deus, aut substantia aliqua pure spiritualis quidquam pati potest. Huius causa in promptu est: hos quippe varios Christi cruciatibus instrumentis quibusdam naturalis actionis inflicta sunt: instrumenta autem quantitatem quandam habent, Deus autem cum purus spiritus sit, in eum instrumenta agere non possunt; quoniam applicari non potest quantum non quanto. Ex praedictis ergo inducitur istum mansuetum agnum, qui Saluator noster est, ut Deus erat passum non fuisse, nec vllatenus pati potuisse.

*Partis nona tertiae metaphora. s. Agnus, qui mortuus est.*  
Cap. XLII.

**NONA** huius quam saepe nomino tertiae metaphora exponenda occurrit particula. Qui mortuus est: quod ad agnum praedictum refertur. I quod ipse mortuus fuerit. In quo sicut & in praedictis, ita & hic pro hypothese tenendum est Christum verum Deum, & hominem esse duas perfecte habentem naturas, secundum quarum alteram humanam. s. mortua est, secundum vero reliquam diuinam non requirit. Ipse igitur, ut verus homo erat, veram mortem subiit. Si enim secus factum foret, nos ab ea, qua tenebatur humanum genus aeternae mortis obligatione nequaquam liberati fuisset. Nec quidem hoc ac si manus domini abbreviata foret, secus liberare non potens: tot enim modi liberandi genus humanum Deo extabant, quos ipse velle poterat, idem namque Deo facere est, quod velle facere. Secus tamen fieri non potuit in tempore, cum ab aeterno, & ante mundani orbis saecula a Deo iste liberationis modus decretus foret: nos tamen confitemur redemptos fore: consequens ergo est, ut Christum mortem subiisse fateamur. Christum autem passum ita per se patet, ut stylo non egeat: cuncta enim Euangeliorum series, imo et abundantiis, quid dixerim totius noui, ac veteris testamenti canon hoc monstrat, hoc quidem Iudaei intentores petierunt: Pilatus autem, eis inducentibus, capitale tulit sententiam: milites vero eam executioni tradiderunt, eum vera, atque amara conscientis morte. Fuit autem haec vera mors, ac vere magni et cruciatibus illati fuerunt, sicut vere quoque animam expiravit. Sed vltra haec ad veram mortem nihil adiacet: fuit ergo vere mortuus, qui vere homo factus est. Haec autem mors in hoc agno, Saluatore nostro, idem euenit, quoniam ipse voluit: nisi enim ipse nobis commori elegisset: eum Iudaei occidere nequiuissent, nec aliunde ei mors infligi potuisset, aut euenisset: erat quippe natura in potestate sua.

*Nunquid vere Christus in Cruce mortem obierit.*  
Cap. XLIII.

**IN** his autem fortassis adhuc aliquis vterius speculans dubitabit, an vere Christus in Cruce mortuus fuerit, in quo quisquam contra nitetur, dicens, Christum mortem non gustasse. Nam si in Cruce mortuus est, necesse est a corpore animam extitisse disunctam. Et tunc, aut anima volente Christo corpore disuncta est, nulla alia praexistente causa, nisi

quia ipse eam separare voluerit, aut immani dolore haec diuisio inducta est. Nec quidem dici valet Christum nulla exigente causa eam de corpore abstulisse: hoc enim peccato verus homicida extitisset, velut cui quis sibi manibus iniectis se propria morte conficit, hoc autem scelus graue est, & fortassis scelerum ceterorum caput. In Christo autem peccatum nullum extitit dicente Bea. Petro in Canonica prima capit. 2. qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in lingua eius. quinimo nec potestas peccandi in eo fuit, ut inducitur per Magistrum in 3. Sententiarum dist. 12. Idem autem non videtur dicendum fore animam a corpore Christi prementibus cruciatibus fuisse se iunctam. Nam cum Quis immanitate dolorum pressus expirat, nulle in eo manent vires corpore penitus ad extremam debilitationem deducto, natura iam non potente dolori resistere: in Christo tamen nihil tale accidit, quoniam cum expirasset, dicitur excelsa voce clamasse, ac si nihil unquam passus foret: dolores igitur ei mortem non intulerunt. Amplius autem cum quis fortior naturali complexione, quam alius est, quamquam ei equi, ut reliquis cruciatibus inferantur: tamen non ita cito, ut alij moritur. De Christo autem non est concedendum, quod ipse ceteris in naturali complexione debiliior fuerit: nam ut in praedictis diffusius conclusum est, nullus ita conuenientem habuit armoniam inter omnes complexionis humanas, sicut ea, quae fuit in benedicto corpore Redemptoris nostri: sed nullus alius homo mortuus fuisse inflictis sibi vulneribus solis, quae Redemptori nostro inflicta sunt, quantum cumque debilis natura fuisse, ipse igitur ex his ad mortem adductus non est. Haec autem inductione liquet, nam & si in vita flagella Saluator noster suscepit, ex quorum puncturis constricta, atque diuisa cute vberima sanguinis effusio facta extiterit, ad mortem tamen haec sufficienter non praestabant causam. De fixuris autem clauorum in manibus, atque pedibus quamquam si nulla medicorum arte, aut Deo agente curate fuissent, dicendum est, quod mortem infligere forent, verum tamen non ita cito mori poterat. Christus namque postquam in Cruce appensus est pauco tempore superuixit.

*Quaedam de Christo, & de latronibus cum eo in Cruce pendentibus.* Cap. XLIIII.

**APPARENT** autem, quae dicta sunt: nam Christus, & duo latrones, qui pendeant, eodem tempore appensi sunt, Christus tamen hora expiravit iuxta omne Euangelistarum testimonium, latrones autem tunc non defecerunt. Hora namque completorii milites Pilati venerunt, ut deponeret de Crucibus corpus Christi, & eorum, qui cum eo Crucifixi erant, ne manerent corpora eorum in Cruce in Sabbatho die magno festiuitatis eorum, latronibus autem, quia viuebant, ut cito morentur crura frangerent, ad Christum autem cum venissent, inuenerunt quod iam expirasset, ideo crura eius fracta non sunt, ut patet Ioan. 19. cap. Inferunt igitur rationabiliter nullum hominem ita cito mori potuisse, ut Christus mortuus est nullis alijs illatis vulneribus. Tot enim plagas latrones, qui cum Christo pendeant, ut ipse susceperant, eodem quoque eisdem tempore infligere sunt, sed ipse ante eos defunctus dicitur. Quod autem omnibus eodem tempore vulnera illata fuerint euidentis est, quoniam eodem tempore omnes crucibus affixi, & appensi sunt, ut satis innuitur ex verbis Euangelistarum si quis attendat. Quod autem eadem Christo, & latronibus vulnera illata sint, nam velut Christi Crucifixus est, ita & latrones Cruci affixi sunt, ut patet Ioan.

Latrones pingendi clauibus non funibus affixi,

Latrones, qui cum Christo mortui sunt eadem vulnera sunt passi, quae Christus.

Ioan. 19. cap. f. Crucifixus est Dominus Iesus, & cum eo alij duo nequam: quaecumque igitur ad Crucifixionem exiguntur, aequae in latronibus, ut in Christo fuerunt. Ad Christum autem crucifixum pedes eius, & manus clauis perforati sunt, ut his totum pondus pendens corporis teneretur: ita igitur in latronibus crucifixis necessarium erat, ut pedes, ac manus inductis clauis retentur. Nec quisquam existimet latrones cum Christo pendentes nullis clauis in manibus, & pedibus vulnera pertulisse, dicens eos funibus alligatos cruci, ita ut manus brachijs crucis singulis funibus necerentur, pedes quoque simul tranco, siue pedi Crucis firmo retinaculo ligarentur, sicut in Ecclesijs insipienter valde pictores describunt: ita ut hanc iniuriam de nobis in fideles in quibusdam dicant, quod pingimus qualiter volumus: nulla inquam ratione hoc arbitrari quisquam debet, ut immediate ratio subiungeretur. Hoc autem quorundam, ut in quibusdam alijs affollet introductum indiscreta deuotione reor. Pleraque quidem alia in hunc modum facta sunt, quae iam apud simplices in religionis transire cultum. Volunt enim poenas Domini Iesu a penis latronum distinguere, ut in hoc quadam Christo reuerentia tributa videretur, quamquam Iudaei hoc non attenderint, quin potius eum morte turpissima condemnare voluerint inhonestate adhuc, quam latrones ipsos. Patet autem, quod dictum est: Iudaei namque latrones, ut morentur cum Christo appenderent: sed si soli manus, & pedes cinctibus ligati forent, nullo alio infligito nocumeto hoc ligamento, nisi per longam temporis spectationem non morentur, ita ut prius fame confecti, quam doloribus exanimati viderentur. Item Euangelistae manifeste signant latrones eadem vulnera, quae Christus tolerauit suscepisse: nam sicut eum dicunt crucifixum: ita de latronibus consentitur, ut patet Ioan. 19. cap. cum dicitur: Crucifixi sunt Iesus, & duos latrones cum eo, vnum hinc, & alium inde, & Iesum medium. Sicut hic ipse clauis fixus est, ita & illi aliter quidem crucifixi minime dicerentur: nam crucifixus Cruci affixus dicitur, affixio autem sine clauis non fit. Si igitur crucibus alligati forent, crucifixi minime dicerentur. Amplius autem, quod poenae illatae Saluatori nostro rationabiliter non sufficerent, ut aliquis eas tolerans, ita velociter morentur, adhuc apparet. Quoniam cum ministri Pilati frangerent crura latronibus, ut cito morentur, ne sequenti die magna festiuitatis in patibulis affixi manerent, venerunt quoque ad Iesum, ut ei crura frangerent, existimantes, quod adhuc viueret, & cum inuenissent eum defecisse, intactum reliquerunt corpus eius: existimabant tamen, quod rationabiliter nondum mortuus esse debuisset, alioquin ad eum non venissent, ut crura frangerent. Sequitur igitur rationabiliter, aut de communi aliorum lege neminem ex tam paucis, nec valde grauibis inflictis vulneribus mori debuisset. Idem autem aliorum hominum hoc experientijs demonstratur, alij namque cruci affixi sunt, sed maiori tempore in Cruce permansere viuentes. Sic namque de Bea. Andrea fuit, qui per triduum perseverauit in Cruce pendens, ut ex eius patet historia. Item adhuc solidius hoc inducitur, eum non debuisset, aut potuisse rationabiliter ita cito mori illis inflictis vulneribus: nam cum Ioseph ab Arimathia ciuitate inter Iudaeos nobilis decurio discipulus quidem Iesu, sed in abscondito propter metum Iudaeorum, accessit ad Pilatum, ut peteret corpus Iesu ad sepeliendum illud, admiratus est Pilatus si iam obijisset. Sic habetur Marci 15. cap. cum dicitur: Et cum iam sero factum esset, quia erat parasceue, quod est ante Sabbathum, venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui et ipse

se erat expectans regnum Dei, & audacter introiit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam mortuus esset, & cum cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. Si tamen Christus talia vulnera suscepisset, ex quibus rationabiliter ita cito mori debuisset, non miraretur Pilatus, an si iam obijisset: videtur ergo, quod non potuisset rationabiliter ita cito mori suscepto tam paruo nocumeto. Aliquis autem fortassis dicet, vulnus, quod Redemptor noster in latere pertulit, ad causandam velocem in mortem sufficere. Respondendum, illud quidem ad Christum attinuisse nihil: nam quando illud Christus suscepit iam expirauerat, ut patet testimonio omnium Euangelistarum. Induci ergo videtur ex his Christum in Cruce veram non subiisse mortem.

*Christus veram mortem tolerauit, & quadam alia de eodem.*  
Cap. XLV.

**HI**s autem respondendum est, Christum veram tolerasse mortem, sicut omnium Euangelistarum testimonio comprobatur, totius quoque catholice fidei indubitata assertio haec est. Iuxta modum autem quo mors Christi causata fuit, aduertendum est, Christum Deum verum fuisse, & hominem, ideo sicut et Deo existenti cuncta ad nutum subiecta erant: ita quoque naturae humanae suae partes subiectae erant, omnia quoque his accidentia, aut quouis attententia modo, ut mors, & vita. De his igitur faciebat ut volebat, & quando volebat. Poterat igitur eas seiuungere, atque coniungere pro solo nutu, cum vellet, & consequenter vniere ei etiam meritum vellet liberum erat, quod quidem alijs hominibus non adiacet. Non enim dominantur naturae suae: nec moriuntur cum volunt: nec viuunt ex voluntate quidem duntaxat. Nam accidit ut moriatur quis quando vult, scilicet si sibi manus iniecerit mortem procurans, tunc tamen non moritur, quoniam solum vult, sed quia mortem sibi infert realiter agendo. Sicut ergo Christus vitae, & mortis in se ipso erat. Ita & si aliqua colligantia potentiarum naturalium actiuarum, vel passiuarum in ipso erat, Dominus ipse esse posset: quia cum vellet illam tenere colligantiam poterat, cum autem colibitum foret, quae naturaliter conpuncta erant, disungeret. Et hic modus est quem sacri doctores assignant in homine Christo, quod in passione sua fuerit verus, & plenus comprehensor perfecti suscipiente delectationem, anima sua in diuina visionis essentia, quae semper ei praesens erat: hanc autem visionem cum consequenti delectatione fruitionem vocant, in qua plena consistat foelicitas. Erat quoque acerbissimè afflictijs perferens dolores amarissimos: ita ut beatissimus atque afflictissimus virorum simul diceretur. Haec vero simul in nullo virorum secundum naturam esse possibile est: in anima siquidem rationali nostra vires quaedam pure spirituales rationales siue intellectiuae sunt: his autem Deum cognoscit, atque in eo cognito delectatur, in quo plena foelicitas humana consistit. Quamquam haec gloria, quae directè in potentias rationales recipitur, posterius redundat in partes sensitiuas, quae sunt vires inferioris conditionis. Haec autem in Deum tendere non possunt, quoniam excedit conditionem obiecti sui. Sunt enim praeter rationales vires in homine aliae, quae sensitiue dicuntur, de quibus nunc tangebatur: haec enim illi, ut animal est, conueniunt. Sunt quoque naturae inferiores rationalibus, quibus sentimus, atque vitaliter immutamus ab his, quae corpora sunt, aut corporum conditiones. Hic autem habitudinis modus his viribus mutuus consistit, quod cum omnes eiusdem animae vires sint colligatae, sunt & ad eadem opera-

operationem tendunt: ita vt in eam operationem, in quam rationales tendunt vires, sensitiue quoque ferantur, & in quam sensitiuas moueri dixerimus, rationales quoque identidem moueri necesse sit. Nec tamen in hoc quisquam intellexerit vtrarumque eundem fore actum: nam naturales vires intellectiōni vacant, sensitiuæ autem potentiæ nunquam intelligunt. Identidem quoque sensitiuæ ad sensationes sunt, intellectiua tamen sensationis actum nunquam explent. Sed est superior sensus, q̄ tamen rationales potentiæ in actu suo sunt quamquam sensitiuæ non compleant aliquem intelligendi actum, vt rationales, tamen ad illum actum rationalium virium attentæ sunt, ita quod nulli alteri actui sui generis occupantur. Hoc pacto quamquam vires rationabiles sensatione nullam cauent, aut suscipiant, sensationem tamen, quæ a potentijs sensitiuis est attentæ sunt. tunc nulli specialiter sui generis explentes actum. Hæc autem virium sensitiuarum intellectiuarum colligatio in nobis est propter animæ vnitatem in qua omnes sunt: vnde cum anima, quæ operationum nostrarum est radicale principium iuxta Aristo. 2. de Anima, est intenta operationibus speculatiuis secundum vires rationales, non potest vacare actibus sensitiuarum potentiuarum. Cum autem e contrario vacat sensitiuis experimentis secundum potentias sensitiuas, contemplationi speculatiuæ secundum rationales vires intendere nequit. Horum autem tota vita exemplorum plena est: nam si quis in sumendo cibos, aut delectabiles armonias audiendo delectetur: impossibile est tunc eum delectari circa speculationem, aut in actu phantasiandi circa aliquid. Accidit autem prorsus e contrario si quis magne, atque altissimæ speculationi operam dederit, qui penitus deditus sit huic operationi, non poterit vacare delectationi, quæ est in cibo, aut in potu, vel tactu, & si quem tunc cibos sumere contingat, nesciet, an cibi sapidi, aut insipidi sint, & si audierit non distinguet cuius conditionis audita vox sit. Et si quis huius speculanti apertis oculis se obiecerit, nesciet distinguere quis ille sit, ac si neminem cōspexisset. Quod si fortassis ad altissimum, atque extremum delectationis gradum ista intellectus attentio peruenierit, nequibit qui hoc patitur quidquam videre, auditu percipere, frigus caloremue sentire, aut cibum, siue potum sumere, etsi ei cuncta sentienda apponantur.

Quædam attentia ad superiora. Cap. XLVI.

APPARET autem abundatius, quæ dicta sunt in his, qui raptum, aut ecstasim patiuntur, velut interdum prophetis eueniebat. Accidit quoque doctori gentium Paulo, interdum quoque quibusdam ante mortem hæc accidit. In his enim anima in corpore est cum ecstasim patiuntur. Quod apparet, nā si hi mortui essent, cum horum quosdam interdum per triduum, aut quadriduum raptos esse eueniat, sicut de eo, qui vulgariter Tudanus dictus est recitatur, corpora eorum grauem odorem emitterent, sicut accidit in corporibus mortuorum, atque iam resoluti inciperent succedentibus sibi naturalibus gradibus resolutionum. In his tamen, qui ecstasim, aut raptum patiuntur, nec grauis exalatur odor, nec queuis resolutio facta apparet. Nam sordida quædam inde tabes diffusæ appareret: mortui igitur, qui hæc patiuntur non sunt. Cum ergo quispiam raptus est, anima eius in corpore est: nihil tamen videt, aut auditu percipit, nec cibum, aut potum suscipere potest, nec quamuis aliam sensitiuam tunc habet operationem. Identidem autem motiua operatio in eo non est: anima nāq̄

Quis ecstasim patitur nullam tunc sensitiuam habet operationem.

illa corpus tunc mouere nequit, moueri namque nullatenus posset etiam igne ei circumposito, vt sic flammis vreretur. Aut si ei varia cruciatuum genera infligerentur mori quidem poterat, sentire autem minime: nam tunc spiritus ille, qui artus vegetat altissima occupatus speculatione sensum in corpus non influit, quo dolorem, aut aliquam quamuis sentiamus passionalem immutationem. Nec quidem, qui ecstasim patitur solis tunc sensitiuis operationibus, quæ animales appellantur, destitutus est: sed etiam vegetatiuis actibus, qui naturalium potentiuarum esse dicuntur, quod mirabilius est. Hoc autē apparet quoniam tunc, nihil digestiua, aut expulsiua, vel appetitiua potentia operatur, ita vt in huiusmodi corpore vitalis calor nullus appareat. Quoniam calorem spiritibus resolutis a corde præuenientibus causari aiunt, qui cum continuis resolutionibus multiplicatur calor, & vigor corpus informant, cum verò horum penitus cessauerit resolutio, calorem, atque corporeum cessare vigorem necesse est: de his tangit Arist. in lib. de differentia spiritus, & animæ: quamquam a plerisque hunc non esse Aristot. librum asseratur. Cū verò anima totaliter occupata nullam alteram operationem principiare potest, nequit spiritus vitales, atque motuos in corde resoluere, ex quib⁹ vigor, & calor in corpore generetur; quo fit, vt qui talia patitur, prorsus vita defunctus videatur non apparente in ipso aliqua vitali operatione. Hoc autem propter nihil aliud euenit, nisi quia anima tunc summe intenta est secundum potentias rationales.

Magna rationalium potentiuarum attentio facit, vt nullam sensitiuam delectationem percipiamus. Cap. XLVII.

AMPLIUS autem ex his infertur, quod cum quispiam magnam valde rationalium potentiuarum delectationem experitur, nequeat vllatenus in actu sensitiuarum potentiuarum delectari. In cibo sumpto, aut potu, aut in quouis corporeo experimento. Identidem autem, nec aliquam in eisdem sensitiuis partibus afflictiuam passionem tolerare potest. Vnde si quis audiat aliquid quod vehementer audire concupuerat, nec illam vnquam audierit, etiam si famem, aut sitim eueniant, illas tamen nunquam sentiet. Sic enim vulgariter loquentes in similibus dicimus, hic noctibus diebusque maneret nullo cibo, aut potu vegetatus. Ex opposito autem euenit cum quis vehementissimam secundum aliquam sensitiuam potentiam delectationem experitur, vt in visu, aut gustu circa actus rationalium potentiuarum vacare nequit, vnde si ei aliqua intelligibilia apponantur, circa illa nullatenus intelliget. Amplius autem cum delectationem sensitiuam tantum excreuisse contingat, vt ad altissimum, atque extremum sensitiuarum delectationum gradum deuenierit, qua nulla in sensitiuis reperitur maior, non solum, qui hæc experitur, alicui intellectiōni vacare nequibit, sed etiam nullatenus quidquam intelliget. Idem autem ad sensitiuas potentias patietur, scilicet, vt secundum nullam earum quidquam percipiat. Sic enim in actu venereo accidit, qui est actus tactiue potentiæ, de quo Arist. Ethic. lib. 7. ait: Aiunt enim in ipso intelligere posse neminem. Identidem autem si in parte sensitiua aliquis insurgat dolor, secundum actus rationalium potentiuarum nullatenus delectari valebimus: velut cū quis acutissimum experitur dolorem, circa nullam potest vacare speculationem: sed ad sentiendum dolorem necessario conuertitur. Vnde si quis validissimis doloribus circumseptus foret, velut gehennalibus incē-

Qui delectationibus sensitiuis plurius oppressus est nihil intelligere potest.

dijis mancipatus, cui se Deus manifestum redderet sic se beatis animabus in vita æterna ostendit, qua visione beate sunt, delectari quidem nequiret, nisi ei prius Deus illos auferret dolores. Hæc autem omnia eueniunt propter naturalem colligationem rationalium atque sensitiuarum potentiuarum in actibus suis, cum omnes in eadem anima sint.

De quadam potentiuarum sensitiuarum atque rationalium colligatione in Christo existente. Cap. XLVIII.

IN Christo Salvatore nostro cum verus homo foret, necessarium est hanc cōfiteri fuisse potentiuarum atque sensitiuarum rationalium, vt in nobis colligationem vnicam quippe in eo anima erat. Et cum secundum rationales potentias quidquam ageret, sensitiue ad hoc attentæ erant, cum verò in sensitiuis ei quecunque foret operatio, rationales quoque ad hoc vacabant. Quoniam tamen natura sua humana suæ liberat potestati, poterat cum vellet harum soluere colligantiam, scilicet, quod potentiæ rationales magnam in speculatione delectationem experiret: vires autem sensitiuæ ad hoc nihil attendentes: sed quandam aliam distantiissimam aut delectationem aut tristitiam experirentur. Poterat autem identidem sensitiua pars eius magis perfrui delectationibus, rationalibus viribus illius summa repletis amaritudine, aut quod rationales vires magnis delectationibus perfunderetur ad hoc nihil attendentibus partibus sensitiuis, & ipse sensitiue vires durissimis doloribus teneretur. Ite autem modus est, quo Christus in passione existens erat verus atque plenus comprehensor sustinens amarissimos cruciatu, & cruciatuum acerbos dolores. Theologi autem compræhensorem illum vocant, qui totum bonum suum adeptus diuinam essentiam videt, qua visione beatus est. Hoc autem Christo homini contingit ab instanti cōceptionis suæ: nam ex tunc perlonge diuini verbi vniuit sibi animam Christi ad vnitatem personæ, vel hypostasis, vnde illa benedicta anima temperate delectatione esse impossibile est: nam felicitas est plenitudo omnium gaudiorum atque aliorum bonorum, sed in ista visione est felicitas: ergo in hac visione ineffabile esse delectationem necessarium est, maiorem quidem quam quispiam imaginari possit: Quoniam autem hypostatica siue personalis vniō animæ Christi ad verbum diuinum in passione sua non dissoluta est, nec vnquam perit, cum dicat Damascenus, quod semel assumptum nunquam dimisit. In passione diuinam vidisse essentiam animam Christi necessarium est, atque tanta sibi fuisse delectatione persusam, vt nulla maior illa in aliqua creatura esse possit, in illa imaginari esse. Eraque ita intensa delectatio, vt nunc eam in celo habet: quia felicitas Christi nunquam diminuta aut augmentata est. Hoc enim generaliter in omnibus apprehensoribus est, vt postquam semel apprehensores effecti fuerint, amplius nec augeri, nec diminui valeant, cū in termino sint, augmentum aut diminutio ad hos pertinet, qui pure viatores sunt. Erant autem in Christo partes sensitiuæ, in quibus horribiliter angustiabatur: nam acerbissimas tollerabat pœnas: ei namque tales infligebantur cruciatu, vt grauissimos dolores sentire deberet. Sic igitur verè affligebatur atque super omnem humanam existimationem dolores tolerabat. Apparet igitur in Christo dissoluta colligatio sensitiuarum atque rationalium virium in suis actibus. Nam viribus rationalibus diuinam videbat essentiam, atque tanta fruēbatur iucunditate, vt nulla in creaturis qua delectus reperiri

Cōprehensus quod apparet.

Felicitas quid.

In passione Christi anima diuina vidit essentiam.

Alph. Toit. Para.

quaxat, aut imaginatione cōprehendi. In partibus autem sensitiuis verissimos atque horredos sustinebat dolores quibus super omnem humanam existimationem afflictus erat. Hoc autem in nullo ostendit naturaliter esse valebat: nam cum naturalis potentiuarum rationalium & sensitiuarum in actibus suis colligatio sit: necessarium est, vt cum earum altere alicui actui vacant, alie huic attentæ sint ad nihil alterum attendentes. Si igitur quispiam nostrum durissimos, vt Christus sustinisset dolores, prorsus afflictionibus repleteretur, essentque rationales vires sensitiuarum partium attentæ doloribus, nulli speculationi operæ dare possent, aut cuius intelligibilis delectatione tenerentur, & quæ diuina essentia se videndam huic monstraret, intellectus penitus afflictus illi visioni vacare non posset, nec in ea vllatenus delectari. Nā cum aliquis dolor aut notabilibus impressio in partibus sensitiuis causatur, inuiti et trahimur, vt cæteris actibus intellectus omisit illum duntaxat dolorem attendamus.

Impossibile esset quemquam in toto orbe ex solis plagis Christo illatis tantum sustinuisse dolorem quantum ex his Christus passus est. Cap. XLIX.

EX prælibatis autē illatione necessaria inducitur, impossibile fore quemquam in toto orbe terrarum ex solis plagis Christo illatis tantum sustinuisse aut sensisse dolorem, quantum ex his Christus in sua passione tolerauit. Nec hoc quidem quispiam scripserit, maxime tēperie suæ complexionis, sed necessarium erat eū magis dolere æquis in fluctis sibi, & alijs punishmentibus. Sed in alterum specialiter causalitas huius reducenda est. Hoc tamen etiam nemo nos distiteri patet: nam complexionum equalitas, & temperies ad viuacitatem sensationis nimis cooperantur. Quod apparet, nam durius tolerat atque vberius dolet quispiam hominum si baculo aut incusso carni suæ ferreo stimulo percutiatur, quā si asinus ista toleret. Hoc autem quoniam humana complexio in equalitate tēperie asinam atque cæterorum brutorum excedit. De Christo autem ad reliquos homines erit: ipse nāque temperatiorem cæteris hominibus habuit complexionem aliam tamen huius acrioris doloris in Christo equalis cruciatus cæteris tolerando fuit. Nā cum nos quidquam patimur, si nobis quisquam compatiaur, dolores illos leuius toleramus. Si vero nemo consolator adest, dolor acrior est. Sic autem euenire dignoscitur per hoc, quod est intra nos cōsolatorem aliquem esse aut non: est enim dolor aliqui causatus in partibus sensitiuis, cum distantiatur dolor esse sensus nocenti. Causato autem hoc dolore si partes superiores hunc dolorem inspiciant, atque partibus sensitiuis dolentibus condoleant, minoratur, quod toleramus. Sic tamen semper euenit, vt partes rationales sensitiuis condoleant signantes se dolere, quia sensitiuæ perferunt quid aduersum. Amplius autem, & rationales viribus sensitiuis interdum solamen præstant spem præferentes bonam doloris velociter finiendi. Interdum autem quendam alium solamen ingeret modum, inuuentes per hunc breuem dolorem magna nobis gaudio affutura. Non igitur nobis nimis dolendum esse, qui bona valde multa per partia assequimur damna. Alij quoque multi consolationis modi sunt, quibus se rationales vires sensitiuis proprietas exhibent, qui vberius sunt in eis, qui rationales, & theorematibus mente magis abundant, qui similes sunt eis, quos Aristo. Epidixios vocat in consolationibus amicorum. De hoc Ethycor. lib. 9. Cum hæc igitur in nobis dolentibus sentiantur, necessarium est dolorem minus sentiri quā alias sentiretur.

Dolores leuius patimur si nobis quispiam compatiaur.

Dolor quod sit.

Rationales potentie interdum viribus sensitiuis solamen præstant.

G In

In Christo autem patiente nullus harum consolationum modus erat. Potentia namque rationales eius. intellectus, & voluntas contemplationi diuinæ essentialiter vacantes erant, atque consequenter ex visione delectationi, cum verò visio hæc, atque delectatio extremam exigant attentionem, cum altissima speculatio, atque delectatio sit, impossibile esset positiones rationales huic vacationi prorsus deditas cuius alteri operationi vacare. Nam hoc dato capacitatem quidem potentie repletam nondum esse necesse erat, quod felicitati repugnat, in qua plenè desideria nostra complentur. In Christo autem sic erat, cum ipse semper comprehensor, atque diuinæ speculator essentialiter existeret. Impossibile quidem igitur erat partes suas rationales. scilicet voluntatem, & intellectum sensitivas partes, in quibus acerrimi dolores erant respicere posse, ut hanc, de qua prelibatum est influentem consolationem, vires igitur sensitivæ omni solamine, ac adiutorio virium rationalium necessariò amariùs torquerentur dolores suos nullo eos minuente plenissimè sentientes. Quo pacto dolere eas acrius, necesse erat, quam si hoc aliàs in forma communi paterentur. Et quoniã in nullo hominum harum potentiarum colligatio dissolui valet, sed cum quicquam vires rationales attendunt, in id sensitivæ quoque feruntur, & si cui sensitivæ vacauerint, vires rationales identidem ad id attendere, necesse est, possibile vllatenus videbatur, ut quisquam in sensitivis viribus insurgeret dolor, ad quæ rationales non attendant vires, atque vllaqueque possunt consolari contentur. Quo fit, ut si hi, qui Christo cruciatus illati sunt, cuius illata forent, in eis tantum dolere, ut ipse doluit impossibile foret. Ex hoc autem rationabilis valde homo Christus vires suas sensitivas, in quibus acerrimus ingruentis passionis tempore, & presentis erat respiciens nulla superiorum virium consolatione leniri, aut ab acerbissimis quodammodo passionibus mitigari aduertens, se quoque ea, quæ in ceteris hominibus patientibus à viribus rationalibus consolatione accidit, à Deo derelictum, proclamabat, dicens, iuxta id, quod habetur Matth. 27. ca. Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? scilicet, nullus aliorum virorum in referendis doloribus sic consolationum superiorum virium subsidijs destituitur, in hoc horrifero cruciatu destitutus sum.

Quomodo mors in Christo causata fuit. Cap. L.

N VNC verò ad eam inquisitionem specialius accedendum est, qua querebatur, quomodo mors in Christo causata fuerit. In mortibus namque, quæ illatis vulneribus infliguntur, ideo mors fit, quia natura damnata sibi repugnans habet: est autem per cruciatum, qui inferuntur. Contrariorum autem secundum naturam ista constat habitudo, ut se mutuo destruant. Cum igitur poenales inferuntur, natura his resistit tolerando, quoad potest conservans se in esse; cum verò cruciatus in tensionem recipiunt, aut tractu temporis extenduntur, natura ferre non valens debilitatur, atque tormentis cedit, atque hoc pacto animal moritur. Hinc autem est, ut robustioris complexionis viri diutius ægritudini, & illatis resistent vulneribus, nec ita cito propter hæc, ut alij, moriuntur; acriores quoque perferunt cruciatum. Natura namque potens duriora, quam debilis tolerabit. Qui verò debiles corpore sunt, diutius cruciatibus non resistunt, sed in eis velociter dano natura cedit. Quo fit, ut minoribus inflictis cruciatibus, quam ceteris hominibus moriantur. Cum verò eis dura sustinere contingerit, velociter sustinendo deficiunt. In Christo autem specialius hoc inerat, ut quamquam verus homo anima & corpore constans, sicut ceteri

esset, erat tamen naturæ suæ dominus, ius efficiendi habens quicquid ex ea aut in ea facere maluisset. De corpore autem singillatim, de anima quoque; per se idem ius ei erat, quod nulli unquam hominum natura concedere valuit. Poterat ergo Christus cum vellet animam in suo corpore tenere cum vellet, poterat consimiliter cum vellet seingere, aut velocissimè siue multis exhaustis temporum curriculis. Vnde & si elegisset cum primo flagellis tactus est, aut primo inflixo clavo mori, nulla quidem vltiori naturæ suæ facta violentia subito moreretur. Addo autem ad hoc nullam vltiorem exactam violentiam: nam ceteris hominum facultas est animas a corporibus separare cum libuit. hoc tamen eis non contingit, nisi illata quadam violentia. scilicet sibi ipsis manus ingerant. Christus autem in hoc cunctos excelluit, ut nullo sibi inflixo cruciatu, aut veneno, aut quouis assumpto pestifero, sola volitione animam a corpore separasset, nec ad hoc necesse fuisset aliquem sentire dolorem. Ex eodem fundamèto ius erat Christo animam suam corpori vitam, quoad vellet tenere, & quanquam ferocissimos cruciatus irrogati forent, mori impossibile foret. Vnde & si continua mille annorum, aut quantuncumque maioris temporis successione flagellis cæsus foret, aut cruci affixus teneretur clavis, mori nequaquam contingeret, nisi eligeret mori iubens animam a corpore separari.

De necessitate mortis Christi. Cap. LI.

E T quoniam ab æterno ante exordia sæculorum Christus disposuerat sua ferocissima nos morte a penarum, atque peccatorum liberare ærumnis, necesse erat eum mori. Mortis autem sacratissimæ quantum ad inflectionem suam modus iste fuit. Elegit enim. Saluator noster acerrimis flagellis pungi, durissimis perforari clavis, spinarum quoque rigidis aculeis aperiri, hæc quoque diutius toleravit. Quibus addèdum est, quod in cruce per tres horas, aut amplius vivens pependit, in quo quantus fuerit dolor tota illius benedicti corporis graui mole fixis manibus, & pedibus sustentata, atque pòdere suo ad inferius trahente, nemo satis admirari sufficit. Et quanquam inflictis his cruciatibus, qui Christo illati sunt cuilibet virorum nullis, ita cito moreretur: nemo tamen esse potuisset, qui his susceptis rãtos inde sustulisset dolores. Et si cuiquam quouis modo ex aliquibus penalitatibus tanti sequerentur dolores, necessarium erat huic brevissimè mori, nemo enim tam acerrimos ita diutius dolorum cumulos tolerasset, sicut in prælibatis declaratum est. Nec duntaxat isti dolores tanti fuerunt, ut quisquam eos sine acerrima morte tolerare posset, sed tanti fuerunt, ut nullus virorum quantumcunque cruda eis illata morte tantorum dolorum tam viuaces aculeos pertulisset. Cum autem inexcogitabiles sustulisset Saluator noster in corpore suo penalitates effuso sanguine vniuerso, videns beata Trinitas iam rationi, atque æquitati dissonare hominem illum Iesum diutius cruciari, cum plenè recuperandæ humani generis salutis satisfecisset, animam ab illo corpore separari decreuit, ut nullos vltius sentiret dolores. Et quoniam non ut ceteris hominibus euenire solet, ut natura doloribus resistere non potenti, atque per hoc succumbente moriantur, Christo euenit. Sed tunc mortuus est cum voluit, ideo non erat eius debilitata natura, ut in ceteris morientibus fieri cernitur, quin potius ita fortassis, ut ante valebat. Ob hoc autem cum esset in limine mortis, forti boatu clamauit, cunctisque audientibus vox illa terrificata fuit. Vnde & centurio Pilatu miles vehementer in hoc commotus est.

Sic

Potestas Christi de anima sua.

Christus in quo omnes excelluit.

An Christus verus sui fuerit homicida

Qui se ipsum interfecit an inuicta facit.

Christus in cruce mortuus, cum voluit.

Sic enim Christus durè clamauerat, ac si nulla pertulisset mala integra manente natura. Nec quidem naturaliter in aliquo virorum qui mortem in cruciatibus suscepisset hoc euenire poterat: nam cum mortè subiret, debilitatum fore necesse erat, quo voces tam fortis boatus emittere non valeret: Vnde non immeritò centurio clamantem in extremo vitæ audiens ait: Verè filius Dei erat iste, ut habetur Matthei. 27. cap. Post hoc tamè Christus in cruce animam a corpore separauit, verè igitur mortuus est, ut ceteri homines moriuntur.

Obiectiones quædam penes prædicta. Cap. LII.

P RÆLIBATIS autem his consequens est his, quæ obieciuntur respondere. Primò autem dicebatur, si Christus in cruce veram mortem subiit, aut eam plagarum doloribus, aut volente ipso atque animam a corpore separante factum est. Si verò eum sponte animam a corpore abstulisset assenserimus, homicidam sui ipsius Christum facere videbimur. Si verò plagis urgentibus hoc factum esse fateamur, stare quidè non videbitur: nam cum moriturus fuisse dicitur durè clamauit, quod in eo naturæ fortitudinem attestatur: nemo tamen moritur nisi ad extremum debilitata natura. Huic respondendum est, Christum verè mortuū secundam testimoniã omnium euangelistarum, hoc verò & dictis plagis, & voluntate eius iubente factum est. Vera namque atque amarissima ei vulnera inflixere Iudæi, quibus susceptis quicumque virorum moreretur, quanquam fortassis non ita velociter, ut Christus mortuus est. Ex his autem inflictis plagis, tam acerbi dolores, & amplius valde in Christo prouenerunt, quod duos quisquam morientes plagis impositis ferre posset. Hæc tamen penalitates a Iudæis Christo inflictæ huic inducendæ morti minimè sufficerent, & si maiores multiplicisque; his adderentur, nisi Christus sponte, atque iubens a corpore benedictam illam animam separasset. Cum verò ad hæc obijceretur, Christum verè fuisse homicidam, ut quippe qui volens animam a corpore separauerit. Respondendum est, ex hoc minime hoc inferri: anima namque naturaliter in corpore manere desiderat, cum propter ipsam factum sit eiusque naturalis mansio sit. Ob hoc autem cum quis damnus quodcumque corpori inferat, ex quo animam separatio sequatur a corpore, animam iniuriam inferat, quoniam a suo naturali domicilio excludit, corpori autem iniuriam nullam facit, corpus quippe iniuriam nullam recipere potest. Velut si quis alicuius domus habitatorem inuitum de sua habitatione pepullerit, habitanti iniuriam inferat, domui autem nullam, domus quippe nec iniuriæ, nec vituperij susceptiua est. Si quis verò se ipsum occiderit, animam suam iniuriam facit, quam de naturali excludit domicilio. Huic autem animam homicidam sui ipsius iniuriam nullam agit, in quantum ipsa malè volitionis causa, & auctor est. Ipsa namque occidendum esse eligit, fit ei tamen aliquis iniuria, in quantum in corpore illo naturaliter manere desiderat.

De Christi potestate super animam suam. Cap. LIII.

H AEC enim, quæ de iniuria animæ illata dicta sunt, in Christo locum non habebant, ipse nempe potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, & non solum iterum, sed quoties ei collibit foret. Si igitur tunc eam de corpore auferebat ad illud eadem post quadraginta horas cum maiori gloria, & honore redditurus, nullam illi iniuriam, aut iniuriæ imaginem irrogabat. Si verò nobis idèndè facultas foret, ut cum liberet, licitum foret animas a corporibus tollere, eas, cum voluerimus perfectione, & gloria augmentatas redu-

cedo, nullam quidem iniuriam illis inferremus. Hoc tamen nulli adiacet: nam si quis semel ferugerit a corpore animam, reducendi facultatem nullam habet, iniuriam igitur eis intulerimus, si quando eas inuitas proprio de habitaculo excludemus, & ob hoc peccatum graue est, velut si quis alterum de proprio expelleret domicilio, eum in illud redeundi faciens impotentem, iniuriam quidem irrogauerit. Si tamen quis propria de domo cum libet recesserit, iterum ad libitum reuersurus, nullam quidem, aut habitator sponte recedens iniuriam suscipit, aut irrogat domicilio. Hoc autem interest cum quis animam de corpore expellit nunquam posterius reuersuram, aut cum eam educit post paululum cum maiori reditura honore. Amplius autem Christus sui ipsius homicida dici nequit: nam cum quis sibi manus propria sponte ingesserit, peccati reus est. Si verò hoc Deo iubente expleuerit, iniquitate nulla tenetur, quin potius nimis in hoc meretur. Erat autem fortassis actus iste meritorius super omnes alios actus quicumque forent, quoniam actus difficilissimus est. Homo quippe seipsum naturaliter, atque excessiuo nimis amat amore. Hanc autem occasionem licitam fore comprobatur: nam quicumque hominum tenetur Deo vniuersaliter obedire, quoniam vniuersalis deus est. In hoc igitur sicut in ceteris si iusserit obtemperandum est. Sic enim quidam de catholicis doctoribus asserunt Samlonem sibi intantum prouocasse spiritum Dei commotum, ut sic interiens plurimos occideret Philistinorum, sicut opere completum est, ut habetur Iudi. 16. cap. quo pacto eum homicidij crimine liberant. Hic quoque modus Abraham excusatorius est, ipse namque filium suum deliberatissimo animo occidere voluit: de quo Gen. 22. cap. In Christo autem non disparia his intercessisse dicendum est: punitio namque æterna totius beatæ Trinitatis hanc duram Christum subiit mortem: quod euidenter conijcitur: ab eo siquidem hanc transisse mortem exortabat, ut habetur Matth. 26. cap. pater si fieri potest transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Tenax tamen æternæ immutabilisque præfinitionis beata Trinitas hunc hominem Christum ad mortem induxit. Homicidam igitur ex hac re eum appellare nequibimus, quoniam magis hoc factum laudandum erit: cum hoc sanctæ trinitati obediens fecerit, multoque, atque duos labores tolleravit, ut patet Psal. 16. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Cum verò quispiam sola pelsima sua volitione permotus, nullam à Deo iussione recipiens, manus sibi ipsi ingesserit, peccat: est enim iniurius animæ suæ, quam de proprio naturali que renitentem expellit habitaculo.

Obiectiones penes superiora. Cap. LIII.

S ED adhuc in prædictis maioris inquisitionis motua sunt. Christus namque non solum iussu Dei mortem subiit, sed amplius animam suam ipse a corpore separauit. In eo autem, quod est mortem subiisse, aut potius tolerasse, dubitari nequit, quin virtuosè egerit: ibi namque sola passio erat, quæ inuoluntaria est: sed in eo, quod ipse animam de corpore suo excludit, fortassis cuiquam dubitandi origo videbitur, an iuste, vel secus egerit. Cui respondendum est, quòd si Christus iussu Sanctissimæ Trinitatis mortem subiturus erat, poteratque naturaliter, ut ceteri viri cruciatibus deficere natura cedente dolori, atque hoc modo in eo animæ & corporis separatio causaretur inuito eo, sicut cunctis commune est, atque equo, ut in ceteris temporis tractu ista conficerentur: ipse autem, ut leuiori compendio acerbos finiret dolores in animam a corpore

G 2 lectu-



fecta. lebat peccaret: verus enim homicida sui, nē tā dntus cruciatus ferret. Velut siquis iudicis diffinitione se capitali plectendum nouisset sententia, atque nē tam acerbē patiatur, seipsum quauis morte conficit, peccat. In Christo autem hoc subsistere non poterat, quoniam ipse cruciatus quocumque, & quanto tūque temporis tractu inflicto mori non poterat, sicut in cæteris accidit. Non ergo peccauit anima, & corporis vnionem dissoluens, de quo infra dicitur.

Non contingebat Christum peccare separando animam, ac corporis vnionem. Cap. LIIII.

AMPLIUS autem non cōtingebat Christum peccare separando animam, & corporis vnionem. Nam Christus Deus erat, & ob hoc corporis, & animam suam dominus, sicut & omnium aliarum rerum. Et sicut Deus, aut quilibet dominus, nihil peccat agēdo quidquid placuerit in rebus suis. Ita & Deus nihil mali vrendo animam, & corpore suo, vtrumque vellet, faceret: nec in hoc aliquam animam iniuriā irrogabat. Nam hominis ad possessionem suam non est aliquod iustum pollutum, nec quouis modo, vt ait Arist. Ethic. lib. 5. cap. de iusto politico. q. quidquid homo in re sua, vt in domo, vinea, aut quacunq; suppellectili fecerit, rectē factum est, nec magis iniuriam infert homo rebus suis sic, q̄ aliter agēs, nec per quauis grauaminis speciem. Hoc autem in omnibus, quā a nobis possidentur euenit: non enim contigit illis iniuriam fieri. Si autem dominus possit iniuriam facere seruo suo, qui res sua est, & homo est altior est atq; diffusior est inquisitio, de qua late diximus super Exo. ca. 20. & 21. Deo autem ad omnia creata sic cōstat, q̄ omnia sunt possessio eius, vt habetur Psal. 23. & Exo. 9. cap. f. Domini ē terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Sic patet Psal. 102. Quam mirabilia sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua: ergo nihil est in terra, nisi possessio Dei. Cū igitur Deus cuncta possideat, nulli iniuriam irrogare potest. Conformiter igitur, nec animabus. Idem probat Apost. ad Ro. 9. cap. vbi de prædestinatione, atque diuina præsciētia agit. Nullam igitur Deus animam iniuriam irrogare potest, siue eam in corpore ponat, siue seiungat, sicut nihil domum suam grauat amplius eam destruens, q̄ ædificans, vel reficiens. Christus autem Deus erat, & animam suam dñs, nihil igitur illi erat iniurius, si eā a corpore separaret, nec in hoc quouis mō iniqua ageret. In nullo autem aliorum virorum hoc accidit, nullamq; corporis, aut animam suam dominus est. Nec hoc quidem de corpore, & aia dixerim, sed nec quisquam est dominus membrorum suorum. s. manuum, & pedum: nullam igitur harum partium sibi impunē amputare valebit. Sic habetur ad legem Aquiliam in l. liber hō. Cū igitur quis sibi manus ingerens aia, & corporis dissoluens vnionem, animam suam iniurius valde est, atq; grauius peccat. Christus igitur animam a corpore soluens in hoc nullatenus peccare potuit.

De necessitate huius generis mortis Christi. Cap. LV.

AMPLIUS autem necesse erat hunc modum mortis in Christo fuisse: nullus enim alius intercidere potuit. Christus namque Redemptor noster diffinitione æterna Beatissimæ Trinitatis mortuus erat, oportuit igitur aliquem assignari mortis eius modum: sed impossibile erat eum mō quo ceteris mors euenit mori, necesse igitur fuit alium mortis modum in eum intercidisse. Quod vltius patet quoniam cæteri homines naturæ suæ Domini non sunt, non

Deus quoad omnia se habet.

Nullus ex mortalibus dñs est mēbrorū suorū quo sit, vt ipius esse nequit qui sua cōscius est mortis.

Oportebat ex diffinitione Christum mori.

Obiectiones penes superiorum. Cap. LV I.

CVM verò secundò ad hoc obieiebatur naturam humanam Christi debilius firmatam cæteris hominum complexionibus non fuisse, sed nullus virorū eis vulneribus, & plagis susceptis, quæ Christus pulit, ita velociter moreretur, Christus ergo nō mortuus est. Respondendum est Christum debilius naturam non fuisse cæteris hominibus, quin potius ipse tēperatissimam, atque ordinatissimam extitit complexionem, poteratq; æquos cuiusq; hominum ferre dolores. Cū verò obijcis nullum tā paruis inflicto vulnerib; vt Christo illata sunt, tam velociter mori potuisse. Respondendū est vulnera Christi fuisse leuissima. vt quilibet virorū eis irrogatis mori potuisset: quinimo quilibet suscipientem mori necesse esset, nisi fortassis medicorum arte curaretur. Nullus tamen virorum erat, qui ita paruis inflicto plagis tam celeriter abijisset, sicut in superioribus extitit comprobatum: Christus tñ tam acerrimos in his dolorum stimulos sensit, aut pertulit, quantum quis inflicto sibi ferocissima, atque diutissima morte pertulisset, & his amplius. Quia igitur beatissimæ Trinitati rationale visum est, vt his factis nullos vltius homo iste sciret dolores, dignata est animam de corpore sequestrare: nam si amplius permanisset, vltiores sentiri dolores, necesse erat, hoc ad nihil conuenire visum est. Quamquam igitur Domini Iesu complexio ita fortis erat, vt cuiuscunq; viri, atque ita feroces, vt quilibet dolores tolerare valebat; dignatus est tamen animam a corpore separare, hoc elapso tēpore tam paruo, in quo nemo virorum moreretur hos solum perferens cruciamina his impositis plagis. Quibus satis solidè, atque in radice inductum est Christum verè fuisse mortuum: quo infertur hūc agnūm, qui Christus est, mortuum fuisse.

Fortis complexio erat Christi.

Pars decima tertia metaphora. s. agnus, qui non mortuus est. Cap. LV I I.

HVIVS iam finiendæ tertiæ metaphoræ particula decima est, scilicet, qui non mortuus est, qd̄ identidem, vt in superioribus ad Christū agnūm referendum est. s. quod ipse non mortuus est. In quo qd̄ sepius prælibauimus supponatur, scilicet, Christum verum Deum, & hominem fuisse: vt aut̄ hō erat mortalis erat, & verè mortuus, oia namq; aialia moriuntur.

Quia

Quod Christus quatenus Deus erat, mori non posse comprobabatur.

Quia autem Deus erat, aut potius in eo, q̄ Deus erat, mori neq̄bat, nec mortuus est: agnus igitur iste mortuus est, & mortuus non est: quia Deus pariter, & homo erat. Quod aut̄ Deū secundum diuinam essentiam mori impossibile sit, multipliciter cōiungitur. Primum quā mori malorū extremū est, atq; vltimū terribilium iuxta Arist. Ethic. lib. 3. in c. de fortitudine, sed in Deo terror nullus est: igitur mors in eo impossibilis est. In Deo aut̄ terrorem nullum intercidere patet: quā terror imperfectio est, in Deo aut̄ imperfectio nulla est, qui infinitè perfectus est. Amplius aut̄ quemadmodū generatio est via in esse rei eius, q̄ non est: ita mors est via in nō esse eius rei, q̄ est: Deus aut̄ deficere, aut definire esse nequit, qm̄ æternus est: mori igitur eum impossibile est. Vtraq; harum particularū per se liquet. Præter hoc aut̄, q̄ mori aut corūpi potest, gigni potest: sed diuina essentia gigni nequit: ergo nec eā corūpi possibile erit, & consequenter nec mori. Prima aut̄ antecedentis particula patet. Quoniam hoc cōe Arist. atq; omnium de natura loquentium fundamentum est, vt omnia corruptibilia generentur. Quo fit vt hos duos terminos. s. generabile, & corruptibile, siue mortale cōuertibile esse asserant. s. quia quod generabile est, corruptibile quoq; est: quod verò corrumpitur genitum fuisse necesse est. Quod verò diuinam substantiam siue essentiam gigni impossibile sit, apparet ex totius catholice fidei asserione: nā personam diuinam secundam genitam confitemur, quoniam eā pater, qui prima persona est genuit. Essentia aut̄ diuina nullatenus genita est: nam si diuina essentia genita foret, aut ipsa se ipsam gigneret, aut ab alio genita fuisset: si autem aliquid alterum diuinam generasse essentiam fateamur, aut illud, quod est gignens, est diuina essentia, aut non. Si fortassis dicamus illud essentiam diuinam non esse, multa ex hoc inconuenientia sequeretur. s. q̄ aliquid ante Deum foret, illudq; Deo esse perfectius, cum illud Deo esse tribueret, & ab illo nullum eē reciperet. Alia quoq; in hunc modū inconuenientia sequeretur, quæ penitus absurda sunt. Quod si fateamur id, a quo diuina essentia gignitur, essentiam diuinam non esse, sed aliam, sequeretur duos fore deos, quod non solum contra fidem catholicam militat, sed in omnē naturæ rationem, sicut id satis naturaliter induci potest nisi stultū, quoad possumus decurrere intendamus. Amplius autem si vna essentia alteram gignat, de ea quæ gignit querendum foret an genita, vel ingenita foret. Quod si fateamur illam gignentem diuinam essentiam ab altera genitam fore, inquiremus de tertia, an genita, vel ingenita sit, & sic erit processus infinitus in dijs, quod est contra Arist. intentionem in 1. Meta. Nam Deus causa prima est, & in dijs in infinitum cōcesso processu, necesse est in causarū processu infinitatem fore: sed hoc quoq; Arist. in 1. Ethic. atq; Meta. & plerisq; improbat locis. Si autem tertiam, aut quartam diuinam essentiam gignentem ingenitam fateamur: sed aliās ab ea genitas dicemus in alijs idē fore. Nam ea ratione, qua vna ingenita est, & cætera ingenitæ dici poterunt. Necesse est igitur hanc diuinam essentiam, quam confitemur a nullo genitam esse. s. nec ab eo quod diuina essentia sit, vel q̄ non sit diuina essentia. Nec quisquam dicere poterit, hanc diuinam essentiam a se genitam: nam vt est Arist. fundamentum & omnium, qui quicquā sapiunt, oportet in ter gignētē & genitum distinctionē intercidere realem, qua ex re nullum se ipsum gignit, vnde nec diuina essentia se ipsam poterit generare. Nullatenus igitur diuina essentia generabilis est: ergo nec corruptibilis, aut mortalis. Quamquā aut̄ de diuina substantia, q̄ ingenita sit, confiteamur, de persona tñ genitam esse confitemur, nec quicquā inconuenientis inferret diuinā per-

Diuinam essentiam gigni impossibile est.

Dicere duos esse deos est contra omnes

sonam genitam fore in Trinitate. Nā & si eā genitā asseramus, a se tñ genitā esse non dicimus: sed q̄ persona patris, quæ prima est, filij personā generet, ipsa aut̄ a nulla alia genita sit, sicut nec diuina essentia.

Rationes asserentes Deum mori non posse. Cap. LV III.

AD HVC autem in his amplius probari potest: nam mortem animæ, & corporis vnitorū separationem confitemur: Deus aut̄ nec corpus, nec aiam habet: eum igitur mori non posse liquet. Prima particula liquet: Deum autem, nec aiam, nec corpus habere patet: quoniam si Deus aiam haberet, & corp⁹, esset in aliqua specie animalis, quod absurdū est: Deū namq; animal esse non p̄temur, sed simplicē spiritū. Præter hæc autem si Deus corporeus esset, finitus eēt, aut totum vniuersum replet. Nam infinitum corp⁹ omnia replet, hoc aut̄ non fit: ergo aut finitus est, aut corpus non habet: sed finitum eum esse non fateamur, corpus igitur non habet, & p̄sequenter nec mori potest. Adhuc aut̄ mors p̄positorum passio quædā est, Deus aut̄ p̄positus non est, eum igitur immortalē esse patet. Maior apparet: nam mortem vnitorum resolutā diuisionē esse asserim; sed vbiq; vnitorū pluralitas est p̄tinentium ad vnā naturam est compositio, hæc autem Deus a se p̄genitus eliminat, cū ens simplex sit. Deum autem simplicem esse patet: nam Deum spiritum solum esse cōfitemur, atq; ex hoc indiuisibilem, indiuisibilia autem qm̄ nullam patiuntur sectionem, immortalia, aut incorruptibilia sunt: ob hoc aut̄ aia humana, ac angeli immortales sunt, qm̄ indiuisibiles sunt, atq; simplices spiritus. Item mors sine inflicto dolore nō causatur: dolor aut̄ imperfectio magna est: in Deo tñ imperfectio nulla fore liquet, nec mori igitur poterit. Amplius autem dolorem mortis cōcomitari patet, in Deo dolorem nullum eē liquet, cū dolor sensitiuarū positorum passio quædam sit, q̄ in Deo non est, cū sensitiuus non sit: quia animal non est, nec igitur in eo mors est. Item mors sceleratam morientis aufert, cū maximū bonum. s. esse tollat: beatitudinem tamen Dei nullo modo auferre potest, cū vique quaq; beatus sit, immortalē ergo eū esse necesse est. Multa quoque ex eadem radice induci possent, de quibus in præsentī non expedit dilatare sermōnem.

Deus nec animam habet, nec corpus.

Quod Deus sit simplex

Dubius quid horum apertius de Christo predicatur, aut q̄ sit mortuus, aut quod non. Cap. LV I X.

EX prælibatis quispiam dubitadi originem trahet: cum. n. dictum sit in hoc metaphorico Paradoxo, quod Christus mortuus sit, & q̄ mortuus non fuerit: quæ Deus & homo erat: vt. n. homo erat verè mortuus est, vt aut̄ Deus erat, nec mori potuit, nec aliquid mortuus est: quæretur quid horum de Christo proprius apertiusq; p̄dicabitur. s. q̄ mortuus fuerit, an q̄ nō. In hoc, vt in cæteris animaduertendū, qui cū Christus verus Deus, & homo sit, vt homo est eum mori potuisse, atq; verè mortuū fuisse p̄temur. De Christo autem, vt Deus est, dicimus, q̄ mori illum impossibile est, nec propriè dici potest eum fuisse mortuum, nisi eo modo loquendi vtamur, quē theologi doctores cōicationem idiomatum vocant, hic autem est, vt cū dicamus Deus mortuus est, aut passus est: hæc. n. vera est, q̄ non propria, hoc tñ nullatenus recipitur: Deus s. m. deitatem mortuus est, aut passus est, aut Christus s. m. q̄ Deus, aut deitatem mortē subiit. Hæc. n. s. m. nullū modū loquendi verè esse potest, nec si propriè, nec si appropriatè, vel figuratè loquamur, sed ex omni parte falsa est: nam in hac sententia est, q̄ Deus s. m. natura diuina mortalis est. Christus igitur, vt Deus mortuus non est, nec de eo dici potest, q̄ mortuus sit.

Hæc præpositio. s. Deus passus est quō intelligat.

Alph. Toit. Parad.

G 3 Questio

Quæstio scitu digna de re superiori. Cap. LX.

F PARADOXON QUARTVM DE SERPENTE.

Quomodo Christus serpens videbatur. Cap. I.

ADHVC alia dubitandi subapparet origo, scilicet, quid de Christo magis proprie dicatur, simpliciter accipiendo. non distinguendo secundum quod est homo, vel secundum quod est Deus, quod mortuus sit vel quod non. Cui respondendum est, quod secundum Arist. positionem in 6. Ethic. atque alijs locis, actus, & passiones semper denominant personam siue suppositum, & non partem personæ, vel suppositi, nec aliquid, quod est in parte suppositi, vel est suppositi proprietates. Et quoniam in Christo Iesu suppositum, siue persona, vel hypostasis non erat homo assumptus, sed verbum diuinum vnies sibi assumptam humanitatem, dicimus Christum diuinam personam, & non humanam esse, sicut tota sacrorum doctorum tradit asserunt, Deo autem mori non congruit, proprius de ipso igitur magis prædicamus quod non fuerit mortuus, quam quod mortem subierit. Sic autem in multis alijs prædicatis est, quæ sacra theologorum assertio de Christo non consistitur, nisi additis multis limitationibus. Nam solida veritate subsistit, quod corpus Christi creatura fuerit, anima quoque, creatura est, etiam tota natura humana assumpta, siue homo assumptus, si dicere maluerimus, creatura est. De Christo tamen simpliciter non consistitur, quod creatura sit: hoc enim sacra scriptura, & tota theologorum abhorret assertio. Christus siquidem creator, & non creatura est: Hoc tamen confitebimur: Christus in quantum homo solus est creatura: diuersitatis horum causa subsistit, quoniam Christus suppositum vel hypostasis, aut persona diuina est, & non humana: cum verò Christum nominauerimus, nihil alterum præferentes, aut limitantes, de Christo ut est Deus intelligimus: quia ipse diuina, & non humana hypostasis est. Hoc modo apostolus in epistola ad Hebræos cap. decimo tertio, dicit: Christus ab heri, & hodie, & ipse vsque in secula. i. Christus non cepit esse nouiter ex tempore: sed semper fuit ab æterno, nec etiam vnquam finiet. In quo innuitur ipsum esse Deum: quia nec cepit nec finiturus est. Christus tamen ut homo est, cepit esse, & ante hoc non erat. De hoc Iudas in canonica sua. c. v. nico ait: Commonere autem vos volo scientes, quod Iesus populum suum de terra Aegypti saluans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit. Necessarium tamen est hoc Iesum significare Christum, prout est persona diuina: nam ipse ut homo natus tunc non extiterat, cum Iudæi de Aegypto educti sunt. Cum autem de Christo aliquid nihil limitantes aut asserimus, aut fatemur, de Christo; ut Deus est intelligi necesse est. Non igitur simpliciter de Christo confitebimur, quod creatura sit, nec quod ceperit: sed quod ab æterno fuerit. Ad quæsitum autem accedentibus nobis dicendum, quod si simpliciter inquiratur an Christus mortuus sit, nihil limitando, proprius respondetur quod non mortuus sit, quam quod mortem subierit. Nec quisquam in hoc sibi turbationis originem sumat: nam quamquam proprius de Christo dicamus eum non fuisse mortuum, quam mortem subisse: tamen eum verissime mortuum fuisse fatemur: ipse siquidem ut homo est, mortuus extitit, quod procurandæ salutis nostræ iusticiens fuit. Præassignatus autem responsionis modus obseruari potest in omnibus particulis harum metaphorarum, in quibus de Christo aliquid ut Deus est, & ut homo est prædicatur. Ex præcedentibus autem inductum liquet qualiter agnus, qui & Christus, mortuus est, & non fuit mortuus.



IN SEQUENTIBVS autem ordinem epistolæ quam vestra mihi direxerat regia celsitudo iuxta metaphorarum continentiam, metaphoricum paradoxon quartum occurrit, scilicet, Fuit positus serpens, qui iacuit, & non iacuit: qui mouebatur, & non mouebatur: qui audiuit, & non audiuit: qui vidit, & non vidit, qui sentiebat, & non sentiebat. In quo aduertendum, hæc quartam metaphoram de Christo exponendam: nulli nanque eius cunctæ particulæ competunt, nisi Christo, sicut in applicatiuo processu patet. In his autem particula prima occurrit. Fuit positus serpens. In quo aduertenda duo occurrunt. Primum qualiter conuenienter Christum serpentem appellemus. Secundum qualiter serpens iste positus fuerit. In hoc autem generale tamen sumentium documentum supponatur, scilicet, cum conuenienter transumptio fiat, aliqua præexistere debere similitudinem eius, quod transmutatur ad id, ad quod tamen sumitur. Vnde aduertendum est ex quibus serpentum proprietatibus Christus hic serpens appelletur. Ad hoc autem duplex modus esse potest, quo de Christo ista prædicentur. Primum quod Christus serpens appellatus sit, non quidem quod ipse serpens extiterit, aut in se aliquas serpentinas ostenderit, aut gesserit conditiones: sed quia Iudæis cum quibus dñs, dum iter homines vixit, versatus est, tanquam serpens apparuit: nam velut serpentina conditionis est, ut venenum tectum gerat, ita & Iudæi arbitrati sunt Christi verissimam doctrinam aliquos in se errores contegere, aut diuine repugnare legi, aut ad aliquam causandam fraudem fuisse introductam. Amplius autem quæquam Christus in habitu humilitatis verè inter Iudæos apparuit, quemadmodum Zacharias. c. 9. prædixerat: ipsi tamen hypochrismis quandam in hoc late re suspicati sunt, aut alicuius acquisitionis, aut ambitionis dignitatum, vel honoris esse principia. Hoc quidem quoniam ipsi sic egissent, ut omnia ad laudem hominum proponerent, optates salutationes in foro, & primas cathedras in sinagogis, primos in cænis accubitus, atque vocari ab hominibus Rabbi. ut patet Matth. 22. Horum tamen nihil in Christo fuit. Amplius & in oculis Phariseorum dominus Iesus ebrius atque vorax visus est: sic enim de eo Pharisei enunciauerunt mordaciter arguentes. Quare cum publicanis manducaret & bibit magister vester? ut patet Matth. 23. capitulo. Alibi autem enim acrius atque euidentius arguerunt, dicentes: Hic est vorax, & potator vini, & publicanorum socius, ut patet Matth. 23. vndecimo capitulo: in his autem serpentinam conditionem in oculis phariseorum dominus gestare visus est, horum tamen nihil extitit. Præter hoc autem serpentum carnes venenosæ atque pestiferæ sunt quandam saniem continentes: hoc autem de Christo maliuoli Iudæorum arbitrati sunt, cum ex adulterino coitu progenitum fore opinati, atque identidem asserentes. Quorum extitit incentiuum, quoniam Ioseph cum beatam sibi virginem desponsauit gradæuus erat, nec videbatur gignere potuisse, cum verò eam grauidatam viderunt, ab aliquo adulterino viro fuisse cognitam opinati sunt. Validius autem modo suo hoc Ioseph vir eius arbitratus est: nam optimè nouerat ab eo minime cognitam extitisse, cum ergo eam grauidam conspexisset, necessaria quasi

Quomodo conuenienter Christum serpentem appellemus.

HIIC serpens appelletur. Ad hoc autem duplex modus esse potest, quo de Christo ista prædicentur. Primum quod Christus serpens appellatus sit, non quidem quod ipse serpens extiterit, aut in se aliquas serpentinas ostenderit, aut gesserit conditiones: sed quia Iudæis cum quibus dñs, dum iter homines vixit, versatus est, tanquam serpens apparuit: nam velut serpentina conditionis est, ut venenum tectum gerat, ita & Iudæi arbitrati sunt Christi verissimam doctrinam aliquos in se errores contegere, aut diuine repugnare legi, aut ad aliquam causandam fraudem fuisse introductam. Amplius autem quæquam Christus in habitu humilitatis verè inter Iudæos apparuit, quemadmodum Zacharias. c. 9. prædixerat: ipsi tamen hypochrismis quandam in hoc late re suspicati sunt, aut alicuius acquisitionis, aut ambitionis dignitatum, vel honoris esse principia. Hoc quidem quoniam ipsi sic egissent, ut omnia ad laudem hominum proponerent, optates salutationes in foro, & primas cathedras in sinagogis, primos in cænis accubitus, atque vocari ab hominibus Rabbi. ut patet Matth. 22. Horum tamen nihil in Christo fuit. Amplius & in oculis Phariseorum dominus Iesus ebrius atque vorax visus est: sic enim de eo Pharisei enunciauerunt mordaciter arguentes. Quare cum publicanis manducaret & bibit magister vester? ut patet Matth. 23. capitulo. Alibi autem enim acrius atque euidentius arguerunt, dicentes: Hic est vorax, & potator vini, & publicanorum socius, ut patet Matth. 23. vndecimo capitulo: in his autem serpentinam conditionem in oculis phariseorum dominus gestare visus est, horum tamen nihil extitit. Præter hoc autem serpentum carnes venenosæ atque pestiferæ sunt quandam saniem continentes: hoc autem de Christo maliuoli Iudæorum arbitrati sunt, cum ex adulterino coitu progenitum fore opinati, atque identidem asserentes. Quorum extitit incentiuum, quoniam Ioseph cum beatam sibi virginem desponsauit gradæuus erat, nec videbatur gignere potuisse, cum verò eam grauidatam viderunt, ab aliquo adulterino viro fuisse cognitam opinati sunt. Validius autem modo suo hoc Ioseph vir eius arbitratus est: nam optimè nouerat ab eo minime cognitam extitisse, cum ergo eam grauidam conspexisset, necessaria quasi

Christum Iudæi ex adulterio natum esse arbitrabantur.

Constructio serpentis aenei Iudæis.

quasi illatione tenebat eam fuisse ab altero grauidatam: ideo cum esset vir iustus nolens eam traducere, cogitauit eam occultè dimittere: quando ab angelo admonitus est, ut patet Matth. 1. cap. de quo latius in prima metaphora prelibatum est. Christum igitur Iudæi ex a Iulterio natum parabant, quod macula quedam, aut infamia, aut saltem ignobilitas, vel defectus naturalium est. Alij autem Iudæorum, qui rati facinoris de virgine conceptionem non faciebant, extimauerunt eum Ioseph filium esse. Sic patet Luc. 3. c. f. Erat Iesus incipiens quasi annorum triginta, ut parabatur, filius Ioseph. Hi autem quamquam de virgine ista nefas, ut priores non arbitrabantur. Christum tamen ceterorum hominum modo conceptum esse credebant. Sex femine virili, & in peccato originali. Hoc autem modus venenositatis cuiusdam est. Sic dicit Apost. ad Ro. 8. c. quod venit Christus in similitudinem carnis peccati. Sed hæc omnia existens carere: Christus igitur his serpens visus est quia non existeret.

Conuenienter Christum esse serpentem dicimus. Cap. II.

ALIVS autem applicationis modus conuenientior est, ut Christum serpentem prædicemus, ut referatur ad quandam tipicum serpentem signatum eorum, quæ Christus operaturus erat. Ad cuius ampliore euidentiam supponendum est, quod habetur in libro Numerorum, quod in Pentateuco quartus est. c. 21. f. Quod cum Iudæi vagarentur per varias deserti solitudines anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, i quo eos Deus in promissam introduxit regionem, cum iuxta duorum Regum Amorrhæorum. i. Og, & Balaam terram, graderentur cepit tedere populum itineris, & laboris, desiderauit quoque reuerti in Aegyptum: manna identidem egressus datum fastidiebat, dicens: Nauseat anima nostra super cibo isto lenissimo. Huius ergo præuaricationis Deus in eos vindictam exercens misit ignitos serpentes, ad quorum morsus vulnera peribat de populo maxima multitudo. Cumque his afflictis malis ad Moysen conuerterentur, eo ad Deum orante dictum est, ut serpentem aeneum fabricans in altum tolleretur, ut quicumque a serpentibus morderetur eum respicere posset, & quicumque serpentem aeneum considerasset, a morsu verorum serpentum, & morte per eos inducenda liber erat. De hoc autem serpente quædam præue arbitrati sunt, quod obseruata temporum habitudine in astrologicas obseruationes aspectuum planetariorum, & ascendentium fabricatus sit, & ob hoc sanatiuum vulnerum virtutem contraxerit. Sed stare nequit: nam serpens istud aeneus nulla Moysi solertia, sed diuina iustione factus est. Si igitur respicientes serpentem illum aliquam ex hoc virtutem contrahebant, non erat hoc a quouis naturaliter in fluxa virtute in serpentem illum, sed Dei nutu, & opere, ut ab eodem virtus sanatiua descenderet, a quo iussio de faciendo serpentem emanauit. Amplius autem cum quæcunque metallinæ imagines, aut de quacunque materia confici debent secundum aspectus stellarum, & motum, & astrologicam obseruationem, vel magorum superstitionem a fide, & naturali ratione deuiantium, oportet ut in hoc magna temporum obseruantia fiat, nec quibuslibet, sed quibusdam specialibus, & determinatis: nam aspectus planetarici, aut obseruatio ascendentium ad hoc conuenientium quotidiani non sunt. Sed hunc aeneum serpentem mox ut Deus iussit, Moyses expleuit: nulla igitur astrologica operatione, aut magica superstitione serpens iste fabricatus est. Præter hoc autem Moyses hunc aeneum confecit serpentem diuina iustione admonitus, fecit igitur eo modo, quo Deus voluit, alioquin peccasset, quod non fatemur: Deus tamen nihil vnquam astrologica obseruatione, aut mago-

Alph. Tost. Parad.

rum superstitione profici iussit inspectis signis, & astris, vel eorum aspectibus: Moyses igitur hunc fabricauit nulla talium obseruatione præposita. Quod autem Deus talia obseruando Moysi nullatenus inberet hoc efficere, liquet. Nam intendebat Deus erudire Iudæos in hoc, ut nullam similitudinem rerum astris, aut toti cælo virtutem attribuerent, nec crederent cælestia corpus super operationes nostras aliquam habere causalitatem, ut non timerent hic. Nec igitur aliquid per astrologicam inspectionem, aut magicas conuenientias efficit imperasset, ut inde id, quod fieret virtutem contraheret: nam sic vera in verbis Dei contradictio appareret. Sic patet Hier. cap. 10. iuxta vias gentium nolite discere, & a signis cæli nolite metuere quoniam leges populorum vanæ sunt. Et sicut Deus signa cæli metuenda non esse dixit, ita & planetarum corpora, atque cætera astra cum suis orbibus, atque horum aspectus, & quicumque virtutis modus ab astrologis in his assignatus, non fuit igitur quæcunque iste serpens vlla præposita astrologica obseruatione fabricatus.

Res mira de serpente metallino. Cap. III.

AMPLIVS autem serpentem hunc nulla scientia astrorum, aut magorum obseruatione factum liquet: nam ex astrorum operatione obseruata tantæ virtutis efficaciam metallinus ille serpens contra heret nequibat, scilicet, ut eos, qui subito morituri erant, sanaret mox, ut in eum oculorum aciem retendissent. Quod manifestatur in cæteris vasis, aut imaginibus astrologice, aut magicè factis: horum enim nihil vsque hodie visum est, quod tantam virtutem contraxerit. De hoc autem aeneo serpente dubitari nequit, quin mox, ut quisquam in eum oculos direxisset, a serpentum verorum morsibus mortem inducturum liberaretur: nulla igitur tali obseruatione serpens iste factus erat. Item quamquam astrologica, aut magica quadam obseruatione serpens iste factus foret, & sanatiuum vulnerum virtutem recepisset sola naturali influxione, tamen sola visione hoc naturaliter causari nequibat, ut percussus a serpentibus curarentur. Nam per visionem nulla realis, aut naturalis immutatio causatur in animali vidente, scilicet, quod per visionem virtutem aliquam, aut naturalem qualitatem videns recipiat, sed solum spirituales immutationem recipit, scilicet, ut per visionem species rei visibilibus in organo visus recipiatur, nec quidquam alterum recipi valet: per visionem infirmitas, aut sanitas in vidente recipi nequit, quoniam iste qualitates naturales sunt. Quod adhuc magis liquet: nam si quis ignem insperxerit, solo intuitu in eo nullus ab igne causatur calor. Siquis autem niuem solo visu contingat, ex hoc nullatenus frigefferit, aut si serpentem, vel quidpiam alterum venenosum intuitus sit, nullam ex hoc tabem venenositatis inde trahet. Si tamen sola visione in vidente aliqua realis mutatio causaretur, eo quod quis ignem videret, calefieret quoniam ignis calidus est. Niuem quoque solum intuentes algorem niuis nobis inesse necesse erat, quia nix aliquid frigidum est. Sic quoque serpens vitus videntibus pestiferam tabem incuteret, cum ipse venenum in se teneat: in his tamen cæterisque naturalibus actionibus necessarium est fieri contactum, & applicationem secundum potentiam tactuum organa. Hoc autem amplius in medicinis sanatiuis apparet: nam & si efficaciter sanatiuum virtutem contineant, nunquam tamen agrotus curabitur solo medicamentorum aspectu, sed cum ea degustauerit, aut carni suæ quouis modo applicauerit ad loca patientiæ nocumentum. Liquide igitur comprobatum est, ex visione nullam

G 4 natura.

naturalem, siue rationalem causari qualitatem, sed solam spiritualem immutationem. Sed qui serpentum morsus exceperant viso serpente eneo illico sanabant. Infertur igitur sanitatem hanc nulla ex sanatiua virtute, quæ in serpente illo existeret provenire, sed Dei solo nutu hoc efficiebatur iubentis, ut quicumque serpentem illum suo factum iussu aspexisset, à serpente morsibus sanaretur, quamquam serpens ille æneus ad hoc virtutem nullam haberet sanatiuam, velut si quis lignum, aut lapides inspexisset.

*Dubius, & quedam de basilisco, ac de lupo, & de muliere menstruata. Cap. IIII.*

**FORTASSIS** autem in ea, quæ dicta sunt, aliquis molietur, dicens, serpentem illum æneum ad hoc efficacem virtutem naturaliter habuisse, ut eos, qui à serpentibus ardentibus vulnerati forent, sanaret solo in eum directo vulneratorum intuitu. Et quod sola visione non solæ qualitates spirituales, sed etiam interdum naturales virtutes, & impressiones causantur. Basiliscus autem horum nobis patefacit veritatē: iste siquidem solo visu animalia visa occidit, & arbores inficit, & si ad ea tangenda nunquam accesserit quoniam potius est contrario euenit: plures enim basiliscus visu, quam morsu necat. Naturalis igitur immutatio, & quidem valde magna sola visione confici potest: nulla namque passio, aut impressio morte fortior est, quæ sola visione inducitur. Identidem autem cum quis lupum à prope viderit loqui non poterit, lupus tamē ei tunc nihil nocet, ad eum quouis accedens modo. Vnde cum aliquos non potentes loqui videmus, dicimus, lupus est in fabula, id est, cum lupo locutus est, aut lupum vidit, ut ait Iidorus Etymologiarum lib. 2. ex sola igitur visione realis immutatio sequitur. Amplius autem in mulieribus menstruatibus hoc apparet. Nam cum mulier patitur sanguinem menstrualementem, qui per singulos menses eis provenire solet, si speculum coniunctum sibi in parua distantia inspexerit, magno in illud spacio oculorum aciem figens, post hoc speculū sanguinem guttis, aut penitus respectum, aut magna ex parte maculatum erit, atque in atrum vertetur colorem, nulla tamen hæc præter visionem operatio est: ex sola igitur visione realem immutationem causari posse liquet. Item hoc manifestatur in infantibus, quos vulgus fascinatos vocat, id est, oculo percussos: altrunt enim oculos quosdam fore, sola visione rebus visis ægritudines inducentes, ibi tamen sola visio est, in hac igitur naturalem, atque realem immutationem fieri satis liquet.

*Solutio prædictarum questionum. Cap. V.*

**HIS** quæ prædicta sunt respondendum est, sola visione nullam naturalem, siue realem causari passionem. Visio siquidem specie visibili fit, quæ est ens quasi pure spirituale non habens in se aliquam de naturalibus qualitibus, nec eam causare potest in eo, in quo terminatur. scilicet macula rei videntis. Sunt autem qualitates naturales, scilicet quas actio, & passio causatur quatuor. scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas: species autem visibilis, nec calida est, nec frigida, nec siccata, nec humida formaliter, nec effectivè, aut virtualiter. scilicet quæ nec aliquam harum qualitatum in se habet, nec eam in re visa causare potest. Sicut corpora celestia nullam harum habent, tamen eas in inferioribus elementis, & elementis causant. Et sicut qualitates quatuor primas non causant, ita nec aliquam aliam derivatam ex his: sed operatio sua est, ut videri faciat rem, cuius species sunt. Quod si visa res animali aliquod

nocuementi inferat videnti, aut animal videntem in ipsa visione aliquam ægritudinem, vel quodcumque malum præterierit, non hoc fit ex ipsa visione, sed aliquid alterū est, quod ad tactivam potentiam attinet: unde hic quod in videndo nocuementum inferatur, identidem sequeretur et si res visa non videretur, aut si animal videntem, nihil vidisset. Horum autem casualitas ex hoc provenit, quod quedam corpora sunt infecta, atque tabida, & quasi pestifera, in se corruptos humores, & putridas venenosasque, & tunc in qualitates, hæc autem in spiritus resoluuntur, atque per oculos egrediuntur: quia partes istæ tenerimæ sunt non potentia per alias corporis partes meatu sibi constitutæ, sed per anhelum horum aliquos egredi contingat. Hi autem spiritus per aerem tendunt, & cum in aliquam re solidam aliquantulum, & teneram infederint, inficiunt, & corrumpunt illam. Sunt autem isti spiritus corpora subtilia, quæ in modum similitudinum resoluuntur. Sunt autem substantiæ calidæ, & humidæ. Cum verò de corpore alicuius egrediuntur per oculos aliosque corporis meatus, præ subtilitate sui invisibiles sunt. Cum autem ad aliquod corpus tenerum perveniunt inhaerent, frigiditate spiritus corporis solidi, cui inhaerent, & aeris circumstantis condensantur, atque visibiles effecti corpus apparere. Velut si mulier menstruatæ speculū respiciat, cum inspicit spiritus procedentes videri nequeunt, sed cum speculo hæserint videri inchoant iam in maculas conuersi: eos namque speculi frigiditas, atque aeris circumstantis solidavit condensando.

*Nulla realis operatio per visum causari potest. Cap. VI.*

**CONSILITER** ad superiora dicendum est, nullam realem operationem per visum causari, nec possibile fore, ut tale quid causetur. Quoniam visio per solam speciem visibilem causatur, quæ conditionem corporalem nullam habet, sed pure spirituale. Sunt tamen quædam animalia tam in humana specie, quam in ceteris, in quibus venenosi quidam humores sunt, ex quibus spiritus resoluuntur per pupillas oculorum egredientes, atque valde nocent eis, quibus inhaerent: quo pacto videtur per visum aliquam realem, siue naturalem actionem causari, sed non causatur: sed huius nocuementi causa sunt ipsi spiritus egredientes per oculos aliam perveniunt, quos nocuos, atque pestes inferentes scimus, ad actionem visivam non pertinent: sed ad tactivam positionem, quæ per applicationem, & contactum operationem suam habet. Sic enim hi spiritus contingendo nocent, quoniam visque ad corpora perveniunt, quibus nocent, atque eis insident inhaerentes. Amplius autem humidum, & frigidum, calidum, & siccum potest tactivæ obiectum, ipsam quoque immutant: hi autem spiritus nocent, ut humorem, atque calorem noxium tenent. Hæc ergo realem, siue naturalem immutationem in potentiam tactivam, & non in visum, aut aliquam alteram potentiam fieri liquet. Nunc autem cum ad hæc de serpente æneo, quem Moyses fabricavit applicatur, stare non potest. Nam & si in alijs rebus videndo sanitas, aut ægritudo contrahitur, hic tamen nihil tale euenisse posse liquet. Visio siquidem dumtaxat nullius realis, siue naturalis actionis causativa est, sed cum aliqua realis qualitas ægritudinis, aut sanitas in videndo contrahitur, hoc est quoniam in videndo spiritus per oculos emittuntur, qui interdum ægritudinem, interdum verò bonum aliquod causant. Hoc autem metallino illi serpenti pervenire nequebat: nam nullatenus spiritus aliqui ex eo evaporari poterant. Causa autem satis liquet: spiritus namque, ut hic accipitur, subtile valde corpus est, atque ex hoc invisibile: humidum quoque, & calidum ab aliquo defiori corpore resolutum actione caloris, atque subtilitate sua posteriori elevatum.

Hæc

Hæc autem penitus serpenti illi metallino, quæ Moyses fabricavit repugnant: in eo quippe calor, aut humor nullus erat, quin potius duæ contrariæ qualitates, scilicet frigidum, & siccum: nam æneus erat. Identidem autem humor nullus in hoc serpente erat tantquam materiale principium, ex quo isti spiritus soluerentur, deficiebat quoque calor, qui effectivum principium erat ad hos spiritus resoluendum. Impossibile igitur ex hoc satis esse inducitur vlos ex serpente illo metallino spiritus emitti potuisse percussorum hominum sanatiuos. Identidem autem liquet hæc inductionem in percussis sanitatem causari non potuisse ex aliqua naturali derivata virtute in serpente metallino astrologica, aut magorum observatione.

*Responsio formalis ad dubitationes prædictas. Cap. VII.*

**HIS** autem, quæ in contrarium inducebantur respondendum est cura dicitur: Basiliscum solo intuitu homines ceteraque interimere animalia, in quo valde naturalis immutatio est: in visione igitur sola realem operationem, & immutationem esse constat. Dicendum nec basiliscum, nec quodcumque de animalibus sola visione cuiquam nocere posse, aut qualemcumque causare realem immutationem, scilicet si basiliscus quodcumque animal viderit. Nam & si in visione duntaxat qualitatem aliquam realem causari possibile foret, rationalius erat, ut id quod videtur in vidente aliquid causaret, quam videns quicquam efficeret in re visa. Cuius origo apparet: nam videns nihil agit, sed patitur recipiens in se speciem rei visæ, visque ad oculos suos perveniunt, atque immutant: videns tamen ad rem visam nihil emittit, sed recipit ab eadem species. Quamquam in hoc satis Platonicè deuiant dicentes, visionem fieri per emissionem radiorum visivam, visque ad rem visam perveniunt, formamque rei visibilis secum in reditu ad oculos visque videntis perducunt. Hæc tamen positio nulla veritate fulcitur. Improbatur autem eam Aristi in libro de anima dicens: videmus enim nihil emittentes: sed intus recipientes. Sic quoque apparet ex perspectivæ Pisanæ, quæ dicitur perspectivæ communis, propositione 50. libro primo, cum dicitur, mathematicos dicentes visionem fieri per emissionem frustra conari. Amplius autem apparet, nam si visio in emissionem, & non in receptionem interius consisteret, esset actio, & non passio. Visionem tamen passionem esse, & non actionem constat per receptionem: ergo non in emissionem fit. Apparet harum prima particula: nam si cum videmus nihil recipientes aliquid emitteremus: cum emittere actio sit, recipere autem passio: quia emittere hic actio erat actionem in videndo esse patebat. Quam autem in videndo recipere nullum est, quod est passio, nulla in videndo passio erit: sed pura actio. Visionem autem passionem fore Priscianus satis prodit in maiori volumine lib. 8. ubi dicit, quod hæc verba audio, & video, & cetera signantia sensationes, in voce activa signant passionem.

*Secunda ratio, quod visio non fiat extrahendo. Cap. VIII.*

**AMPLIUS** autem si visionem emittendo, & non recipiendo causari asseramus, visivam positionem activam esse necesse est, nec vllatenus passivam fore: visivam tamen passivam asserere necesse est: visio ergo non emissionem, sed receptionem fit. Inductionis huius prima particula patet: nam si visio emittendo fieret, cum emittere pura actio sit, videre purum

agere esset. Quod autem visiva potentia activa non sit, satis liquet: omnes namque potentias sensitivas, ut tactivam, gustivam, odorativam, & ceteras, passivas appellamus. Sic eas cognominat Aristi in multis locis. Item si emittentes aliquid ab oculis, & nihil recipientes videremus, nemo ad tantam distantiam videre posset ad quantam videt: nam visque ad solarem globum: ad ipsa quoque fixa astra videntes pertingimus: inter nos tamen & illa plurimum, quam ducentarum millium leucarum interpositio est, quod astronomi necessariis inducant demonstrationibus. Declarat autem hoc Alfraganus in libro suo, quem de Astrologia composuit, in fine. Si enim visio aliquid emittendo causaretur, necesse erat hos spiritus ex partibus tenerimis corporum solui, cum spiritus corpora subtilia, humida, & calida resoluta ex partibus humidis corporis sint agente, atque resolvente calore. Ad hoc tamen ut spiritus isti ab oculis nostris emissi ad solarem globum, aut astrarum octavi cæli regionem pertingerent, necesse erat totum corpus in huiusmodi spiritus solui, nec ad hoc quovis accedere modo, & si tantum spirituum resolutionem causari contingeret, adhuc elevari non possent, ut ad cælos visque pertingerent. Amplius autem si emissis ab oculis spiritibus visio causaretur, non possemus semper videre ea, quæ nobis directe opposita sunt, sed interdum ea, quæ in adversum videmus: tamen semper ea, quæ nobis obvia sunt facta visione per lineam rectam. non igitur per emissionem spirituum visio fit. Huius inductionem rationis maior apparet: nam cum spiritus ab oculis nostris ad aliquid videndum egredierentur, qui humidi, & calidi sunt, quamquam subtiles sint, ventus tamen eis obviatus quoniam veram quantitatem habent, poterit eos impellere ad aliquam differentiam positionis. Et tunc cum spiritus illi non insistant in illa re, quæ directe ante oculos est prohibente impetu ventorum, sed ad aliam rem in altera positione deducantur, contingerit, ut non videatur res, quæ præ oculis est, sed quæ in adverso iacet, ad quam ipsi spiritus ab oculis videntis emissi ferrentur. Quo pacto cum eueniret, ut spiritus illi vento impulsis posteriora peterent eis rebus, quæ post terga nostra sunt se applicantes, fieret, ut ea, quæ post terga nostra sunt videremus, quod manifesta falsitate notatur. Evidenter ergo collectum est visionem non emittendo ab oculo spiritus, sed magis recipiendo causari.

*De eadem re superiori agitur. Cap. IX.*

**ALIA** autem ex his inferrentur absurda, scilicet nos multoties ea, quæ prope nos sunt, regione oculorum nostrorum, nec multum distantia, videre tamen non posse, quod satis absurdum patet: nam quidquid oculis nostris obijcitur, intuemur, nisi aut fortassis immoderata distantia interiectio fiat, aut visive potentie, & visibili aliquid visionem intercipientes fuerit interiectio: visionem ergo non emittentes, sed suscipientes interius facimus. Huius illusionis maior patet: quoniam spiritus, quibus iste visionem causari aiunt, corpora subtilia humida, atque calida sunt: cum ergo eos circumdederit frigiditas quæcumque loci, in corpus solidum condensabit, eosque non visibiles propter densitatem reddet, præsertim si magna circumstantis frigiditas extiterit. Sic enim in speculorum superficialibus derelictum patet, cum mulier menstruatæ speculum à propinquo, & aliquanto temporis mora conspexerit: tunc enim cum speculum ipsa intuetur, spiritus illi, qui ab oculis emittuntur, nulli visibiles existes à nemine conspiciuntur: sed cum specularis superficiali, atque circumstantis frigiditas aeris spiritus in corpore

Quod visio non fiat extrahendo, ut Plato credit.

Priscianus lib. 8.



corpora paulo densiora compegerit, in speculo, aut guttū sanguineæ, aut alterius coloris maculæ visu notabiles cuilibet relinquuntur. Si igitur hoc pacto visio causanda foret, & magni frigoris tempore, ut pruinarum albicantium, vel rigentis gelu quis ea, quæ à se aliquid inter capedine se iungunt respiceret, spiritus ab oculis nostris emissi cum per aerem ad rem videndam peruenire conarentur, circumstante aeris frigiditate densarentur, quoniam corpora calida, & humida sunt. Opprimente autem violento frigore circumstante, parius ille ac gracilis calor in illo latens humore exspiraret, quo fieret, ut corpus illud iam densatum, nulloque eleuante sublato calore in terram caderet. Et si calorem illi subtili corpori circumstante frigore loci immanere contendas, adhuc nihil esset, quoniam præ frigiditate circumstantium corporum illud corpus densatum grauitatem contraheret, atque ex hoc in terram necessariò tenderet motu suo. Sicut enim in ollarum ebullitionibus euenire liquet: cum enim humor in olla feruerit, præ fortitudine caloris inclusi in humore illo resoluuntur partes teneriores humoris, atque in altum tolluntur ad operimentum peruenientes ollarum, cui in heret. Sed postquam in hoc aliquis mora tracta est, multis huiusmodi exalationibus ad operimentum ollæ perductis ingrossantur ex adiunctione partes istæ, atque pondere suo iam grauatae se in materialem humore vnde exsurrexerant relabuntur. Idem autem satis patet si quis feruenti ollæ etiam in aliqui eleuatione manum directè supposuerit: nam tenere, atque leues exalationes in modum fumositatum ei primo in herent, posterius autem ex adiunctione in guttas aqas conglobatae, atque pondere suo tractæ in id, vnde originem traxerant, collabuntur. Apparet ergo si frigoris magni tempore spiritus isti emissi forent, præ te exteriori frigore densarentur, densati que in terram caderent, vnde directè tendere non contingeret in res illas, quæ præ oculis nostris sunt. Quo fieret ut ea videre nobis impossibile foret. Quod satis falsum liquet: nam quantumcumque frigore cuncta premantur, atque ea, quæ præ oculis nostris sunt videre valebimus, etiam si aliquantum distet, velut si nullo frigore prememur. Inducitur ergo visionem nullo emissio celebrari sed sola interius facta receptiue.

*Secunda ratio principalis, quòd visio non fiat extramittendo.*  
Cap. X.

**P**RÆDICTIS autem addiciendum est, quòd si visio per aliquam interius factam susceptiōem celebraretur, cum extra aquam quis existeret ea, quæ intra aquam sunt, videre impossibile foret. existētem quoque intra aquam ea, quæ extra aquam sunt nullatenus videre contingeret: hæc tamen falsa sunt: visionem ergo non emittendo, sed interius suscipiendo fieri liquet. Huius inductionis maior conicitur: nam cum spiritus corpora subtilia humida, & calida sint, cum ad aquam peruenirent obiectu gelidarum aquarum in earum superficie condensarentur, sicut in superficie specularium corporum coalescantur spiritus emissi ab oculo menstruatae mulieris, ut in præcedentibus explicuimus: ad ea ergo, quæ intra aquam sunt, spiritus huiusmodi penetrare non possent, ut eorum ad nos speciem ferrent. Idem arguendi modus est, in eo, qui intra aquas mergitur, qui in aere sunt intueri contēderet: spiritus namque ab oculo emissi apud pupillæ superficiem aquarum frigore, & humore densarentur ad res visibiles exterius prouenire non potentes. Et si contingeret aliquem intra calidas latere aquas, idem eueniret: non enim est frigiditas duntaxat condensat. o-

nis causa, sed etiam humiditas ingēs, magna equidem humiditas res reneas humiditatem continens rarā, & subtilem condensat. Quous ergo modo spiritus intra aquam existentes confestim aquarum tractu defari necesse esset. Hæc tamen satis nota falsitate arguitur: nam extra aquam existentes, quæ interius sunt, etiam in profundo aquarum perpicuè intuemur, nisi aut aquarum cœnitas turbans, aut profunditas magna lucem tollens impediatur. Sic autem intra aquam existentes, quæ intra aquas sunt vident, vnde contingit interdum, ut homines intra aquam in aquarum profunditate proiectas pecunias inquirant, & inueniant. Amplius autem concessa emissionem, ut causa visionis, si existentes extra aqua quous modo, quæ intra aqua sunt intuerentur, qua fluente impossibile foret quidquam videre versus illam positionis partem, quam intuebamur: sed ad aliam inde distantem: satis hoc tamen falsum liquet: per emissionem ergo visio nulla causatur, sed per interius receptionem. Huius maior patet in aquis fluentibus. Nam etsi non sit omnis aqua fluens: nos tamen in ea loquimur, quæ fluens est: velut in fluminibus, & torrentibus. Tunc enim si quis lapidem latentem sub vndis intueri veller, spiritus atque oculorum aciem contra illam partem dirigeret, in qua lapis est. Cum autem spiritus emissi superficiem aquæ adhererent priusquam ad interiora aquarum penetrarent, ut illi res se coniungerent, quam nos videre desiderabamus: fluens aqua eos ad aliquantam eos perferret distantiam, velut cum quis in rapidis aqua cursus lapidem mittit: non enim recto ictu fundum petit, sed aquarum impetu ad vterius aliquantum permouet. Esset igitur impossibile emissis spiritus ab oculis nostris ad illam partem accedere, in quam nos direxissimus, & consequenter lapidem illum videri impossibile erat: quod in omnibus fluentibus aquis euenire necesse erat. Patet ergo visionem spirituum emissionem causari nullatenus, sed receptionem quadam.

*Sexta ratio principalis visionem non fieri extramittendo.*  
Cap. XI.

**A**D hæc autem alia sequuntur absurda. Si enim emissis spiritibus ab oculo, & nihil recipientes videremus, omnia animalia videntia breuissime deficere necesse esset, atque prorsus deficere: hæc tamen non eueniunt: visionem igitur emittendo nullatenus fieri liquet. Maior huius patet: spiritus namque corpora humida, atque tenera, & calida sunt resoluta ex aliquibus partibus humidis digerente illas calore: quamdiu ergo visio fieret tamdiu saltem spirituum resolutionem fieri necesse esset, quo pacto huiusmodi partes humidæ, & teneræ, ex quibus spirituum resolutio fieret, necessariò deficerent pœnitent resolutione exhaustæ, consequenter autem animalis corpus deficere necesse esset deficere prorsus: huius tamen contrariū semper patet: visio ergo spirituum emissionem non causatur. Amplius autem si emissis spiritibus visio causaretur, impossibile videretur, ut videndo nobis speculum penetrare contingeret, per omnia tamen genera vitrorum aliquid vterius poterimus intueri, cum singula nobis diaphana sint, nisi aut valde obscura sint, aut in parte posteriori aliquod solidius, atque obscurius coniunctum habeat: visio ergo emissis spiritibus non fit. Maior huius liquet, quoniam cum mulier menstruata, aut quispiam infectos habens oculos speculum parū distans in pexerit: spiritus ab oculis egredientes superficiem corporis adherentes circumstantis aeris, atque specularis corporis frigore condensantur: conuerfi in corporis soliditatem, atque facti visibiles, nec

Quod fiant opinione Platonis impossibile esset ut videremus celi.

nec vterius transire potentes: nobis ergo nihil dispar contingeret, scilicet, ut vitrum intuentes speculari illud videndo, penetrare non possemus. Econtrario tamen fit, quoniam quocumque speculari vitro preposito nobis, quod vltra est clare videre poterimus, nisi aut vitrum obscurum valde sit, vel in posterioribus aliquid vitro appositum fuerit. Visionem igitur emissis spiritibus fieri impossibile satis liquet. Præter hoc autem si emittentes aliquid ab oculis videremus, impossibile esset nobis celum videre, sed omnes celos perpicuè contemplamur, emissionem ergo spirituum visionem nullatenus fieri patet. Maior apparet, quoniam spiritus, quos interdum ab oculis emittimus, corpora humida, & calida sunt atque delicata nimis. Ut autem ad celum vsque penetrarent, necesse esset, ut ad medium aeris interstitium pertransirent: in quo aer frigidus, & niger atque densus est, in quo lapides & gradines, atque niues generantur. Est enim locus iste in toto celo frigidissimus: vnde illuc peruenientes spiritus condensari necesse esset, condensatos autem atque consequenter graues effectos pondere suo ad inferiora trahi oporteret: nec enim vterius ascendere possent: quo fit ut nobis celum videre impossibile foret, non peruenientibus illuc spiritibus ab oculo missis. Præter hæc autem oporteret eisdem spiritus per ignis transire globum, in quo cum corpora humida atque tenera, & delicata sint, cremari necesse esset, hoc ergo dato, nulla nobis videndi celum esset facultas. Sed falsum est, quoniam omnes celos cum astris suis limpide intuemur, vsque ad celum chrystallinū, quod celum aqueum appellatur, omniumque visibilibus extrema meta est: visionem ergo nullo emissio, sed suscepto interius fieri patet.

*Septima ratio principalis visionem non fieri extramittendo.*  
Cap. XII.

**A**DIICIENDVM autem prædictis est, quòd si visio aliquo emissio celebraretur, impossibile esset ut videremus confestim, ut oculos aperimus: sed mox ut oculos aperuerimus obiectas nobis res visu cōprehendimus: visio igitur emittendo non fit, sed recipiendo. Hoc apparet: nam si emissis spiritibus videremus, necesse esset, ut primo oculos apertos haberemus, post hoc autem spiritus ab oculis emitteremus: deinde verò ut ipsi spiritus ad rem quam videre volebamus venientes, eius ad nos vsque perferret speciem contemplandam secundum positionem Platoniorum. Hæc autem ut fierent, tempore quodam indigerent, indiuisibiliter enim in instanti fieri nequiret, ut oculorum spiritus ad rem visibilem perirent, eiusque post hoc ad nos vsque perferrent videndam figuram. Apparet autem hoc in sonitus cantione: fit enim sonitus ex aeris collisione, qui fractus in circulos se diffundit ad modum fluentorum vsque ad audientium aures eius perueniunt species, quam ob rem non immediate vox sentitur, ut causata est. Velut si quisquā distanter a nobis lapidem vel lignum securi percussisset: vox quidem ad percussione immmediate consequetur: nos tamen percussione a longè videntes, mox vocem non audiemus: sed aliquandiu stabimus expectantes, ut audiamus. Sic ergo aer corpus est atque tempore quodam indiget, ut moueatur: ita spiritus isti cum corpora quædam humida tenera atque delicata sint, sine successione moueri non poterunt. Horum tamen falsitas nota est, quoniam mox ut oculos aperuerimus, quæcumque obiecta sunt intuemur: visio ergo emittendo non fit spiritus aliquos, sed recipiendo magis. Huic autem quisquā obijciat: data visione in spirituum emissionem, in instanti fieri posse visionem se-

Sonus quo modo fit.

quitur, ita ut apertis oculis quæ obijciuntur, mox cernamus: quoniam maiora quædam his fieri sic conspicimus. Nam cum sol apparet in oriente, in instanti est in occidente, nec prius est in locis propinquis orientis, quam in locis non coniunctis: nec citius in vna parte medij, quam in alia. Hoc igitur pacto visus noster in instanti spiritus vsque ad rem visibilem emittente poterit: & susceptam figuram eiusdem reducere ad oculum. Cui respondendum, nullatenus stare posse: lux namque in instanti per omnes quatuor angulos maximè distantium quatuor cardinum mundi multiplicatur, quia contrarietatem nullam habet. Recipit quoque in aere, qui diaphanus est, atque ex hoc obediunt suscipiendæ luci: nec in se aer aliquam habet posituam qualitatem repugnantem luci suscipiendæ. Nam & si tenebra in aere ante diffusam lucem videatur qualitas, tamen non est, sed priuatio quædam, quæ ob rem ei actio nulla debetur, cum solum formæ posituæ actio competat. Cum verò alicui formæ actio est, cui nulla contrarietas est, resistentia nulla possibilis est: vnde in instanti fieri necesse est, nullo resistere. De hoc Arist. 4. Physicorum cum de vacuo agit dicens, quod si aliquod vacuum dandum foret, motus in loco illo in instanti fieret, non resistere qualitate medij. In emissionem autem spirituum fieri impossibile nullatenus etiam huiusmodi: nam spiritus emissis corpora calida, & humida, atque delicata sunt in aere contrarietatem habentia: euenire ergo impossibile est, ut spiritus ab oculo emissi in instanti ab oculo vsque ad rem visam perueniant, eiusque formam ad videntis oculos susceptam perducant. Satis ergo manifesta veritate fulcitur, quod visionem emissis ab oculo spiritibus in instanti fieri impossibile erat: sed prius aliquandiu oculos esse apertos oportebat, quam ut obiectas nobis res intueri valeamus.

*Octaua ratio principalis, quòd visio non fiat extramittendo.*  
Cap. XIII.

**P**RÆTER hæc autem si visionem emissis spiritibus fieri fateamur, prius ea, quæ propinqua sunt quam quæ distant, necesse est videri: sed ita coniuncta sicut magis a nobis seiuncta cernuntur, emissis ergo spiritibus visio causatur nulla. Huius maior probatur: spiritus namque corpora calida & humida sunt, & quamquam subtilia sint, corpora tamē sunt, aliquam resistentiam habentia in aere, per quem moueri debent: eos ergo in instanti moueri impossibile est, ut in superioribus inductum est. Adhuc autem spiritus emissis corpora calida & humida sunt: ex causa ergo humiditatis quædam contraheret grauitatem, quæ impedit instantaneam actionem, cum ergo spiritus a nobis emissis per medium moueant, necesse est ut prius propinqua loca quam distantia tangant, quo pacto ea, quæ coniunctiora nobis sunt prius quam aliquantulum distantia cerni necesse est. Hæc tamen manifesta falsitate non caret: nam si quid nobis ad duas leucas videndū obiectum sit, in loco tamen, in quo videri possit, aliud que in eadem positione orbis visibile sit, quod ad decem aut viginti leucas distet, in loco tamen, in quo videri queat, situm, apertis oculis æque cito quæ per viginti leucas distat, sicut ea, quæ per duas videbimus: visio ergo ad rem videndam emissis spiritibus ab oculis nostris non fit. Amplius autem si emissionem facta visio causaretur, impossibile nobis esset cernere, ut oculos aperiremus, solem aut astra reliqua cerneremus, sed aliquanti interiecta mora, nec parua quidē: sed mox ut oculos apertos habuerim, sol atque cætera astra a nobis videntur: visionem ergo sine vlla spirituum emissionem fieri satis constat. Inductionis huius maior patet: nam

nam spiritus quibus emissis videre isti fatentur corpora sunt. nec in instanti moueri possunt: vt in prelibatis inductum est. Cum ergo id, ad quod emitti debet aliquantum distet, in perueniendo moram aliquantam contrahi necesse est, a nobis tamē vtique ad quartum solis orbem, atque vterius vsq; ad octauam fixarum stellarum spheram spacium plurium, quam ducentarum millium leucarum sit necesse esset, vt in huiusmodi pertransitione magna traheret mora: non ergo solem, aut astra quispian videre posset mox, vt ad illa videnda oculorum aciem dirigeret. Hoc tamē falsum patet: nam mox, vt quispiam oculos apertos habuerit, solem & cetera astra, & quęcunq; obiecta oculis cōspiciet: emissis ergo spiritibus visionem nullam fieri constat. Pręter hoc autem Platonica positio de spirituum emissione, secundum quorum multiplicationem, & directionem visio causaretur, stare nequit: nam ad hoc vt spiritus ab oculis nostris emissis rebus videndis se applicarent earum ad nos perducen- tes figuras, vt sic eas videremus, oporteret eos rationa- lia agentia fore. Nam cum ab oculis semel emissi forent, ad oculos emittentis remeare impossibile esset, nisi aut eos quisquam redire compelleret, aut ipsi ratione quadam sua ad hoc mouerentur. Quod autem isti spiritus a nullo agente ad oculos emittentium red- dantur, satis constare videretur: nullum namq; natu- raliter, aut secundum aliquam rationem tale agens constitui posse videtur. Quod autem spiritus isti sua aliqua ratione in oculos emittentium redire nequeant, ex hoc patet: quoniam nec rationales animę, nec angeli, demonesque sunt, nec aliqua altera intelligēs sub- stantia, cum pręter has nulla nisi Deus sit.

*Nonna ratio principalis, quod visio non fiat extramit- tendo. Cap. XIII.*

**A**mplius autem si visionem emissis spiri- tibus fieri fateamur, ad hoc spiritus sufficere im- possibile videtur. Nullus siquidem visio fit, nisi in vi- dente eius figura consistit cum videtur: hi autē spi- ritus emissis rebus videndis se applicantes earum ad oculos nostros perducere figuram dicunt: nos autem cum quidpiam videmus, eius extensionem in longū, & latum conspicimus: tantę ergo extensionis ad hu- iusmodi visionem causandam esse necesse est, quanta sit rei visę extensio secundum eam partem, quę vt sic spiritus rerum videndarum superficies operiant eārū- que ad nos perducant figuras. Alioquin autem dato quod spiritus ab oculis videntium egredientes quan- dam viarum rerum partem operirent, nec tamen to- tam obiectam superficiem, necesse esse, vt ea solum pars videretur, quę spiritibus emissis regeretur. Cum aliarum partium, quas non regerent ad videntes ima- gines perducere nullatenus posset. Difficile tamen ni- mis, atque prorsus impossibile videbatur: vt spiritus ab oculis nostris egredientes decem, aut viginti leu- carum regerent latitudinem, & directum, quartū nos totam magnitudinem oculis contuemur: visionem ergo emissis spiritibus fieri posse falsum esse liquet, sed necesse est per quandam interioris susceptionem hoc effici. Pręter hoc autem apparet, visionem nulla cum emissione, sed facta susceptione causari, omnium nā- que corporum, quę aut colorata, aut lucida sunt. Con- ditio hic est, vt similitudinem suam in circuitu sui ip- sorum per totum diaphanū diffundant medium per aerem scilicet, & cum ad alicuius peruenit oculos imago hęc, ibi sicut ipsumque animal videre faciat. Hoc autem suscepto nullum de inconuenientibus cō- sequentibus Platoniam positionem euenit, quę in prioribus annotata sunt. Hoc apparet: nā si quodcum-

que corporum nostris obtutibus obiecerimus, mox eius imago in pupilla nostra est. Et si nos ante cuius- quam hominis, animalisve alterius conspectum asti- terimus, erit in oculis eius ambobus nostri figura du- plex. Quod si oculis eius lapidem, aut papyrum obie- cerimus, in oculis illius lapidis papyriue forma inesse cernetur: idem autem in quibuscunq; corporibus ponatur, quicquam obiectum. Hoc autem impossi- bile foret euenire, nisi cuiuslibet corporis conditio fo- ret in circuitu sui per totum medium sui imaginem multiplicare, atque diffundere: hoc pacto cum nos co- ram aliquo steterimus oculis eius geminā nostri spe- ciem corporis intuemur: ita vt quilibet eius oculus p- fectam nostri imaginem exprimat. Aliqui tamen sim- plices arbitrati sunt figuras illas hominum quas alio- rum oculis cernimus, illis cōnatas fore. Cuius falsitas manifestis exemplis deprehenditur: nam si quis se ali- cuius obiecerit oculis suā in illius oculis figuram cer- neret. Si autem alius se eiusdem oculis opposuerit se- moto priori, suam quoque vt prior in eiusdem oculis figuram inspiciet: non ergo videbant eandem imagi- nem aspicientes singuli, sed quilibet suam intuebitur, ex quo manifestum est imaginē, quę videtur connata oculis nō fore, quoniam sic apud omnes eandem existeret. Amplius autem solidius hoc manifestatur: nam si quis alterius oculis se obiecerit, recto subsistēs corpore, imago illa quam in alterius oculis cernit recta habitudine consistere videbitur. Quod si videns se paululum deprefferit, aut in aduersum se contorse- rit, imago quoque visā paululum deprimetur, atque cōtorquebitur in aduersum. Omnes quoque motus perfectē exprimet, quos aspiciens in se pręmonstra- uerit: hęc tamen penitus impossibilia forent, nisi hęc imago visā videntis hominis species foret. Pręter hoc autem a quolibet corpore specie per totum dia- phanum medium in circuitu diffundi conijcitur: nā si viginti, aut triginta specula quasi in circulo posita fue- rint, & quispiam in eorum medio steterit in quolibet speculorum hominis illius imago videbitur, quod si eius lignum aut lapidem in medio prominentem po- suerimus, in eorum quolibet lapidis imago, lignive ap- parebit effigies, in omnibus autem alijs eundem fore modum satis ex dictis liquet. Visionem ergo emittendo fieri posse iuxta Platoniorum positionem sa- tis falsum esse patet, sed per interioris susceptionem cau- sari necesse est. Et vt singulę res species suas per totum medium multiplicantes ad videntium oculos eas vsq; extendant.

*Solutio ad primum argumentum superius factum. Cap. XV.*

**N**vnc autem redeundum nobis est, vnde dis- gressi sumus. Ad inchoatum argumentum. Ra- tionabilis atque nature conformis videtur, vt res vi- sa aliquam causalitatem super rem videntem habeat, quam videns super visibile: visio namque passio est, & nō actio. Cū ergo videns dūtaxat rei visibilis in se ima- ginem sumat nihil emittens, vt ex pręcedentibus li- quet, impossibile videtur, vt super rem visā m opera- tionem, aut immutationem aliquam reale, vel natu- ralem habeat, cū hic nullis actionis modus relinqua- tur. Res autem visā habet aliquem actionis modum super rem videntem, quoniam speciem suam multi- plicans ad eam vsq; dirigit, ipsum quoque videns il- lam speciem suscipiens, vt videns sit immutatur, ista tamen immutatio nō est actio realis aut naturalis, sed spiritualis, cum species per quā huiusmodi visio cau- satur, aliquid spirituale sit ad spirituales pertinens qua- litates. Ex pręlibatis ergo inducitur in visione nullam

*In visō nō immu- tamur rea- liter, sed specialiter.*

realem immutationem, aut actionem constare pos- se, visibilis super rem videntem, aut videntis super rem visam. Hoc ergo modo basiliscus hominem, aut quodcumque animal videns, super illud actionem nullam habet, sed magis homo super basiliscum: nam homo visus in quantum visus est a basilisco, spe- ciem suam ad basiliscum mittit, nec basiliscus quic- quam in hominem mittit, in quantum huiusmodi vi- dens est. Actio tamen, & naturalis immutatio quam basiliscus super visum hominem habet: quia basiliscus est animal perfiferum valde, ex cuius oculis spiri- tus quidam egredientes ad hominem, vsque perue- niunt eum corrumptentes, atque illico occidunt. Si tamen contingeret, vt basiliscus hominem videret, nullis emissis spiritibus, nihil magis homini basiliscus videns noceret, quā si ab altero homine videretur, vel ab asino. Quia tamen non contingit basiliscum quicquam videre, quando spiritus illos emittit, nun- quam eueniet, vt hominem a propinquo inspiciat eū non occidens.

*Responso ad quoddam argumentum, & quoddam alia. Cap. XVI.*

**A**lteri quoque obiectioni, qua identidem inducebatur sola visione aliquam reale cau- sari immutationem, scilicet, quia lupus cum hominē a propinquo conspexerit, reddet eum per aliquantū temporis spatium impotentem ad clamandum, ibi ta- men nulla pręter visionem actio consistere apparet: in visione ergo aliqua realis causabitur immutatio.

*Quare vi- dentes lu- pum per modicum tempus ter- riti stant.*

Respondendum est ex sola visione lupi ad hominem causari nihil posse realiter in hominē. Cum ergo di- citur, quare homo a lupo visus ad modicum clamare nequit respondendum est, oculos luporum infectos esse, atq; per eos venenatos quosdam emitti spiritus, qui cū ad hominem de propinquo existentem peruenerint, eum inficiunt, atque locutionis impediunt organa, manebitque ista impotentia clamādī, quous- que emissorum spirituum visio permāferit: si autem lupus hominem a longinquo cerneret, nullum ei ad loquēdum inferret obstaculum. Hi autem spiritus ab oculis cū emissi fuerint, res, quibus adhęserit real- ter permutant, & ad visum potentiam nihil attinent, sed ad tactuam magis: quę per applicationē realem operationem suam habet, spiritus autem isti emissi rei ad quam perueniant applicantur. Identidem au- tem spiritus isti, corpora calida, & humida sunt, sed hu- iusmodi qualitates ad positionem visiuam nullatenus pertinent: sed magis ipsius tactuę potentię obie- ctū sunt. Amplius autē tertia argumentationi in hac parte obuiandum est, cū dicitur mulierē menstrua- tam speculum a propinquo respicientem, sola visione nulla applicatione facta, illud sanguineis guttis, aut ma- culis quibusdam deformibus reipergere: macule er- go, quę per realem immutationem fiunt, sola actio- ne visua efficiuntur. Respondendum est visionē men- struatę mulieris in speculo nihil reale causare; cū vi- sio passio dūtaxat sit. Sed quia menstruorum tempo- re mulier oculos aliquantū infectos habet, spiritus ab oculis egredientes aerem medium trāseunt ad specu- lum venientes, qđ penetrare nequeunt, qm illud den- sum, atq; compactum corpus est, superficie illius ad- hęrentes circumstantis aens, atque ipsius speculi frigo- re condensati in maculas solidas, atq; visibiles conuer- tuntur. Hęc autem visioni non contingunt, nam cum quis huiusmodi oculos infectos habuerit eos aper- tos tenens, etiam si nihil videat, nihilq; aspiciat, quic- quid sibi directē obiectum, atque vicinum est infici- tur.

*Quo mu- lier tempore menstruo- rū inficiat speculum.*

*Responso ad quartum argumentum, & quoddam de fascinatione. Cap. XVII.*

**A**mplius autem quartę in hac parte obie- ctioni respondentes qua dicebatur vulgarissi- mē haberi pueros teneros, & aliqua alia de animalib⁹ interdum fascinatione ledi. scilicet quosdam egritudines pati, quę per visionem ab alijs animalibus inducuntur: & dicuntur ista vulgariter oculo percussa: sed ad immu- tationes reales ista pertinet, in sola ergo visione reali erit permutatio. Dicendum erit, plurimi eorum, qui catholice veritati valde inherēt, fascinationem nihil esse dicunt: nullum quoque animal fascinatione ledi. i. oculo percursi perhibent: nullumque aut boni, aut mali per oculos consistere posse. Horum autem modus sanē, vt isti censent sumptus solidam veritatem profert. Vulgares namque, qui secundum nomē suum insipientia confunduntur, arbitrantur atque e- nunciant quosdam homines malorum oculorum fo- re, addentes quod si isti oculo furibundo, aut inuido, aut qualitercunq; ad malum moto aliquid in taci- ri voluerint, illud ledent aut occidunt: quod si benignis illud oculis intueantur nihil nocebunt. Hęc autem penitus falsa sunt, nec rerum nature congruunt: nam si aliquis oculus nequam aut liuidus foret res visas fasci- nans aliquando, hoc ex egritudine quadam oculi, vel totius corporis proueniret, nec esset in facultate vi- dentis fascinare, aut non fascinare, sed cū videret, necesse esset, vt illud lederet, etiam inuitus. Velut si- quis calidus sit intēs alteriq; adiungatur eum neces- se est, vt calefaciat, quanquam ad hoc spontaneus non sit. Hoc modo nos quoque fatebimur, oculum nul- lum fascinantem fore, nec quicquam oculo ledi pos- se. Si autem fascinare dicatur, videndo rei visę nocere, siue hoc spontaneū, siue inuoluntariē fiat, fatēri o- portet fascinationem aliquid esse, & esse aliquorum hominum aliorumq; alicuius oculos res visas fascina- tes. Nec in hoc fidei catholice quicquam nos existi- met aliquid detraxisse: nam fides catholica solida ve- ritas est, vero autem iuxta Aris. i. Ethic. omnia conso- nant existētia, ei ergo nulla veritas naturalis repugna- bit. In hoc autem considerandum est, quod sicut in ceteris corporis membris egritudinem esse contin- git, ita & oculos egrotari continget.

*Quid sit il- lud qđ vul- gares fasci- nationem dicunt.*

Si ergo leso vno corporis membro, vapor aut spūs inde egrediens, aut humor rabidus inde solutus cęte- ra membra contactu suo inficit, quę contingit, nō di- spariter, si oculum egrotari contingat: inde egreden- tes spiritus pestiferi eis, quibus inherēt inferrēt nocu- mentum. Hoc autem inconueniens nullum in fert, quin potius secundum naturam concedi necesse est: alioquin specialius aliquid in oculis: quā in ceteris corporis partibus fateremur, scilicet cetera corporis mem- bra egrotare, aut indisposita esse, oculos autem nequa- quam. Aut si oculos egrotare, aut indisponi sicut in ceteris accidit fateamur: aliquid adhuc specialius hoc modo in oculis ad cetera membra prius confiteri ne- cesse erit. I. quod ceteri corporis arctus cum infecti sunt, sua contagione aliqua nocumēta alijs membris, ceterisve rebus inferre possint, oculi autem cum eos egrotare contingerēt, nulli rei lesionem inferre pos- sent. Rationaliter ergo dicendum est, aliquos esse indispositos, aut infectos oculos, qui rebus, ad quas se cōuerterint nocere possunt, & hoc fascinare siue ocu- lo percursu vulgariter dicitur. Ex his ergo inferri pa- tet fascinationem aliquid esse, & aliquos fascinari.

*Quod*

Ad hec autem adhuc alia fundamenta inquirenda sunt. In quo aduertendum secundum medicorum doctrinam quosdam morbos contagiosos fore, id est quod per tactum a quibusdam in alios transeunt, velut scabies, lepra, pestilenti morbus, atque confimiles. Conformiter ergo in oculis accidere poterit, quod si quis infectum habuerit oculum, eius infectio in alios contagione quadam deriuetur: nam si quis quoddam scabiei genus, quod in capite est patitur, & quis ei adhaerit: quamquam eorum capita nullam habeant coniunctionem, in eo, quinullam habet scabiem ex hoc accessu inducitur scabies. Conformiter autem si quis leprosus fuerit, alterumque de vicino colloquatur, aut cum eo cibos sumat, & bibat, si hic aliquam moram traxerint, qui sanus erat lepram induet: quamquam horum corpora nunquam se reali applicatione contigerint. Si igitur in his, qui sani sunt communicantibus ad leprosus, & scabidos lepra aut scabies inducitur, quamquam in his corporum nullus contactus sit, cur in eis, qui infectos oculos habent hoc non eueniet, vt eis quos viderint a propinquo noceant, quamquam in hoc coniunctio nulla sit? Hoc autem fascinatio dicitur, aut lesio inducitur per oculos. Apparet ergo aliquem posse alios fascinare. Amplius hoc in epidimic morbo apparet, qui frequenter ex corruptione aeris gignitur: imo cum proprie pestem dicimus, sp corruptionem reddet: nullam tamen tunc actionem lupus super hominem habet, sed eum duntaxat videt, vt ait Isidorus Etymo. lib. 11. Confiteri ergo necesse est hominem a lupo fascinari, cum eum solo visu ledat. Identidem autem in menstruatibus mulieribus hoc apparet, quae si specula a propinquo contemplentur, ea sanguineis guttis inficiunt, aut aliis respicient maculis: manifestum igitur est, earum oculis corpora quaedam calida, atque humida egredi, quae spiritus vocantur. Hi autem, aut sani, aut egrotidinum inducuntur sunt: rebus ergo quibus adherent, morbos quosdam inducunt. Sed quibus spiritus isti nocent, eos fascinatione causare dicimus. Fascinatio ergo aliquid est.

Quo cau- seur pesti- lentia.

Ad supradictorum autem validiorem expositionem nem consideranda sunt adhuc alia fundamenta, quae inferunt necessario fascinationem esse, & aliquos oculos fascinantes fore: ita vt fascinologia non sit prorsus de non ente. Fascinationem enim appellamus, cum aliquid quidpiam videns ad eum corporaliter non coniunctus, nec in eum alterum quidpiam agens est. Quod fascinatio non sit prorsus de non ente. Horum tamen frequentissima, atque vulgaria exempla sunt, ita vt iam stylo non egeant: fascinatio ergo aliquid est. Basiliscus enim nobis horum indicium monstrat: nam si basiliscus quempiam hominum viderit, etiam si eum mordens, aut aliis non tetigerit, morietur. Hic ergo nullus diffidere nitetur, basiliscum occidere eum, qui moritur: nec quisquam hoc negat: dici tamen nequit, quod basiliscus morsu hominem lanauerit, aut intoxicauerit, aut eum quouis tetigerit modo: eum ergo videndo duntaxat occidit. Quamquam autem homines basiliscorum non habeant complexionem: quoniam eorum natura ita pestifera esse nequit: aliquantulum tamen in eis corruptio esse poterit, quae per oculos egrediens in spiritus, qui corpora delicata sunt eos, qui propinqui fuerint, atque corruptioni dispositi inficiunt. Inuisibiliter tamen ista praespiruum subtilitate sunt. Hoc autem in lupo adhuc apparet. Cum enim lupo hominem a propinquo conspexerit, eum ad emittendas voces aliquanta temporis mora impotentem reddet: nullam tamen tunc actionem lupus super hominem habet, sed eum duntaxat videt, vt ait Isidorus Etymo. lib. 11. Confiteri ergo necesse est hominem a lupo fascinari, cum eum solo visu ledat. Identidem autem in menstruatibus mulieribus hoc apparet, quae si specula a propinquo contemplentur, ea sanguineis guttis inficiunt, aut aliis respicient maculis: manifestum igitur est, earum oculis corpora quaedam calida, atque humida egredi, quae spiritus vocantur. Hi autem, aut sani, aut egrotidinum inducuntur sunt: rebus ergo quibus adherent, morbos quosdam inducunt. Sed quibus spiritus isti nocent, eos fascinatione causare dicimus. Fascinatio ergo aliquid est.

Quod fascinatio non sit prorsus de non ente.

Tres conclusiones exprimentes tres conditiones ad fascinationes necessarias. Cap. XX.

Ad eorum autem, quae de fascinatione dicuntur, vberiore cognitionem, tres conclusiones ponenda sunt exprimentes tres conditiones, quae ad quamcunque fascinationem necessariae sunt. Prima conclusio sit, quod non potest quilibet homo, aut quodcunque animalium hominem, aut brutum animal fascinare: sed quaedam sunt, quae fascinandi virtutem habent, quaedam vero non. Quaedam quoque sunt, quae a fascinantibus pati possunt, alia autem fascinationem pati nequeunt. Huius fundamentum est, quoniam fascinatio ex hoc ortum habet, quod quis oculos infectos habeat, aut aliquam corporis partem, & ex illo pestifero humore agente calore quidam spiritus, qui corpora calida & humida sunt resoluuntur per oculos egredientes, atque praesentitate sua viciniam aeream transeant quousque ad aliquod solidum corpus perveniant, cui inhaerant. Si autem corpus istud corruptioni dispositum sit, scilicet faciliter passibile, aliqualiter inficietur. Aut si dicamus totum animalis corpus infectum esse, humorem tamen illam resolutum per oculos in spiritus egredi, idem fiet noxamentum: hoc autem fascinare est. Tale autem in omnibus animalibus reperiri nequit: non enim habent omnes

Vnde fascinatio ortu sumptis.

homines infectos oculos, aut aliquam corporis partem, ex qua humores resoluti per oculos exitio sunt. De animalibus autem ceteris idem patet, non enim sunt cuncta pestifera: hoc enim modo in omnibus indiuiduis huius generis, quod est animal, semper morbum dari necesse est, ita vt nullum animal sanum foret, quod liquida falsitate notatur. Dicendum ergo est, animalia quaedam secundum species suas pestifera esse, semperque spiritus ex hoc venenato humore resoluentia. Vnde quoties haec aliqua animantia viderint alterius speciei, quae ad corruptionem disposita sunt, laedent ea. Hoc enim basiliscus euenit: pestifera enim eorum natura est. Nullum ergo basiliscum vnumquam esse contingit, qui videndo alia animalia non fascinaret, quemcumque hominem, aut alterum animal viderit solo visu mortem inducet. Idem autem lupis accidit, est enim eorum natura humanae naturae contraria: ideo omnes lupi quantum ad homines pestiferi quodam modo sunt: cum enim aliquem hominem a vicino viderint, eum ad tunc voces emittendas faciunt impotentem. Lupis ergo vniuersaliter euenit homines fascinare. Conformiter autem quaedam alia animalium sunt, quibus ex speciei conditione conuenit, vt homines debeant fascinare: quo fit, vt in talibus animalium speciebus, nullum animal sit, quod hominem visum a propinquo non fascinaret, aut saltem fascinare non valeat. Alia autem animalia sunt quibus secundum speciei conditionem non conuenit, vt homines fascinare possint. euenit tamen quibusdam eorum aliqua specialis corruptio, qua omnibus, quae viderint fascinationis inferant nocuum. Haec autem bipartita sunt: quaedam namque eorum magnam lesionem habent semperque manentem: vnde ea, quae videntur ad corruptionem disposita, necessarium est, vt semper fascinent. Alia autem sunt, quibus morbus iste perpetuus non est, sed ad aliquam temporis moram manens, sicut in ceteris temporalibus aegritudinibus accidit: haec autem si quidquam viderint hoc tempore ad corruptionem dispositum, fascinabunt.

Quod semper humana species possit fascinare, non inuenitur in ea. Cap. XXI.

CIRCA humanam vero naturam huiusmodi, dicendum est, non enim est humana species hanc consequens conditionem, vt semper fascinare possit, hoc enim modo tota humana natura corrupta foret, sed falsum est: quosdam namque homines esse scimus: qui nulli videndo nocent: alij autem sunt, qui res varias fascinant. Non euenit ergo hoc ex conditione speciei, sed est conditio consequens quaedam indiuidua humana, scilicet aegritudo eis interdum eueniens siue perpetua, siue temporanea sit. Amplius autem hoc apparet, nam si vis fascinandi, siue potestas fascinandi humanam consequeretur speciem, necesse esset omnes homines fascinandi habere virtutem, scilicet vt illam aegritudinem, aut passionem haberent, secundum quam aliquid potest alterum fascinare. Quo inferret, nullum hominum posse alterum oculo laedere: sed hoc falsum liquet: quidam namque alios videntes nocent eis solo visu, potissime eis, qui adhuc aetate teneri sunt. Hoc inducitur: nam secundum Aristo. quinto Physicorum, & est positio omnium loquentium de natura. omnis actio per contrarietatem fit: cum autem aliud secundum numerum in alterum agere debet, necesse est, vt inter se aliquam habeant contrarietatem. Ob hoc autem Arist. non concessit motum inter duo similia, nec inter duo contradictoria, sed inter duo contraria. sic patet in 5. Physicorum capit. 2. Si enim vnum agens alterum naturaliter calefacere debet: ne

cessesse est, vt alterum eorum calidum sit, alterum autem frigidum, aut saltem non calidum. Si enim duo aequaliter calida forent: neutrum in altero caliditatem calderet, aut duobus frigidis existentibus neutrum alterum frigeret: vnum tamen in alterum agere cum in extremitatibus contrarietatis steterint, aut quouis modo saltem contraria fuerint. Haec autem adhuc liquidius patefiunt in his, quae nos experimur: nam si quisquam calidus fuerit, eiq; quidpiam calidum appositum fuerit, nihil sentiet: velut si nihil ei appositum foret. Si quis autem frigidus intensus fuerit, & carni eius aliquid frigidum adiungatur identidem sentire impossibile erit. Simile autem in ceteris generibus contrarietatum: nam nullum simile super suum simile actionem ullam habet: sed actio, & passio circa contrarietatis extrema semper est. In quo tamen considerandum est, quod quamquam actio, & passio in contrariis semper sint, finis tamen actionis in similitudine est, aut in consummata actio secundum naturam erit. Quod manifeste conicitur: nam calidum in frigidum agit. Si autem vtrunque calidum foret, neutrum super alterum agendi haberet potestatem: id tamen quod calidum est, valde in frigidum nunquam desinet agere, donec illud ad caloris sui perduxerit gradum: cum vero patiens ad tantum caloris deuenierit gradum actio nulla, nec motus erit. Identidem autem si aliquid valde frigidum in valde calidum agat, nunquam actio consumabitur, donec ad tantum frigiditatis excellentiam agendo deuenit patiens quantum ipsum agens in frigiditate est: post haec autem omnis motus consummatus erit. Hoc pacto omnis motus secundum naturam contrarietate inchoat, sed imperfecta similitudine consumatur, si actio de consummatis secundum naturam sit. Ex praebitis ergo inductum patet, quod si omnes homines secundum speciem pestiferi essent: ita vt singuli fascinandi haberent virtutem, nullus alterum fascinaret: actio namque in similibus nunquam est, sed in contrariis. hoc ergo dato omnes homines similes forent, scilicet fascinare potentes, atque si ista pestiferam tabem vniuersaliter continentes nullus posset alterum fascinare.

Et si actio sit ratione contrarietatis finis tamen agens in similitudine existat.

Sicut est in basilisco, ita esset in homine, si ex conditione speciei fascinare posset. Cap. XXII.

AMPLIUS autem basiliscus hoc inest, vt pestifera sit, & fascinare possit, atque homines ceteraque animalium solo visu interimere, hoc autem eis ex speciei conditione inest: ideo omnibus inesse patet, nec vnus alterum fascinare potest, sed visu alia ledunt. In hominibus ergo conformiter diffiniendum patet. si ex conditione speciei hominibus eueniret, vt fascinandi haberent virtutem, nullus alterum fascinaret, sed ipsi alia animalia fascinarent. Praeter hoc autem actio, & passio nulla causari potest agente & patiente aequalibus secundum potentiam agendi, & resistendi existentibus, & hoc in qualitate illa secundum quam motus fieri debet, sed ad omnem motum excellentia agentis in activa virtute, defectus autem patientis exigitur. Si tamen ex humanae speciei conditione proueniret, vt fascinare possent, aequaliter oibus inesset hominibus illa pestifera qualitas, per quam fascinatio causari deberet: nullus ergo alterum fascinare valeret. Inductionis huius prima pars liquet. Secunda patefit: nam in omnibus indiuiduis aliquarum hoc inest, vt cum aliqua passio ex principiis speciei eis communicatur, in omnibus aequaliter est: cum natura speciei, ex cuius principiis singulae pululant passiones, in eis aequalis sit: passiones autem, quae accidunt ex singularibus conditionibus indiuiduorum, non sunt aequales in omnibus indiui-



indivisiu eiuſdem ſpeciei. Ex prædictis concludum F patet, q̄ ſi hominibus ex cõditione ſpeciei fascinoſa prouenit virtus, nullus aliterum fascinoſare poſſet. hoc tamen falſum eſt, ſpecies ergo humana ſecundũ ſe fascinoſa conditionem non habet: ſed hoc ex ſingularibus accidentibus quorundam prouenit indiuiduorum. Eſt enim in quibuſdam hic fascinoſandi conditio tanquam perpetuus languor: in alijs aut̄ velut temporanea ægrotudo. Hi autem quibus hoc euenit, alios homines fascinoſare poſſunt: nec tamẽ omnes, ſed ſolũm, qui ad corruptionem diſpoſiti ſunt. Inferitur ergo quõd fascinoſa potentia non ineſt ſingulis hominibus, aut animalibus: ſed quibuſdam ineſt, alijs autem non. hæc namque corruptio ſecundũ quam fascinoſa potentia ineſt, non eſt in omnibus animalibus, ſed in quibuſdam.

Hi, quibus fascinoſandi virtus ineſt, non habent ex arbitrio in hoc tempore potius quã in alio fascinoſare. Cap. XXIII.

IN his quoque aduertendum, quõd iſti, quibus peſtifera fascinoſandi qualitas ineſt, non habent ex arbitrio pendens quando fascinoſare velint: ſed etiam ſi nolint fascinoſabũr. Amplius autem non ſubeſt eorum libertati hanc, vel alteram rem fascinoſare, ſed id, quõd ad corruptionem diſpoſitum eſt fascinoſant aliquid nocua qualitate impreſſa in eodem. Quo fit vt interdum fascinoſatiã potentiam habens, & huius ſibi cõſcius eligat aliq̄ rem non fascinoſare, quoniam illi nullũ in cõmodum i. iſſigere vellet: eam tamen fascinoſabit: quoniam ad corruptionem diſpoſita eſt. Aliud autẽ eſt, qd̄ fortaiſis fascinoſare vellet, quia ei nocere cupit: illud tamen efficere nequit: quoniam ad reſiſtendũ nocimento potens eſt. Huius fundamentum eſt, qd̄ fascinoſare in animalibus prouenit ex quadam peſtifera qualitate exiſtente alicui animali per modum cuiuſdam ægrotudinis. Qualitates autem naturales naturaliſter operantur non ſubditẽ arbitrio noſtro. Nõ enim ſubeſt voluntari noſtræ ſi quis manum calidam habuerit, alteri; eam adiunxerit, vt eum calidũ non reddat: nam eẽ eo inuito, calida manus eum, cui adiuncta fuerit caleſcit: idem autẽ in cõteris actiuis qualitatibus diſſiniendum patet. De hac ergo peſtifera fascinoſa qualitate dicendum eſt, qd̄ arbitrio noſtro non ſubſit, ſed naturaliſter operabitur. patulis namq; oculis exiſtẽtibus fascinoſatiã ſpũs egredientur, q̄ inuitis eis quoruſ ſpiritus ſunt: quõſcunq; obuios parum diſtantes, atque ad corruptionem diſpoſitos fascinoſabunt. Habet tñ hic cui talis qualitas ineſt, aliqd̄ in ſua poteſtate: qm̄ ſi clauſos ſp̄ oculos tenere voluerit, neminẽ vnq̄ fascinoſabit, aut cũ voluerit ſe ab illa re cuſtodire ne eã fascinoſet, claudat oculos, & erit impoſſibile eam fascinoſare. Si tñ id, qd̄ fascinoſare nõ vult, ſemel aſpexerit, illudque ſuſcipiendẽ corruptioni diſpoſitum, inuitus etiã illud fascinoſabit. Hoc autẽ ſatis notũ redditur exẽplo eius, qui manum, aut calidã, aut frigidã habet. Si enim illam cuius approximatuerit, eum calidum reddet. Si autem ab aliquo abſtinuerit, eum nunquam caleſciet: ſi tñ eam alicui adiunxerit, non ſubeſt eius arbitrio an illud caleſcere debeat, qm̄ iam neceſſariõ caleſcit. Non diſpariter ergo cenſendum eſt, in eo, qui fascinoſatiã potentiam habet: nam ſi ſemper oculos clauſos tenueret, nihil vnquam fascinoſare poſſibile erit. Quõd ſi interdum clauſos, interdum verõ aperros tenuerit, interdum fascinoſandi locus erit, interdum verõ nequaquã: cũ autem clauſos tenuerit oculos ei ſubeſt neminẽ fascinoſare, cũ tamen eo aperuerit, iam ei nihil ſubeſt an aliquid fascinoſetur.

Secunda concludio de fascinoſatione. Cap. XXIII.

SECUNDA in hac inquisitione de fascinoſatione concludio ſit, animal habens fascinoſatiã virtutem non poterit quõdlibet animal ſibi oppoſitum à propinquo fascinoſare, ſed illud dũtaxat, qd̄ ſuſcipiendẽ huic fascinoſationis corruptioni diſpoſitum eſt: ſicut patet in teneris, niſi hæc peſtifera fascinoſandi poteſtas excedens in virtute valde ſit: tunc enim quõd cunq; animal, ad hoc relatum ad fascinoſationem ſuſcipiendã diſpoſitum eſſe videtur. Hoc autem ſatis liquet: nam in quibuſdam hominibus hanc fascinoſatiã virtutẽ eſſe conſentur: iſti tamen nequeunt omnes homines, quos inſpexerint, aut animalia ſingula fascinoſare: ſed quibuſdam nocimentum inferunt, alijs autẽ nequaquam nocent. Rebus enim teneris, aut parũ ætatũ fascinoſationem faciliſter inducere quãut̄: eis autem, quæ dura, atq; annoſiora ſunt, hoc efficere nequeunt. Hæc autem eſt ſententia Ariſt. 2. de Anima, factus actiuorum ſunt in patiente diſpoſiti. q̄ talis eſt actio agentis in patiente qualis eſt conditio patientis ad ſuſcipiendũ, non. n. agit agens ſicut actiuum eſt, ſed ſicut patientis. Agens nõ agit ſicut actiuũ eſt: ſed ſicut eſt diſpoſitio patientis.

Hic dicitur quod si animal habens fascinoſatiã virtutem non poterit quõdlibet animal ſibi oppoſitum à propinquo fascinoſare, ſed illud dũtaxat, qd̄ ſuſcipiendẽ huic fascinoſationis corruptioni diſpoſitum eſt: ſicut patet in teneris, niſi hæc peſtifera fascinoſandi poteſtas excedens in virtute valde ſit: tunc enim quõd cunq; animal, ad hoc relatum ad fascinoſationem ſuſcipiendã diſpoſitum eſſe videtur. Hoc autem ſatis liquet: nam in quibuſdam hominibus hanc fascinoſatiã virtutẽ eſſe conſentur: iſti tamen nequeunt omnes homines, quos inſpexerint, aut animalia ſingula fascinoſare: ſed quibuſdam nocimentum inferunt, alijs autẽ nequaquam nocent. Rebus enim teneris, aut parũ ætatũ fascinoſationem faciliſter inducere quãut̄: eis autem, quæ dura, atq; annoſiora ſunt, hoc efficere nequeunt. Hæc autem eſt ſententia Ariſt. 2. de Anima, factus actiuorum ſunt in patiente diſpoſiti. q̄ talis eſt actio agentis in patiente qualis eſt conditio patientis ad ſuſcipiendũ, non. n. agit agens ſicut actiuum eſt, ſed ſicut patientis. Agens nõ agit ſicut actiuũ eſt: ſed ſicut eſt diſpoſitio patientis.

De morbo epidimie. Cap. XXV.

AMPLIUS autem hæc liquido comprobantur in morbo epidimie: ſit enim huiusmodi morbus ex aeris corruptione, quæ interdũ in tota vna ciuitate, aut oppido æqualis erit: ſed non æque in oĩbus ciuitatis partibus mors viget, nec oēs in loco pereũt: ſed quibuſdam obeuntibus alijs iſteſi manent. Conſorter autem, cũ aliquã domum ſpecialiter peſtiferaer inuaſerit: tota domus illa eque infecta in omnib⁹ partibus ſuis eſt: in ea tamen non cõtingit ſemper oēs mori: ſed quõſdam deficere alijs ſuperſtantibus. Horum autẽ fundamentum eſt, qd̄ vt in tertia metaphora extiti prælibatũ ſuper particulã. Qui mortuus eſt, mors in animalibus conſicitur, qm̄ natura damno ſemper reſiſtere impotens aliquando ſuccumbit. Cũ. n. eſt robuſtior natura, atque conuenientioris complexionis, magis nocimento illato reſiſtit: quo fit vt iue illatis vulneribus, ſue quibuſcunq; appoſitis malis, vel inatardius moriantur, aut magis reſiſtant qui robuſtiores nature, atque conuenientioris complexionis ſunt: niſi Deus aliſter diſpoſuerit ab æterno, cuius diſpoſitioni nullum nature iudicium, regula vel inclinatio reſiſtere

Quare morbo exiſtente aliqui pereãt, & aliqui nõ.

tere valet. Cũ autẽ peſtifera aer in aliqua ciuitate aut domo eſt: ipſe natura humana repugnans ſemper in eam agit nocendo quantum poteſt. Qui verõ naturam debilem atque inordinatam complexionem habent nocimento illato reſiſtere impotentes ſuccumbunt peſtifera: qualitate, atque pereunt. Qui verõ robuſtioris nature ſunt, reſiſtere ſufficientes, nocimento non ſuccumbunt, ſed viuentes permanent. Conſorter ergo ſententia diſſiniendũ eſt in hac peſtifera qualitate: ſm̄ quam fascinoſatio cauſatur. ſquõd ſiquis corruptioni diſpoſitus eſt, ita vt faciliſter permutari poſſit, patietur.

Quædam attinentia ad ſuperiora. Cap. XXVI.

ADDEBATVR autem in prælibatis, eos qui teneri ſunt, tam in hominibus, q̄ in brutis ad hæc fascinoſationem ſuſcipiendam diſpoſitos fore: duri quidem hæc non patiuntur. Cuius fundamentum eſt, quoniam durities eſt quẽdam naturalis potẽtia ad non faciliſter patiendum, ſcilicet ſecundum quam patiens reſiſtit agentĩ, ne in illud faciliſter agere valeat: molliſſes autem, & teneritudo qualitates ſunt, quæ naturales impotentie dicuntur, ſcilicet ad faciliſter patiendum: quoniam ſm̄ eas agens poteſt faciliſter in patiens id, qd̄ voluerit: dura ſiquidẽ nec faciliſter frangere nec præſcindere poſſunt: mollia autẽ faciliſter amputãti atque confringenti cedũt. Et ſicut in fractione, & amputatione accidit, in combuſtione quoque decernendum eſt: ea namque, quæ tenera ſunt, ſi deſiccata fuerint, faciliſſe combuſtantur, atq; paruo ad hoc igne ſuccedente opus eſt: quæ autem dura ſunt, & ſi deſiccata fuerint, nec faciliſter exurũtur, nec poſſunt niſi à magno igne cremari. Sic autem in ſtuppis, capillis, & lana: quæ tenera, & ſicca ſunt patet: ligna tñ duritiẽ magnam habent: vt ea, quæ ex nucẽa materia, & mox atq; allice ſumpta ſunt: hæc enim diſſiciliter, & nõ ſine magna igne cremari poſſunt. Hoc modo ſacra ſcriptura metaphoriſ quibuſdã viens durum, & molle accipit. Eos namque duros vocat, qui gratiam Dei vocantem nõ exaudiunt, nec ſacris monitiſ obediũt: nec à facinoribus, & culparum enormitatibus deficere curant. Hi etiam obſtinati alio nomine appellãtur. Hoc modo Deus de Pharaone rege Aegypti dixit: Ego indurabo cor Pharaonis, vt habeat Exodi 4. & 8. & 9. cap. hoc autem quoniam Pharaõ quantũcunq; à Deo vrgentibus plagis depreſſus foret, iuſſis Dei obtemperare noluit, quoadũque extrema percuſſus plaga Iudæos exire compulſit nec tñ eos tũc adhuc penitus ire permiſit: nam eos recedentes vſque ad mare rubrum inſequutus eſt: vt habeat Exodi 14. ca. Mollem autẽ ſacra ſcriptura vocat eum, q̄ gratia Dei nullo modo reſiſtit: ſed vt à Deo vocatur, ita monenti, & vocanti obedit, & ad bona prouocanti conſentit, & ſi interdum peccauerit ab eo monitus faciliſter ceſſat. Patet ergo conſimiliter ex prædictis peſtifera iſtam fascinoſandi qualitate ſuper homines duros aut bruta animalia dura actionem habere nullam. ſcũ iſta gratis ſunt nature, ſed ſuper ea, quæ tenera valde ſunt: q̄ enim dura ſunt, illi peſtifera: qualitate reſiſtũt, ſm̄ quã fascinoſatio cauſat. Cũ ergo hõ vel aliquod aſial aliqd̄ viſu ſuo fascinoſauerit, neceſſe eſt, vt illud tenerum ſit, & parũ ætatis: ſicut in infantibus teneris aut in animalibus brutis nouis paruis, ſicut in pullis, & porcis atq; ſimilibus. In animalibus autẽ magna ætatis, & duris corruptio iſta fascinoſationis cauſari nequit, niſi illa magna valde ſit. Ob hoc autem epidimie tempore hoc euenit, vt de paruulis plures, q̄ de perfectis viris, aut ſenibus moriantur: ipſi namque teneri valde ſunt, & cõplexiones eorum nimis paſſibiles: vnde peſtifera atque

Alph. Toſt. Parad.

A infectus aer in eos maiorẽ immutationem quã in cõteris cauſare poteſt. De peſtifera autem qualitate, ſecundum quam fascinoſatio cauſari poteſt, ſic euenit, ſcilicet vt in rebus teneris immutationem cauſalitate habeant: ſuper res autem duras nequaquam. Ex hoc autem inducitur, qd̄ apud vulgares notiffimum eſt, ſcilicet quõd pueri teneri aliquando fascinoſati ſunt, de viris autem perfectis, aut raro, aut nunquam perhibent qd̄ fascinoſentur. Sic quia parui ſunt, & deſtibus, quia in ætate tenera ſunt, quõd fascinoſati interdum ſunt prædicant: de magnis autem, & duris animalibus hoc nequaquam conſentur. Ex prædictis ergo inducitur, fascinoſatiã immutationem in rebus teneritudinẽ quandam, & nouitatem habentibus cauſari duntaxat, B in duris autem rariffimẽ.

Tempore peſtis plures le pueris mouũtur quã de alijs natura maioribus.

Quædam attinentia ad ſuperiora. Cap. XXVII.

AMPLIUS autem in eadem ſubiungebatur concludio: hanc fascinoſationem in rebus teneris cauſari duntaxat, niſi ea qualitas, ſecundum quam fascinoſatio cauſatur exceſſiua ſm̄ virtutem ſit. Si enim exceſſiua hæc peſtifera qualitas fuerit: non ſolum tenera corrumpentur: ſed etiam quæ dura ſunt damnificationem quandam ſuſcipient, quõd baſilifcus nobis notum facit: videns namque omnia fascinoſat, & perimit: nec quidem teneros duntaxat pueros, ſed viros quoq; magnos & cõterã animalia, in hoc nulla vitia duri, & teneri differentia. Huius cauſa eſt, quoniam virtus fascinoſatiã baſilifci rata eſt, vt ad eam collata quẽlibet animalis cuiuſcunq; potentia reſiſtendi inferior viribus ſit: eque igitur omnia animalia conſpecta interimer. Sic quoque viros mature ætatis, vt teneros pueros fascinoſans occidet. De lupis autem ad hominem idem dicendum patet: ſunt enim vniuerſaliter infecti collati ad humanã complexionem quia, eos nobis natura cõtrarios fecit: quãdocunq; enim viſum hominem fascinoſant, eũ ad tempus ad emittendas voces impotentem faciunt. Eſt enim peſtifera eorum qualitas, ex qua ſpiritus cõtra hominem directi, ſunt nociui valde. Non ſolum ergo pueros teneros fascinoſabunt, ſed etiam integræ ætatis viros cũm viderint, ad loquendum impotentes reddent. Hominibus autem quantumcunq; talis peſtifera fascinoſandi qualitas accidat eſſe nequit, vt in lupis aut baſilifcis eſt: quoniam eſſe ex conditione ſpeciei non euenit. Vnde duntaxat teneros pueros, aut infantilis ætatis fascinoſare poterunt, alia quoque tenera gratis parũ: qualia ſunt, quæ in domibus enutrita ſunt, cũm nouiter nata ſunt, in magnis autem hoc nõ efficiunt. Si tñ interdum, quõd perrarum eſt accidat, vt aliquis ætatis integræ vir, aut durum, & magne ætatis animal brutum fascinoſetur, hoc ideo eueniſſe conſtat, quoniam gravis erat iſta fascinoſandi virtus in eo, q̄ talia videns fascinoſauit.

Tertia concludio de fascinoſatione. Cap. XXVIII.

TERTIA in hac inquisitione de fascinoſatione concludio ſit: animal quõd cunq; potentiam fascinoſatiã habens nequit alia ad hanc fascinoſationem ſuſcipiendam vbicunq; ea viderit fascinoſare, ſed cũm ea a propinquo contemplatur. Si enim homo aut alterum animal fascinoſatiã virtutem habens, aliquod animal tenerum, & ad fascinoſationem diſpoſitum à dimidiã leuca ſpatio, aut quatuor vel quinque lapidis iſtibus intueatur fascinoſare nequit, ac ſi nullam haberet fascinoſandi poteſtatem. Nec præcise hominibus hoc euenit, ſed & alijs animalibus H malibus

malibus etiā si eis fascinare ex speciei conditione conueniat, atque in eis maior huiusmodi pestifera qualitas insit: ipsa namque nihil nisi à parua conspectum distantia poterunt fascinare. In basilisco autem hoc notissimum est, nihil enim sic natura pestiferum fecit: cui maior fascinatiua virtus insit, quoniam simul fascinare, & interimere ei adiacet. Hoc quoque illi ex speciei conditione innatum est: si tamen per tres aut quatuor lapidis ictus ab homine distet, & si perspicue hominem videre possit ac videat, ei nihil nocere valebit. In lupis autem idem cētendum est: cum enim homines a distant conspexerint, nullum videntes fascinationis inferent nocumentum, sed homo visus liberē, vt ante loqui valebit. Cū tamen basiliscus a propinquo hominem conspexerit, eum vidēs interimet. Lupus quoq; hominem e vicino contēplans ad mox loquendum impotētem reddet. Ratio huius est, quoniam fascinatio causatur secundum virtutem spirituum emissorum ab oculis illarum rerum, quae fascinatiuum potentiam habent: hi autem spiritus solidis corporibus adhærent, vt hominibus, aut aliis animalibus in aere nanque nec manere semper transeuntes: nec inharere infixi queunt. hanc autem rem cui inhæserint ladunt. Cū vero id, quod fascinandum sit longē distet, illuc emissi spiritus nequeunt peruenire, a qualitate namque circumstantia aeris condensari in terram cadit, aut si peruenire potuerint, iam eorum excludo, aut debilitato vigore nihil immutare queūt. Cū autem, quod fascinandum est, si fascinanti propinquus fuerit intensius poterit fascinari. cum spiritu hanc causantes pestiferam qualitātē in breui spatio maiores reneant vires. In hominibus autem conformiter distiniendum reor. Si enim quisquam hominum fascinatuum habuerit qualitatem, in distantia posita fascinare nequebit. Vnde quantumcunq; quidpiam ad inspicendam fascinatiuam qualitatem dispositum sit: si a rebus fascinantibus distans valde sit: nullum poterit ex hac re suscipere nocumentum. Si vero fascinans, & fascinabile sibi e vicino coniuncta sint, quæ ad hoc disposita sunt, fascinari necesse est. In hoc tamen non parua differentia est, ex collatione virtutis fascinatiuæ. Si enim fascinatiua virtus maior fuerit, fascinans a longiori poterit fascinari. Si autem hæc minor sit, vel non fascinabit, vel minora nocumenta fascinationis causari necesse est. Idēdem autem ab eo, quod fascinabile est, in fascinatione nimis differt: quædam namque alijs teneriora, alia autem alijs duriora sunt, cū autem aliquid tenerius est, tanto facilius fascinari potest, & a remotiori: quo vero duriora sunt, difficulter a propinquo fascinantur.

Quædam attentia ad superiora. Cap. XXX.

**C**VNCTA autem, quæ in superioribus asseruimus, catholicorum ecclesia vniuersaliter confitebitur. Neminem enim aliquali ratione sultum esse arbitror, qui superioribus inspectis naturæ fulcimentis, alijque quam plurimis, quæ ad hoc induci possent, aliquid superius asserorum, etiam si emulus sit, valeat distiteri. His tamen in suo vigore subsistentibus, nos quoque cum tota catholicorum ecclesia fascinationem improbanus, quam accipiunt vulgariter intelligentes. Qui enim vulgo loquantur, in pueris teneris, pullis, atq; paruis porcis fascinationem interdum asserunt euenire, similiter & in alijs domesticis animalibus, nescientes quid fascinatio sit, aut ex quibus agentibus, vbiq; suppositis dispositionibus, existimantque longē alterum fore quàm sit. Vnde illi, quos ipsi

Fascinatio causatur secundum virtutem spirituum emissorum.

**F**ascinatos asserunt fascinati nequaquam sunt, aut si qui paruulorum interdum fascinationem patiuntur, eos quibusdam verulis benedicendos offerunt. Has enim vulgus ex officio suo benedicentes vocat, quas conueniens magis est, maledicentes appellare, quoniam miserabiles animas insipientium illaqueantes in æternam gehennæ maledictionem adducunt. In his namque vetustas habuit plurimos, tam viros, quam feminas superstitiosos, quos adhuc ex parte iunior tenet ætas. Hi autem super eos, quos fascinationem perhibent, impertinentia valde verba proferunt, atque inuitiles ceremonias, quæ superstitiones dicuntur obseruant: quibus se curare putant eos, quos fascinationem emittant. Hæc autem infanda quædam, & a catholicorum mentibus valde fugienda sunt: quoniam hæc, quæ iste maledictæ feminae faciunt & proferunt, illicita valde atque superstitiosa sunt, nullam sanatiuam virtutem continētia, siue a Deo collatam, siue inexistentem secundum naturam. Ipsi tamen miserabiles feminae his verbis fascinatos sanitatem integram suscipere aiunt, quod hæreticum valde est, atque primo præcepto diuino repugnans, scilicet, non habebis deos alienos coram me. In hoc enim talis maleficarum asserio indirectē militat. Quoniam sanitatem quam Deus interdum naturaliter quibusdam simplicibus, vel compositis medicinis fieri concedit, interdum autem illam supra naturæ largitur operatione, miserabiles istæ feminae superstitiosas, atque prophanas verbis, & stultis suis ceremonijs ascribunt: nullam naturalem aut supernaturalem ad sanitatem inducendam causam habentibus. Rectissimè ergo alma mater ecclesia spiritu sancto ducta omnes fascinatorum curatrices, vt prohibent aut potius insipientium deceptrices districte prohibuit. Vnde in hoc ecclesiastici Prælati, & domini temporales sollicitè aduertere debent, vt has hæreticæ prauitatis feces eliminent, nulla namque principibus clarior virtus est, quam de fide catholica rectè sentire, cunctosque errores in fidem militantes, tam in verbo quam in opere deuitare. Sic scribit Papa Ioannes in epistola, quam Iustiniano Imperatori direxit, & habetur. C. de summa trinit. in l. inter claras. Vnde inextimabile est quantum gloriosi principes apud Deū mereantur, qui fidei catholicæ statum, & honorem sincerè, atque efficaciter zelant. Pro his enim Deus conseruabit thronum regni sui, & non deficiet de posteris eius, qui succedat in regia celsitudine. Sic patet in psalmo centesimo trigesimo primo. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos, & filij eorum vsque in seculum seculi sedebunt super sedem tuam. Nos autem quamquam iuxta veritatem, nostræ fidei catholicæ nimis consentaneam, aliquid fascinari interdum asseramus, illud tamen curandum vetularum maledicarum ceremonijs, aut verbis non tribuimus, sed hæc potius abhorremus: illud autem medicorum opere, vt cæteras ægritudines curare conantes, aut illud diuturnitati temporis sanandum relinquentes. Quædam namque ipsa per se natura nullo appposito curat, nullam autem ceremoniam superstitiosam in hoc obseruamus. Quamquam autem prædicta solida veritate fasciantur fidei, catholicæ in nullo repugnando, satis tamen nobis molestum est publicè confiteri aliquam posse fieri fascinationem. Hoc autem non ideo, quod veritas latere debeat, desiderat enim veritas in publicum collocari: sed quia simplices impotentes distinguere a falsis uera, cum audirent fascinationem possibilem, arbitrarentur aliquid, quod inconueniens foret, & ad superstitiones varias, & magni incommodi verterentur errores: coram simplicibus

pluribus quasdam veritates melius est silentio tegi, quam publicè enunciari. In hoc de fascinatione sermo, & si succintus consumatus sit.

Sola visione nulla fieri potest realis immutatio. Cap. XXX.

**A**D eam autem, quæ supra inchoata sunt reuertentes, dicendum est sola visione nullam fieri posse realem immutationem, sed si inter verum vnum animal, alterum vidēdo nocet, aut proficit, hoc non est, quia aliquod animal videt aut videtur, sed quia in vidēdo aliqua animalia spiritus per oculos emittunt, qui interdum nocēt, fortassis autem interdum et prodesse possent. Hos autem æneus ille serpens, quem Moyses in deserto fabricauit, ex oculis suis emittere nō poterat: quia calidus & humidus non erat, vt iuxta eius conditionē spiritus, qui naturæ calidæ & humidæ sunt, inde gigni possent, sed est contrario frigidus, & siccus erat. Apparet ergo metallinum illum serpētem astrologica obseruatione non fuisse fabricatum, nec sanitatem, quæ in videntibus eum causabatur ex eo causari, sed magis diuino nutu. Præter hæc autē, si serpens iste obseruatione astrologica causatus foret, & sanatiuam hæret virtutem, necesse erat hanc virtutem naturaliter causatam esse: virtutum autem naturalium conditio hæc est, vt in successione operentur, sicut in instantem nulla virtus, aut agens naturale operari valet. Sic ergo qui aspectu serpentis metallini sanabantur, nō sanarentur mox vt eum intuebantur, sed post aliquot dies, quod falsum est: nam mox vt in æneum serpētem oculos defigebant, percussi sanabantur, non inerat ergo aliqua naturalis virtus serpenti illi, qua aspicientes sanarentur, sed magis Dei nutu hoc fiebat, & consequenter nec astrologica obseruatione aliquam virtutem metallinum ille contraxerat serpens. Item si æneus serpens aliqua naturali virtute causata per astrologicas obseruationes, aspicientes se sanaret, emissis. Et radijs, nō posset causari ista sanitas, nisi in parua distantia. Sicut in superioribus de fascinatione ostendimus. Quod nullū animal possit alterum fascinare, nisi in parua interiecta distantia: nam quantumcunq; animal fascinans pestiferum sit, non poterunt radij emissi ab oculis eius peruenire in longinquum, & si inuenerint iam eius deficit causalitas, ita vt nocere nequeant ei, quod fascinandum non est: oportebat ergo hoc dari, vt qui a moribus serpentum sanandierant, serpenti metallino appropinquarent valde, sed hoc falsum est, nam vbicunq; existebant videntes sanabantur percussi. Hæc autem fuit causa, quare iussit Deus Moysi, vt in altum tollerent serpētem illum æneum, vt omnes videre possent, & sic sanarentur, vt hñ Num. 21. c. & Ioan. 3. Si tamen non sanabantur hoies videntes vbicunq; existentes, sed solū a propinquo, non erat conueniens poni serpētem in altum, sed in paruaeant, vel quod esset in tabernaculo Moysi, aut in tabernaculo sederis, & omnes percussi illuc conuenirent. Item serpentes illi erant grauissimi, ita vt morfu eorum homines velociter morentur, quasi exusti ab igne, quod patet Num. 21. c. cum dicitur, quod erant serpentes igniti: sed si non potuissent sanari ad visum huius serpentis metallini, nisi vidissent a propinquo, necesse erat, vt ille, qui erat in fine castrorum, & ibi percussus foret, & potissimè, si percussus foret extra castra, veniret ad locum, in quo serpens ille erat, vt eum a propinquo videret: vnde plurimos contigit mori, dum hæc agebantur, quo dato serpens inutilis fuisset. Apparet ergo hæc sanatiuam virtutem non ex naturali operatione, & astrologica obseruatione inductam fuisse, sed ex diuina operatione. Item virtutes, quæ naturaliter operantur, in omnibus hominibus æqualiter operantur, nulla data distinctione apud bo-

Alph. Post. Parad.

**A**n, an pessimi, an deuoti, vel in deuoti sint. Si ergo serpens iste metallinus astrologica operatione fabricatus fuisset, virtutem quoq; naturalem contraxisset, nihil magis sanitatem causasset in eos, qui boni erant, quàm in eos, qui mali, nec abundantius in eos, qui ceremonias a Deo iussas obseruabant, quàm in omnium contemptores. Quod infertur, vt quantumcunq; aliqui Iudæi percussi apud serpētem illum metallinum essent, qualitercunq; existerent sanantur. Vnde si aliqui apud serpētem æneum fuisset, & eū non intuebantur identidem, vt cæteri sanabant, sed saltem est, quoniam ad sanari requisitum erat intueri, vt patet Num. 21. c. cum dicitur, quod respicientes in eum consequentur sanitatem. Si igitur non respiciebant, nequaquam sanabant: si tamen serpens metallinus virtutē sanatiuam naturaliter habuisset, nō magis fuisset aspicere quam non aspicere, quia vtroque modo sanare potuisset.

Obiectio quod serpens a Moysē constructus sanatiuam non diuinitus, sed naturaliter inducatur. Cap. XXXI.

**A**D HVC autem aliquis conabitur inducere serpētem hunc astrologica fabricatum operatione fuisse, atq; naturalem ex hoc contraxisse virtutem ad sanandum. Nam si natura astrologica obseruatione dierum, & punctorum aliquid perfectius quam serpētem hunc æneum producere valet, poterit quoq; hunc producere: natura namq; aut quodcunq; agens potens in excellentius, poterit consequenter in quodlibet minus illo. Natura tamen aliquid excellentius genero serpente curationes a moribus serpentum inducente causare potest: ideo hunc quoque serpētem causare poterit. Hoc autem inducitur, quoniam causare aliquam substantiam rationalem maius valde est, quàm causare quamcunq; virtutem, de conditione corporis, sanare autem vulnera virtus materialis est, sicut apparet in omnibus medicinis, tam simplicibus quam compositis: ergo natura potest astrologica obseruatione causare aliquam rationalem virtutem in aliqua figura ferrea, aut qualitercunq; metallina, hoc autem est perfectior forma, quæ sit in tota natura, leuius ergo in aliqua metallina figura naturaliter causabitur virtus vulnerum sanatiua. Quod autem naturaliter astrologica operatione in materia metallina rationalis virtus causari possit, apparet ex capitibus metallinis, quæ ab antiquis astronomis fabricata sunt, quæ ad omnem quæsitum confestim respondebant. Si enim quoddam caput metallinum Albertus Magnus Theutonius fabricasse astrologice dicitur, qui S. Tho. magno tempore magister extitit. Respondebat autem hoc astrologicum caput oibus, quæ inquirebantur in quocunq; genere materia, quæreret. Hoc autem S. Tho. fregit, dum in cameram Alberti Magni introiret ad huc discipulus eius existēs. Alterum autem huiusmodi astrologicum caput in quodam loco testatorij Nymantini. Ciuitatis Zamore fuit in loco, qui Tauara dicitur, quod ad hoc specialiter positum erat: vt Iudæos cum in eodem loco essent proderet: vnde si aliquando Iudæorum ibi aliquis erat, quamquam a nemine agnitus foret, ipsum per se caput clamabat dicens Iudæum in loco illo esse, & sepius hoc frequentabat nunquam ab hoc deficiens clamore quouq; Iudæus nequederet de loco. Hoc autē opidanorum imperitia contractum est, ipso veritatem clamante, cum ipsi falsum dicere existimarent. Quod autem talia capita astrologice fieri possint, dubitari nequit, quod autem in his rationalis virtus sit, identidem patet: nam ad omnem quæsitum respondere virtutis rationalis actus est, & non cuius licet, sed altissimi rationis atq; multa speculantis.

Quod Albertus Magnus caput quoddam constructum ex metallo ad omnia quæ quæbatur respondens.

H 2 Respon.

Responso ad obiectionem supra factam, & quadam de capite ab Alberto Magno constructo. Cap. XXXII.

Superioribus autem responderi debet, secundum naturam impossibile fore ex materia metallina aliquam fieri imaginem, quae vulnere curatiua sit, atque a serpentum moribus mortiferis liberare possit percussos, de quo multa fundamentales, atque in radice causae datae sunt, plurimae quoque dari possent. Sed adhuc concessio hoc tamquam induci possibile per aliquam naturalem operationem, impossibile prorsus erat qualicumque excogitata naturali operatione causari aliquam rationalem virtutem in aliquo capite ferreo, aut aliis metallino, quae ad inquisita respondere possent. Respondendum ergo est, cum de fabricato capite ferreo ab Alberto Magno Theutonico de ordine Praedicatorum, & de eo, quod in loco, qui Tauara vel in territorio Numantino fuisse dicitur obijcitur, quod haec fabricata fuerunt, & ad inquisita respondebant: multa quoque similiter nunc capita fieri possent. Dicendum tamen, quod illa virtus naturalis, quae in capite illo erat ad inquisita respondens, non erat in eo per aliquam naturalem operationem quantumcunque, intercedente astrologica observatione, sed magica operatione demone adiutore. Nec tamen quicquam arbitrari vellet daemones fautores scelerum & adiuuantes, quod in operibus magicis, in aliqua materia metallina rationalem virtutem causare queant. Hoc enim omnem naturalem facultatem etiam secundum Aristotelem inquit, ceteras formas educi de potentia materiae, animam autem rationalem solum esse supra conditionem materiae, & diuinam & solum educi ab extra, ut patet in libro de animalibus. Cum ergo omnis demonum operatio naturalis sit duntaxat in applicatione agentium, & passiuorum, ut latissime declarauimus Exodi. 7. cap. virtus tamen rationalis secundum Aristotelem est super conditionem materiae ergo excedit omnem naturalem actionem.

Quaedam attentionia ad superiora. Cap. XXXIII.

Amplius autem non solum demonum facultatem excedit, in aliquo capite metallino virtutem rationalem causare, sed etiam est simpliciter impossibile talia effici, quia ad nullam potestatem pertinet rationalem virtutem in materia metallina causare tanquam conditionem, vel proprietatem illius imaginis, vel capitis metallini. Si enim aliqua virtus rationalis, necesse est illam, aut demonem, aut angelum bonum, aut Deum, aut rationalem animam fore. Nequaquam autem dici potest, hunc esse Deum, qui in capite illo metallino loquatur ad inquisita respondens. Deus namque non puniret ad nutum malorum hominum ad inducenda grauissima errorum dispendia in tali capite respondendo. Item impossibile est Deum esse eum, qui in illo metallino capite loqueretur: nam Deum loqui impossibile est, sicut late praedictum est superius in secundo figurato Paradoxo in particula; Qui non audiebat. Idem tamen autem, nec angelus de bonis esse poterat, bonus siquidem angelus nullis naturalibus, aut magicis operationibus cogi potest, ut in loco aliquo teneatur: sic tamen eueniret, si in capite metallino bonus angelus ad loquendum teneretur. Amplius autem nec anima humana esse potest, quae in capite illo responsa reddit: nam tunc aut anima illa nouiter a Deo creata foret, ad hoc duntaxat, ut in capite illo metallino existeret, aut esset de animabus primis creatis, siquae alicuius hominis anima fuerit. Dici enim nequaquam potest, quod Deus animam illam ad hoc praecise creauerit, ut in illo capite foret. Deus namque

ad expletionem stultorum, & sceleratorum desideriorum humanas animas non creat: magna namque errorum sequuntur dispendia ex positione animarum in capitibus metallinis. Item anima humana cum sit forma, & pars speciei, determinat sibi certam figuram corporis, & quantitatem, & armoniam qualitatum, unde anima humana stare nequit in quolibet corpore, sed in solo humano corpore. in capitibus autem metallinis harum dispositionum nulla subsistit: ibi ergo nulla anima rationalis subsistit.

Simplicia inter se minus differre non possunt quam in specie. Cap. XXXIII.

Inquirentibus autem nobis hoc magis in radice dicendum est, quod simplicia inter se minus differre nequeunt, quam in specie: nam simplicia aut formae sunt, aut simplices essentiae, ut proprius dicitur. Haec autem large formae appellantur. Cum autem harum formarum vel essentiarum aliquam ab altera differre potest: non differit nisi per se ipsam, cum nihil habeat, nisi se ipsam, sed ipsa est essentia, siue forma: necesse est ergo hanc differentiam esse per formam, siue per essentiam, quae vocatur differentia essentialis. Differentia autem quae per essentiam sit non potest esse minor differentia specifica, cum in essentiis species sint vltimae, genera autem superiora sunt. Ob hoc autem qui libet angelus ab altero ad minus secundum speciem differat, vel essentialiter, quia eis nihil est nisi species, vel essentia, in quo recipiatur diuina, unde cõfiteri necesse est, tot angelorum, & demonum species fore quot demones, & angeli sunt. Cum ergo animae humanae simplices sint, non habentes in se ipsis nisi se ipsas, necesse esset, ut quaelibet anima ab alia in specie saltem differret: nisi esset aliquid, ad quod coniunctionem habet, ex quo fortitur diuina ad alias animas. Si autem animae humanae, quae formae sunt in specie differret, necesse esset, ut omnes homines in specie quoque, differret: ita quod nulli duo homines in ea specie essent: sed tot naturae & species essent, quot homines, & sicut homo & asinus differunt, quia duae species sunt, ita & quilibet homo ab alio homine differret, hoc tamem falsum liquet. Ob hoc ergo dicendum est, inter animas humanas, non esse speciem differentiam, erat tamen necesse hanc singulis animabus adinuicem inesse differentiam, cum quaelibet anima simplex sit, nihil in se habens secundum quod differentiam ab altero suscipiat, nisi se ipsam, quae est differentia in specie, nisi anima ad aliquid haberet adhaerentiam secundum quod recipit diuina ab altera anima, hoc autem est corpus. Recipit namque quaelibet humana anima, quod sit vna numero, & distincta individualiter solum ab altera anima, & non secundum speciem, quia in hoc corpore creatur recipiens esse, alia autem recipit, quod sit altera numero, quia in altero corpore creatur. Si autem corpora animabus differendi adinuicem non praesentarent originem, differrent animae ab inuicem in specie sicut anima hominis & asini. Oportet ergo, quod sicut quaelibet res recipit distinctam esse numero, vel specie ab aliqua alia re in eo instanti, quo esse suscipit, quod etiam anima humana recipiat distinctam esse numero a quolibet altera per corpus, quod in ipso corpore esse simpliciter suscipiat.

Impossibile est aliquam animam extra corpus humanum creari, ut creditur Plato. Cap. XXXV.

Inducitur autem ex praedictis, quamlibet animam humanam in corpore creari: nec est possibile aliquam animam humanam extra corpus humanum creari. Sicut plerique simplicium arbitrati sunt: dicentes quamlibet animam in caelo a Deo creatam fore, deinde in corpus aliquo tempore infundi.

Quod

Quod aliquantulum Plato ex parte sequutus est dicens animas esse in astris, deinde temporibus quibusdam descendere in corpora hominum, & calodemum, atque cacodemum, scilicet bonorum, & malorum angelorum, deinde mortuis his hominibus redibant in astra. Sic patet per Boetium de Consolatione libro 3. metro nono, cum dicitur:

Tu causis animas paribus, vitasque minores Prouehis, & leuibus curribus aptans: In terramque eplum feris, quas lege benigna, Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

Hoc tangit Aug. de Ciuitate Dei lib. decimonono. Ex dictis tollitur insana quorundam positio dicens: omnium hominum animas simul a Deo creatas fuisse in caelo, deinde temporibus suis in corpora fundi. Impossibile siquidem est omnium animas ab exordio saeculorum simul fuisse creatas. Idem tamen impossibile prorsus est, aliquam animam creari extra corpus suum, aut antequam corpus suum organizatum sit: sed quaelibet in corpore suo creatur, cum eius completa organizatio est. Satis tamen possibile esset, omnes humanas animas ab exordio simul creatas fuisse: si inuicem in specie differrent: tunc non erat eis opus, ut in corporibus esse reciperent: cum per ipsa corpora mutuo non differrent: sed secundum se ipsas sicut omnes angeli simul creati sunt, atque pariter esse suscipiunt: quia inter se in specie differrent. Anima autem humana suscipit esse, & differre secundum corpus: necesse est ergo, ut in corpore creetur, & esse suscipiat. Impossibile ergo erat aliquam animam in capite metallino qualitercunque creari: oportet ergo hanc animam in aliquo corpore humano creatam fuisse, atque stetit se, deinde autem inde exiens in metallinum caput in transmigratione continua labi.

Quod anima, quae loquebantur in illis capitibus ereis, non fuerint in aliquo corpore humano antequam in ipsa introirent, ut Pythagoras autumauit. Cap. XXXVI.

Sed quae dicta sunt stare nequeunt. Si anima stans in capite metallino, in aliquo humano corpore praesens fuisset, necesse fuisset, ut per mortem corporis anima inde migrans in caput metallinum transiisset. Quo dato oporteret, ut anima humano extra corpore, aut paradisi gaudia, aut aeterna incendia gehennae, aut purgatorias penas peteret. Si autem anima ista caelum petiisset, in metallinum caput nullatenus aduenisset. Est namque beatarum animarum fructio in diuina contemplatione. Haec autem anima auferri nequit, nec anima inde subtrahi quouis modo, nec demonum solertia, nec potestate, aut alicuius naturalis agentis vigore: nihil iam in eam facultatis quidquam praeter Deum habet. Idem autem anima haec esse nequit de eis, quae purgatoria clementia exercentur. Haec enim a demonibus non puniuntur, nec in eas quidquam possunt: iam enim istae eius sunt Ciuitatis Dei, angelorum comparticipes, quamquam ad illud degustandum nondum peruenierint. Ideo nec ipsi demones possunt videre eas torqueri altantes illis, ne in eis gaudeant, atque velut victores saturentur. Sic declarat S. Tho. super 4. Sent. Distin. 20. nulla ergo earum animarum, quae penis purgatoris mancipatae sunt, in capite illo metallino includi valet. Nec hanc, quae in capite alligata est, de his quae gehennali carceri mancipantur, aliter cuiquam licet. Hoc enim in inferno sunt, qui locus est determinatus in terra, in quo omnes damnatorum animae affliguntur: Aph. Tost. Parad.

neccuique inde exeundi locus datur, nisi cum diuina dispensatione aliqua uiuentibus conspiciendum datur eorum utilitati procuranda, qui superstites sunt. De hoc Greg. in 4. Dialo. Demoni ergo facultati nequaquam subest quamuis de animabus gehennali incendio mancipatis educere metallino capiti alligandam.

Quod illae animae loquentes in illis capitibus non potuerint esse ex illis, quae in inferno sunt. Cap. XXXVII.

Amplius autem si haec, quae in capite metallino est, de animabus infernali mancipatis sed foret, impossibile videretur, ut quae intelligit sciret, & ad inquisita singula responderet. In his namque capitibus talia consulentibus responsa datur, quae omnem damnatarum animarum facultatem excedunt. Licet ergo huius animae de mancipatis gehennalibus penis non esse. Huius inductionis maior patet: quia anima corpore soluta plura quam in corpore intelligebant intelligere nequeunt, nisi aliqua in eis per reuelationem alicuius superioris substantiae intelligentis illustratio fiat. Damnatorum tamen animae nullam in diuina essentia cognitionem recipiunt, quae vocatur cognitio in verbo, cum hoc sit potissima felicitatis portio, & quasi tota felicitas. Ab angelo quoque nullius rei cognitionem suscipiunt: non vult enim diuina iustitia exigentia, ut in aliquo saltem sententur aliquid tale cognoscere. Atque ergo, quod corpore soluta infernali mancipatur loco, nihil magis posterius cognoscere valent, quam hinc recedentes cognoscebant, atque dum in corpore permanerent. Hi tamen rationales spiritus, qui in metallinis capitibus sunt: ad quaedam respondunt, quibus omnes homines conuenientes in vnum respondere nescirent: atque igitur damnatae nequaquam sunt. Item nihil prodesse vident temporum, & punctorum, & aspectuum, atque ceterorum astrologice distinctorum observationes ad inclusionem animae in capite metallino, si anima illa cuiuscumque conditionis foret: virtus namque, quae ad has caeremoniales observationes praesens potest naturalis est, deriuata ex influxu caelestium corporum. Nulla tamen naturae potestas aliquatenus anima a corpore soluta praesens, cum illa spiritus simplex sit nullam habens corporeitatem, per cuius coniunctionem in ea caelestia corpora dominantur. Haec ergo observationes ad introducenda, aut alligandam animam metallino capiti nequaquam profunt. Ex praedictis ergo in ductum liquet, quod cum rationalis substantia ad praesens in capite illo metallino respondens, Deus, aut angelus lucis, vel anima rationalis esse nequeat, demonem esse, qui loquitur, patet. Ipse autem nullis humanis operationibus in metallinum illud caput, aut aliquod alterum includi potest: est quippe demonum potestas quacumque humana potestate superior: nequit ergo demon ullatenus ab homine ad quidpiam inuitus trahi. Item istae operationes, atque observationes in huiusmodi capitibus fabricandis naturae modum consequuntur: demonibus autem minime natura praesens. Natura quidem solis corporibus, aut corporeis rebus, aut virtutibus corporum praesidet: demones autem nec corpora, nec corporum virtutes sunt: natura ergo super eos nihil potest. Vtrum autem demones ad corpora congregari, aut a corporibus expelli aliquibus herbarum, aut rerum suffumigationibus, quae satis naturalis questio est, in praesenti decurtandi ityli gratia omittendam duxi. Illatum ergo est homines nequaquam demonibus praesidere: quoniam excellentioris naturae ipsi sunt: demones autem hominibus praesunt. Quod si de exorzistis obieceris, qui coniurationibus quibusdam de obsessis corporibus demones excludunt. Respondendum est demones inuitos de obsessorum corporibus expelli: hoc tamen hominum nulla

H 3 virtute

Caput ab Alberto constructum erat magicam artem.

Extra corpus primum anima nulla creatur.

Nisi esset aliquid in pediens animae humanae specie differentes cum simplicibus sunt.

Homines tallinum illud caput, aut aliquod alterum includi potest demonibus non possunt



virtute fit, nec verborum viribus, sed Dei nutu atque...

Quadam penes superiora. Cap. XXXVIII.

IN hoc autem cuncta explorum plena sunt: mul- ti siquidem virtuti boni sola preceptionis forma...

Virtus quam Christi omnibus re- dētibz re- liquit.

tiofis artibz dediti hec metallina capita fabricat, quan- quam ceremonie, quas in fabricando observant, nihil...

De causa huius serpentis metallini. Cap. XXXIX.

CIRCA fabricationem huius metallini serpen- tis, de quo loquimur, dicendum est, causam extitisse, quoniam Iudei digne in peccatorum suorum pe-

Vt ergo omnibus percussis a serpentibus liberum foret...

Obiectio & quedam penes superiora. Cap. XL.

CONTRA ea, quae dicta sunt quisquam instaret, dicens, quod cum percussis a serpentibus aeneum...

Ad quod veritate erat Messias.

Alph. Toft. Parad.

atrinam fide, & opere affluentes, omnium suorum peccaminum integram absolutamque indulgentiam...

Christus quare serpens vocetur. Cap. XLI.

IN huius quarti metaphorici Paradoxii exordio serpens non dicitur iste, quem Moyses fabricavit: sed Christus qui serpens ex assignatis supra causis dicitur...

Pars secunda metaphorae. 4. scilicet Serpens, qui iacuit. Cap. XLII.

PRAEFATAE huius quartae metaphorae particula secunda est: Qui iacuit. quod serpens iste iacuit. Et quia Christus erat serpens iste, ut in praecedentibus patuit...

Iacere quod sit.

pis manebat extra urbem Ierosolymā, scilicet, in monte oliuarum, sic patet Luc. 2. c. cum dicitur: Erat autem diebus docens in templo, noctibus autem exiens morabatur in monte, qui vocatur oliueti, & omnis populus ad eum in templo audire illum. Quidam autem deuote de Christo recogitantes dicunt, quod discipulis domini Iesu iacribus in terra per noctem cum eo in monte, & dormientibus, ut poterant, ipse veniens ad singulos eorum aptabat eis suas, ut conuenientius tenerentur, & quia præ inopia vestium, frigus patiebatur nocturnum, ipse eorum pedes, & membra ceterasque corporis nudas partes afflans anhelitu suo calefaciebat: quo pacto eos pace summa compositos dormire faciebat, nullam celi intemperiem patientes, tamquam conuenientibus dormirent stramentis. Quod autem Christus hæc ad discipulos egerit a nullo loco firmitudinis accipitur: ideo eadem facilitate contemnitur, qua credi potest. Vtunque tamen se rei status habuerit, eis qui cælestibus aliquid gustauerint cõtempla talia dulcedo magna est. Quod autem Christus nunquam iacuerit ad dormiendum, falsum est: nam quanquam foras ista quis de Christo affirmare audeat, cum Christus esset aliquantæ ætatis, ut per se moueretur, nequit tamen de eo verisimiliter dici, cum ternerimæ ætatis foret, & a matre sua nutrire. Tunc ipsa eum ut ei collibitum erat in lecto aut ubi voluisset coaptabat, nec esset verisimile aliter eum fuisse enutritum in sua infantili ætate, quam ut ceteri infantes enutriti solent. Sic enim patet in natiuitate benedicti domini Iesu: nam tunc eum deuota genitrix eius pauperibus aduolutum pannis, quos in diuersorio habere contigerat, in præsepio super fenum inter bouem & asinum collocavit. Sic habetur Luc. 2. c. Factum est autem cum esset ibi, impleti sunt dies, ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio, & in eodem citem pastoribus angeli dixerunt: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Sic quoque in quodam quadagesimali hymno habetur, scilicet,

Quod Christus dormierit, & corpus extensus iacuerit sicut ceteri homines.

*Vagit infans inter arcta*  
 Postus præsepia. Nec dumtaxat de Christo tenero infantilis ætatis patet, quod accubuerit, sed de eo quoque cum esset integræ ætatis vir, liquet, quod iacuerit atque dormierit. Cum semel Christus relinquens turbas introiit in nauiculam cum discipulis suis, & ecce ventus motus est magnus in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat, & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Domine salua nos, perimus: ut habetur Matthæi. 8. c. patet ergo eum dormiuisse, sed qui dormit, iacet: aliis enim gratus somnus non est. Quod autem in somno isto extensus iacuerit patet, quoniam caput suum super cervicali acinauerat, ut patet Marci. 4. c. Et facta est magna procella, venti, & fluctus introibant in nauem, ita ut impleretur nauis, & erat ipse in puppe dormiens super cervicali, & excitarunt eum atque dixerunt: Magister non ad te pertinet, quod perimus. Amplius autem identidem patet, quoniam Christus assumpsit omnes passionem humanas, & defectus, quæ peccatum non sunt, nec plenitudinem gratiæ, & naturæ integritatem tollunt. Somnus autem est passio consequens conditionem humanæ naturæ: eum ergo somnum suscipere necesse erat. Quod autem somnus sit passio, consequens humanam naturam etiam statu naturæ constanter, in prelibatis declaratum extitit in tertia metaphora, super particulam: Qui patiebatur. Cum ergo somnolentia Christo, ut ceteris hominibus eueniret, necesse erat eum interdum dormire: non enim videbatur hoc euitabile, nisi in carne sua miraculum operatus foret, quod nulla ratione concedendum est. Hoc, n.

F dato dicendum quoque erit, quod etiam si Christus cibo secundum naturam indigebat, tamen miraculose sustentatus cibo, nunquam refocillabatur. De Christo ergo, ut de ceteris hominibus euidenter liquet, quod dormierit, & iacuerit.

Quædam attententia ad hanc secundam partem quartæ metaphore. Cap. XLIII.

QUANQUAM autem hoc modo Christus iacuisse dici potest, atque ista particula verificari possit, scilicet, quod serpentes iste iacuerit, non est tamen modus iste iacendi, quem metaphorica ista locutio tenet. Alius autem est, quem proprius iacere appellamus: nam iacere est cum in longum res extenta sibi ipsi non innititur, sed ei super quod iacet adheret: tunc enim quod iacet nullis ad iacendum sicut ad standum, aut sedendum viribus indiget. Cum ergo quidquam longitudine tota extensum est alterius innixum, nullasque ad se tenendum vires habens, iacere propriissime asseret. Hoc autem cadaveribus conuenit, viuentia enim dum sunt, ad se mouendum vires habent, aut standum, vel ad quodcumque positionis genus, cadauera autem in se ad nihil horum habent valentiam, nisi ut iaceant, ipsa ergo proprie iacent. De Christi corpore benedictio conuenienter asseritur: nam ipsum aliquanto tempore mortuum extitit, & tunc iacuit. Hoc tamen toto tempore iacuit quo exanimatum extitit, ipse namque quadraginta horis in morte mansit, triginta septem dumtaxat corpus eius iacuit, aut paulo plus minusve. Hoc autem manifestatur: nam dominus Iesus die Parasceues hora nona mortuus est iuxta testimonium omnium euangelistarum, ex eo autem tempore usque ad noctem tres horas erat. Mortuus namque fuit redemptor noster apud æquinoctium vernale: in æquinoctio iuxta nomen suum noctibus æquantur dies, & in eorum quolibet horæ duodecim sunt. Hoc autem apparet quia Christus in festo Pasche Iudæorum passus est. In festo azymorum, quod ex eo colligitur quia in quinta feria eorum die precedenti passionem suam cenauit agnum cum discipulis suis, cumque ad mensam sederet, ait: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar, ut habetur Luc. 2. c. Et in eodem, c. discipuli inquirentes a redemptore nostro inquirunt: Vbi vis, ut paremus tibi comedere Pascha? Et iterum: Apud te facio Pascha cum discipulis meis. & Mat. 26. c. dicitur: Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur. Sequenti autem die, in Parasceue mortuus est: necesse est ergo, ut tunc Pascha esset, quod colligitur Io. 18. c. cum dicitur de Iudæis qui tulerunt Iesum in domo Pilati die, qua mortuus est: & subditur, quod non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur: sed manducarent Pascha. Pascha, n. azymorum Iudæorum apud æquinoctium vernale est, quod ad medium Martij fit. Iudæi autem mensam suam primum inchoant primo die lunationis, qui æquinoctio vernali propinquior fuerit, siue lunatio illa æquinoctium succedat, siue antecesserit de quibus latius diximus Exodi. 12. c. die autem 14. mensis huius primi sui, s. Martij Pascha celebrant azymorum, ut habetur Exodi. 12. c. tempus ergo necesse est, ut Pascha azymorum æquinoctio vernali propinquum sit, siue ante æquinoctium siue paulo post. Hoc modo necesse est die, qua Christus mortuus est, 1. 2. horarum aut paulo plus minusve fuisse: unde ab hora nona, qua redemptor noster mortuus est, usque ad noctem tres supererant horæ. In sequenti nocte erant duodecim aut quasi, & simul sumptæ, 15. horæ erant: in die autem sabbathi succedenti, 12. horæ erant, quæ omnes fiebant 27. in nocte autem sequenti diei duodecim quoque horæ erant, & sic erant 39.

Iacere quod proprie dicitur.

Christus æquinoctio vernali mortuus fuit.

His additur vna hora diei Dominicæ Resurrectionis, eam quippe elapsam fuisse, aut eius magnam portionem serunt cum Dominus resurrexit. Hoc igitur modo quadraginta horis Christus mortuus est: his tamen quadraginta horis non semper iacuit, sed dumtaxat triginta, & septem, aut quasi. Quod apparet Christus namque hora nona mortuus est iuxta testimonium omnium Euangelistarum. Mansit autem corpus benedicti Iesu in Cruce pendens usque ad solis occubitum. Tunc enim de Cruce depositum in terra iacuit: quoniam eius benedicta Genetrix aliisque deuotæ foeminae, quæ cum ea erant, eum tunc honeste, & pijs lachrymis viscerosis affectibus deplanxerunt, Ioseph autem ab Arimathia ciuitate nobilis decurio, Nicodemus quoque, qui ad Iesum nocte venerat, & Ioannes cognatus Iesu, eius funeris obsequia impenderunt, corpus eius in sepulchro, tumulantes Ioseph. Tunc enim iacere cepit, quoniam tota sua magnitudine super linteamina in paupimento extensum erat: mansit autem sic usque quo resurrexit. Toto ergo tempore mortis sue corpus Domini Iesu iacuit, demptis tribus horis, quibus in Cruce pependit iam mortuum, de quadraginta, totum mortus eius benedictæ tempus mensurantibus supererunt triginta septem horis, quibus iacuit corpus Domini Iesu.

Quod Christus per quodam dragita horis iacuerit mortuus.

Quædam de triduo mortis Christi. Cap. XLIII.

HOC autem tempore toto quadraginta horarum, quibus Christus mortuus est, corpus & anima eius seiuncta fuerunt: anima namque in sinu Abraham hoc tempore mansit cum sanctis patribus, quos inde Redemptor noster educturus erat. Corpus autem illius tumulatum erat, sed his duobus seiunctis ab invicem: animal mortuum esse, necesse est, & consequenter his quadraginta horis Christus homo non fuit. Homo siquidem dumtaxat est, qui corpore & anima rationali consistens est, quod in Christo non erat dum mortuus extitit: tunc ergo homo non erat. Manifestam enim includit contradictionem quemquam mortuum esse, & tamen hominem fore: omnes namque homines per mortem esse perdunt: Christum tamen tota catholicorum, & sacrarum continentia scripturarum astruunt verè fuisse mortuum tunc, ergo homo non erat; alioquin Christus per mortem nihil perdidit, quod manifestum ingentem contradictionem. Quamquam Magister Sentent. 3. lib. distinctione 22. tenet Christum fuisse hominem toto triduo mortis sue, & verum, atque perfectum, sed nullos sibi in hac re concordantes habet: omnes namque theologici doctores eum improbant in hac parte. Fundamentum ad inducendum Christum in triduo mortis sue hominem permansisse hoc est, hominem dicitur indiuiduum, vel personam corpus, & animam rationalem habentem: Christus tam in tridua morte sua corpus, & animam habuit, ut cum viueret habuisse dignoscitur, hominem ergo eum esse constat. Prima tamen euidenter cognita, sequenda huius inductionis particula patet: Christus enim non est persona, aut suppositum, vel hypostasis humana, sed diuina. Nam verbum Diuinum in Christo persona erat, & non natura humana assumpta, aut homo assumptus si dicere velis, filius ergo Dei. Verbum verè Christus vocabatur, & erat. Hic autem Christus corpus & animam in tridua morte sua habuit: ista namque diuina persona: animam illam sibi vniuit cum nouiter creata fuit. Corpus quoque identidem cum nouiter organizatum fuit, quod autem verbum diuinum semel assumptum nunquam reliquit iuxta auctoritatē Ioan. Damasceni, & totius catholicæ confessionis. Illo ergo tempore

tridua morte Christi persona diuina animam, & corpus, quæ assumptæ vnita tenebat. Hoc modo catholicorum posuio consistet, quod verbum diuinum corpus Christi mortuum sibi vnitam haberet in sepulchro, & quod cum anima ad inferos vnitam quoque descenderit, aut ut proprius quodam loquamur modo, quod in inferno verbum diuinum animam Christi à corpore seiunctam sibi vnitam habuerit. Nam anima ad inferos descendit, verbum autem diuinum ad nullum ascendit, aut descendit locum, quoniam cœlum, & terram implet iuxta testimonium Ieremiæ capitulo vigesimo tertio.

Quod Opin. Magistri Sent. s. quod Christus fuerit homo in morte non sit conueniens. Cap. XLV.

HVIC autem fundamento, quo Christum in tridua morte sua hominem fuisse conuincitur, obijci potest, quod ut quisquam homo sit, non exigitur dumtaxat, ut corpus & anima habeat, sed etiam ut ea vnita habeat: Christus autem quamquam hæc tenuerit, ea inter se vnita non habuit, homo ergo, non erat. Aliquis autem huic fortassis respondebit, non solum in Christo animam & corpus fuisse in triduo mortis sue, sed quod ea quoque vnita sibi habuerit: verbum namque diuinum, quod erat persona corpore sibi vnierat, sibi quoque animam identidem alligauerat: ipsa autem semel facta vnio nunquam relicta est. Nam assumptum à Christo nunquam relicta est, iuxta sepe dictam Damasceni auctoritatem: ergo in morte quoque Christus animam, & corpus vnita tenuit. Huic respondendum est, quod ut Christus homo esset, duæ vniones corporis & animæ exigebantur, vna earum dumtaxat Christum hominem nequibat. Prima vnionum harum est, quod persona diuina sibi animam vnuit in corpore Virginis: ipsa quoque corpus vnuit identidem, sed hæc vnio, ut ipse homo efficiatur non sufficit: nam hac vnione non erat anima corpori vnita, nec corpus animæ, sed corpus diuinæ personæ vnitebatur, anima quoque eidem verbo diuino vnita erat. Secunda harum vnionum est, ut corpus animæ vnitum foret: ita ut ab anima vegetaretur, atque esse reciperet: hac autem vnione homo est homo, & animal. Prima autem ad hoc nihil confert: ut ergo Christum verum hominem fuisse concedamus, necesse est, ut in eo istæ duæ vniones corporis & animæ fuerint: sed tempore tridua morte sue in eo non persisterunt istæ duæ vniones, homo ergo tunc verè non erat. In hoc autem considerandum, quod toto tempore mortis Christi secunda corporis vnio, & animæ ei defuit: sed primam nunquam reliquit: nam verbum diuinum sibi corpus & animam vnierat, hanc autem vnionem in morte quoque Christus tenuit: nam corpus in sepulchro verbo diuino vnitum mansit: anima autem in infernum descendens, & manens diuinæ personæ indissolubiliter vnita manebat: nam quæ semel verbum diuinum assumptæ nunquam relinquenda erant, animam autem & corpus, s. humanam naturam Christum directè acceperat, nunquam ergo seiuncta ab eo sunt. Hæc autem vnio in Christo nihil magis fuit, cum Christus viueret, quam cum mortuus erat. Erat autem secunda corporis, & animæ vnio, qua anima in corpore existeret, & homo per hanc subsisteret. Et quoniam tempore tridua morte anima benedicti Iesu à corpore seiuncta erat, ut tota fides catholica confitetur, & astruit, sequitur eum hominem tunc non fuisse: fuerat tamen tunc integer, ac verus homo, si prima vnio ad efficiendum hominem suffecisset. Ex prædictis ergo illatum est, quod Christus in triduo quo mortuus fuit, homo non extiterit.

Quod

Quod corpus Christi in sepulchro nullo modo fuerit alteratum. F. Cap. XLVI.

Pars tertia metaph. quarti a. scilicet. Serpens, qui non iacuit. F. Cap. XLVII.

AMPLIVS autem corpus benedicti Iesu tempore, quo in cruce pendit, & deinde iacuit in sepulchro, transmutationibus aliorum corporum non subiicitur, scilicet quod non alteratum est, ut cadauera mortuorum hominum alterari solent. Corpus enim humanum, atque animalis cuiuslibet ex pluribus partibus diversarum complexionum, atque qualitatū proprietatis in se habentium compositum est. Hęc autem ex contrarietatis conditione alterutrum se corrumpent, aut ab extrinsecis agentibus alterantibus corrumpentur, nisi in eis magna quædam vis armonica consisteret, quæ totam corporis repugnantiam in alterum machinam contineret. Animanamque formam corporis humani ei esse tribuit, illudque incorruptū servat: ipsa namque quæquæ armonia non sit, ut Aristoxenus philosophus, poeta, & musicus tenuit, referēte Tullio lib. primo Tusculanarum quæstionum, & Arist. lib. primo de Anima quandam tamen continet armoniam. Cum ergo anima in corpore extiterit, totalem partium corporis diversarum complexionū corruptionem, aut ipsorum humorum fieri impossibile est: cum autem ipsa machinam corporis destituerit, necesse est, tam disparem, ac repugnantem machinam rectore destitutam corrumpi. Hęc autem fundamentalis ratio est, quare cadauera colorem, & odorem, atque qualitates alias à viventibus mutant: mox quippe ut anima vitali calore corpus destituerit, resoluuntur in principia, atque in alterutrum contrariis qualitatibus, & paulisper in totalem provenit defectionem, resoluta, & deperdita priori continenti armonia, & proportionem contrariarū qualitatū. Ob hoc autem corpora vita functa alium odorem spirant, & cum in sepulchris tecta manēt putrefactione dissoluta penitus corrumpuntur. In corpore autem benedicti Redemptoris nostri sic futurum erat in quadraginta horis, quibus in morte transiit, aliqualis in eo corruptio pro quæritate temporis fieret. Potissimè cum terra illa in qua Redemptor noster mortuus est, calidior valde nostra habitatione sit, scilicet in tertio existens climate, vel in principio quarti: nostra autem in quinto sit. In terris autem valde frigidis tardius corpora dissoluntur.

In terris septimi climatis cadauera in puteis reconduntur, ne putrescant.

Vnde in quibusdam terris excellenter frigidis in fine septimi climatis, & principio octavi versus polum arcticum cadauera, in quosdam puteos aquis carentes proiciunt, ubi magno tempore conferuāt, & constringente frigiditate incorrupta manēt, nec grauem odorem emittunt, quemadmodum cadauera, quæ in hac terra sunt, & in aliis terris sitis ad australem ventū, & magis propinquis lineæ æquinoctiali. Ex eo tamen quo Christus mortuus est, vsquequo resurrexit, in illis quadraginta horis nihil magis corruptum, aut alteratum in corpore eius fuit, quam in eo momento, quo emisit spiritum, sed prorsus tenerum, & integrum, atque boni suavisque permansit odoris: nec in interioribus suis aliquam suscepit mutationem. Sic enim dixerat David Psal. 16. cap. Non dabo sanctum tuum videre corruptionem, id est Domine, factus es, ut corpus Messie, quod sanctum est, non experiat corruptionem, sicut in sepulchro coetera corpora incinerantur. De hoc autem latius dictum est in secunda metaphora super particula. Qui videbatur. Ex prædictis inferitur quomodo serpens iste, qui Christus erat, iacuerit.

INCHOATAE huius quartæ metaphora, particula tertia est, qui non iacuit, quod ad serpentem hunc referendum est, si ipse non iacuerit. Et quoniam Christus, ut erat verus homo, iacuit, dicendum est, quod ipse, ut Deus erat, esset serpens, qui non iaceret: contraria namque prædicata Deo, & hominibus convenire patet: quoniam diversæ naturæ sunt: verè ergo de Christo dicitur, quod non iacuit, quia persona verbi erat persona Christi, sed ipsa non iacuit. Iacere namque est membra directa, & prorsus extensa habere, cum significet habitudinem totius secundum partes suas, & convenit corporibus: verbum autem divinum corpus non est, sed purus spiritus; ei ergo iacere non cõvenit, nec stare, aut quid simile. Item quæ nec extensas partes habet, persona verbi partes nullas extensas, aut in se collectas habet: quia indivisibile est, cum sit spiritus: iacere ergo nequit, nec iacuit. Hoc autem, si non iacuerit, de verbo divino totiens verè dicitur, quotiens iacuisse de Christo ut homo est prædicatur, & eum iacuisse asseruimus. Eum siquidem primò scriptura iacuisse asserit, cum mater eius illum recentem natum paupertatis alligatum pannis in præsepio inter bruta animalia collocavit. Post etiam cum in ætate tenera, & infanti nutritur similiter iacere dicitur, quoniam eum sic mater aptabat: quamquam autem

Christus hõ hæc verè suscipere, persona divini verbi tñ horum nihil assumebat ex causis superius assignatis. Identidem Christum iacuisse cõfessus sumus, quoniam aliquando dormivisse concessum, atque indutum est: verbum tamen divinum nunquam dormit in eo quippe nulla somnolentiæ causa insurgere potest. Sic Psal. 120. dicit: Ecce nõ dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel. Deum autem Israel custodem dixit, quod ad verbum divinum pertinet. Amplius autem Christum in sepulchro iacuisse asseruimus: nõ ibi corpus eius per longum extensum, atque sintonibus involutum fuit, ut indutum est: verbi tamen persona, nec mori poterat, ut iaceret, nec partes humani corporis habebat, secundum quas in sepulchro extenderetur. Et si divinum verbum in sepulchro cum Christi corpore iuxta catholicam, & necessariam asseritionem cõfiteamur perinansisse, illud tamen extensum fuisse nõ fateamur, quoniam iacere nequit. Apparet ergo ex prædictis, quod serpens iste Christus in quantum homo est iacuerit, & ut Deus erat, nullatenus iacere potuit: serpens ergo iste non iacuit.

Pars quarta metaph. 4. f. Serpens, qui movebatur. Cap. XLVIII.

IXTA consequentia literæ huius quarti Paradoxon metaphorici particula quarta occurrit, scilicet, qui movebatur, id est quod iste serpens motus fuerit, & quia Christus serpens dictus est, oportet ut moveatur. Sciendum autem iuxta Aristot. traditionem 3. Phisicorum, motum esse actum entis in potentia, sicut quod in potentia, scilicet quod motus sit actus in re illa, quæ movet, scilicet imperfectus actus. Et iste actus rei vocatur motus solum, ut ipsa est in potentia ad aliquid, sicut quod cum aliquid debet formam adipisci, est in potentia ad illam, & acquisitio successiva, & partialis formæ illius antequam perfectè acquisita sit forma, vocatur motus. Vnde ante acquisitionem formæ, & prius quàm de forma illa, aut dispositionibus eius nihil sit in re, in quâ inducenda est, motus nullus est. Cũ etiam forma plenè acquisita est motus nullus manet: sed dũ aliquid acquisitum, nec tamè totum motus est.

Ob

Ob hoc autem motus convenit rebus, quæ omnes perfectiones suas simul non habent, sed quasdam susceperunt, quasdam verò posterius suscipiendas præstolantur, & id, quod de perfectionibus acquirunt nõ simul acquirunt, sed successivè, & particulatim. Christo autem hoc conveniebat, quia ipse corporeus erat: corporum autem, & corporearum rerum cõditio est, ut omnes suas perfectiones simul non habeant, sed aliquid nunc habeant, alterum autem posterius assequantur, & sic succedentibus sibi temporum particulis. Quod autem Christus specialiter motum habuit determinando ad species motus posterius differetur. Quod autem generaliter in eo motus fuerit, id quod aliquis motus in eo fuerit, nihil limitando in qua specie motus fuerit, apparet ex eo, quod habetur Luc. 2. capit. Iesus autem proficiebat scientia, & ætate apud Deum, & homines: crescere tamen augmentatio quædam est. Aut si crescere solum secundum ætatem accipiamus, quod solum dicit proficere in tempore nihil denominando de quantitatis augmento, identidem motus est: ea namque, quæ motum nullum habent, semper se habent, ut huius, vel in eodem statu, quod verò crescit, aut augmentatur, aut qualitercunque aliter variatur, & non habet penitus eundem statum: vnde in motu est.

Quod in Christo fuerint omnes modi motus secundum quod homo fuit. Cap. XLIX.

AMPLIVS autem non solum Christum moveri fatebimur, quasi in eo largè dictus motus extiterit: nam omnes modi motus propriè dicti reperiuntur ibi. Sunt enim quatuor motus propriè sumpti, largè autem sex modi iuxta Aristot. doctrinam Phisicorum lib. 5. cap. 2. Primus autem horum sex motuum, ut ab eis, qui largè motus dicuntur inchoemus, generatio est: in Christo enim generatio fuit, quæ ipse in benedictio virginis alio conceptus est. Nam ante hoc Christus, ut homo genitus nõ erat, nec cõceptus, post hoc autem genitus homo exiit. Fuit quoque in Salvatore nostro secundus motus largè dictus, i. corruptio non quidem, quod corpus Domini Iesu corruptum, aut incineratum fuerit, dicente Psalmista Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, sicut corpus Messie, quod factum est. Fuit tamen in Christo aliquid corruptio. Nam generatio, & corruptio in eisdem rebus opponuntur, & esse quod res generatione acquirunt, corruptione perdunt: in Christo autem hoc fuit: nam ipse ab æterno Deus erat secunda in trinitate persona, nunquam tamen fuit quousque ex virgine conceptus, & genitus est: ibi enim recepit esse hominem, quod erat genitum esse. Hoc autem esse genitum, sicut esse hominem, quod in eo generatione acquisitum est, corruptione deperditum fuit: quoniam mortuus est, & ibi esse hominem perditum est, non manente ipso hominem in tridua morte, ut in prædictis declaratum est: quamquam corpus Christi corruptum, & incineratum non extiterit, ut ceterorū hominum morientium corpora putrescant. Fuerunt quoque in Domino Iesu quatuor modi motus propriè dicti, scilicet augmentatio, alteratio, diminutio, secundum locum mutatio: primus autem quatuor propriè sumptorum motuum, scilicet augmentatio in eo fuit. Ipse namque cū natus est, tantæ extitit quantitatis, ut infantuli illius temporis, posterius verò ad integræ viri pervenit corpulentiam proportionata viri statuta inter magnum excessivum, & parum deficientem. Causabatur autem in Christo ista augmentatio ex continuo nutrimento suscepto per maiores partes, quàm deperditum esset de ipso corpore augmentabili, sicut in ceteris naturalibus augmentatio est. In Christo quamquæ secundus

Quod in Christo fuerint quatuor modi motus propriè dicti.

propriè mutationis modus fuerit, scilicet diminutio: non quidem quod in Redemptore nostro staturæ proceritas diminuta sit per curvationem, aut consumptionem, quod in senibus evenire solet: tunc enim deficiente calore naturali, & viribus vegetantibus evacuatur cutis, & laxa tremunt, membra quoque curvantur, & minor redditur statura: Christus tamen ad senectutis tempora nõ pervenit in diebus habitationis suæ in carne: in ea quippe ætate vita caruit: qua homo florētior, atque robustior, & in singulis corporeis virtutibus excellentior est. Anno trigesimo secundo, & paulo ultra, aut quasi dimidio. Erat tamen in Christo quantum ad aliquid diminutio, scilicet in humoribus suis, & qualitatibus. Humores equidem corporis eius nõ semper eundem tenuerunt in quantitatis identitate statum, sed interdum maiores interdum verò minores extitisse eos patet, sicut in ceteris hominibus in hoc mutatio per contraria fieri solet, alioquin non habuisset Christus convenientem complexionem speciei humanæ. Nam si in his perfecta semper stetit uniformitas, erat impossibile in eo fuisse mutationem ætatis, scilicet de infantili in puerilem, & sic in vltiore. Cuilibet namque ætati propria humorum, & omnium qualitatum corporis habitudo respondet: qui ergo eundem in corporis sui qualitatibus statum semper tenet, nunquam semel habitat excedit ætate. Quod de Christo falsum liquet, cum Sacra Scriptura asseruat eum ætate profecisse apud Deum, & homines, ut patet Luc. 2. ca. Tertius quoque propriè sumptæ mutationis modus in Christo extitit, quæ alteratio dicitur. Iste autem communior modus est: quoniam per hanc res ab vna qualitate in alteram permutantur, scilicet ab vno colore in reliquum, & à sapore in saporem: ab odore in odorem, à frigiditate in humidum, à calido in sicum, nec est aliquis tam diffusus motus per omnia. Iste autem motus in Christo quamdiu vixit, semper fuit: in ceteris quoque hominibus, & animalibus idem accidit: nam quod tempore frigent alio calent, nunc humectantur posterius verò desiccantur, nunc tristitiam induunt posterius autem iucunditate replentur: nunc vigent, deinde debilia efficiuntur, ita ut nulla pars vitæ in animali ab alteratione vacet. Christus autem hæc pertulit abundantius: nam nunc famelicus nunc moderatè satur erat: nunc sitibundus post verò sobriè bibens: nunc confortatus post autem itinere fatigatus, nunc calebat, interdum frigebar, & nunc letus, post tristis, ut hominibus intuentibus cernebatur. Verè quoque in eo tristitia interdum fuit, ut ingruente tempore passionis, de quo Matth. 26. capit. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et Mar. 14. capit. cepit tædere, & mæstus esse. De hoc quoque genere mutationis alteratione fuerunt omnes dolores, & cuncta nocumeta, quæ in honorifica pertulit passione. Vltimus quoque mutationis modus, qui secundum locum dicitur in Christo fuit: nemo enim, qui eum vidisset ignorare, poterat eum moveri localiter. Mutationem propriè dictarū in Christo potissimè de locali mutatione tota euangeliorum continentia exemplorum plena est. Ex præpositis plenè patet Christum serpentem fuisse, qui movebatur.

Pars quinta metaph. 4. f. Serpens, qui non movebatur. Cap. L.

CONTINVAE quartæ metaphora particula quinta occurrit, scilicet, qui non movebatur: & quoniam serpentem hunc Christum esse asseruimus eum motum non fuisse asserere necesse est. Sed quia Christum, ut homo erat, verè mutatum fuisse comprobauimus, necesse est eum, ut Deus erat serpente

tena



tem fuisse asseri, qui non moueretur, & vult de Christo, vt homo erat agentes, probauimus ei motum generaliter competere motum aliquem habuisse, nihil distinguentes: posterius autē de qualibet specie motus ei competeret inductum est: ita & de Deo, aut secunda Trinitatis persona primo generaliter motum in ea nullum esse inducitur. Posterius autem monstrabitur quamlibet ei motus speciem repugnare.

Quod Christus, vt Deus erat nullum motum habuerit.

In Deo motum nullum esse inducitur quoniam iuxta Arist. traditionē, motus est entium in potentia ad aliquid consequendū. seorum, quæ totum, quod habere possunt: nondum habent, vel totum, quod esse possunt nondum sunt: Deo autem esse in potentia ad quodquam non conuenit ei: ergo motus quicumque repugnat. Huius inductionis minor patet: quoniam Deus totum suum esse simul habet, nec est in potentia ad recipiendum id, quod non habet. Nam cum id, quod cuius aduenit illud perficiat, si quidquam Deo venisse possibile foret, ad quod ipse in potentia existeret, cum ei adueniret eum perficeret, quod deitatis repugnaret. Non enim esse summe perfecta, aut plena perfectio, cum ei quid deficeret, quod adhuc desiderari, & recipi posset: Deo ergo impossibile est, vt quidquam recipiat, quod non habet. Item si Deus in potentia ad aliquam suscipiendam perfectionem foret, quis ei illam tribueret, reperiri quidem impossibile esset: nam qui alteri perfectionem tribuit, perfectior illo est, qui recipit perfectionem, quo pacto, qui Deum perficeret Deo proculdubio perfectior foret, quod nec intelligi, nec fingi quidem potest. Identidem si Deum moueri fateamur: cum ab altero moueri necesse est: nam omne quod mouetur ab altero mouetur, iuxta Arist. traditionem in 5. & 6. & princip. septimi Physicorum: à nemine tamen Deus mouetur. Nullatenus ergo Deus moueri potest. Huius inductionis minor apparet: mouens namque agens est, quod autem mouetur est patiens: agens autem semper est præstantius patiente, quo pacto aliquid Deo perfectius foret, hoc autem manifestum falsitate patet. Deus ergo à nullo moueri potest. Item si Deus susceptius foret alicuius perfectionis, quam nondum haberet, non esset vtique quæque felix: Deus tamen perfectè beatus est: ad nihil ergo in potentia est, quod nondum habeat. Huius inductionis maior patet: quoniam si Deus alicuius perfectionis susceptius existeret, quod nondum haberet in se omnia bona, nondum haberet beatitudinē, tamen statum omnium bonorum aggregatione perfectum diffiniunt, vnde cum quid abest, quod bonū, atq; expectabile sit, plenum esse impossibile est: quoniam extra aliquid relinquatur, quod exoptetur: nihil ergo recipere potest, quod non habeat. Idem patet Malach. cap. 3. cum ait: ego Dominus, & non mutor: vbi de nullo speciali motu sermo fit: sed omnis motus tollitur, quoniam vno concessio omnes possibles forent: Deus ergo moueri nequit.

Quod in Christo, vt Deo non potuerit esse aliqua species motus. Cap. LI.

SICVT aliquo modo in vniuersali deductum est Deum immobilem fore: ita quoque indici per facile est applicando ad quamlibet speciem motus. Primam motus speciem largè sumentes generationem esse diximus, vt apparet in quinto Physicorum, secundum quam aliquid de non ente ad esse perducitur. Hanc autem in Deo impossibile esse liquet. quod Deus, aut diuina essentia generetur, vt in prioribus inductum est in expositione tertij figurati Paradoxo super particulam, qui non patiebatur. Aliquis autem in hoc fortassis arguet, quod cum quælibet perso-

narum Deus sit, eique omnes diuinæ essentię competant proprietates, & diuina essentia gigni nequeat, diuinarum quoque personarum quælibet ingenerabilis erit, aut si aliquam diuinarum personarum genitā concesserimus, diuinam quoque essentiam gigni potuisse necesse est fateamur. Hanc respondendum est, quod diuinam essentiam genitam fore confiteri plurima includit absurda, quæ in superioribus ex parte enucleata sunt: si tamen vnā de diuinis personis genitam fore fateamur, inconueniens nullum est, vt in eisdem extitit declaratum. Sed adhuc quicquam obijciat, quod sicut generatio motus, vel quasi motus est: eique correspondeat alius motus, aut quasi motus cōtradictorius, qui corruptio dicitur, omnia quoque, quæ gignuntur corruptibilia sint iuxta Arist. positionem primo de celo, & mūdo, omni quoque de natura loquentiū, oportet, vt si diuinarum personarum aliquam genitam fateamur: eam quoque corruptibilem esse necesse erit. Quod diuinæ personæ repugnat, potissimè quoniam delinere esse nequit. Huic respondendum est, quod generatio secundum nominis significationem dicitur recipere esse, & in hoc dumtaxat in Deo, atque in creaturis generatio reperitur. Deum autem non simpliciter appello, sed notionaturaliter pro aliqua diuinarum personarum: filius namque, qui est secunda in trinitate persona, à patre esse recipit, quia prima in personis est, vnde patrem dicimus in diuinis filium generasse: hoc modo identidem in creaturis generationem esse perspicuum est. Nam vnū creaturam ab altero esse recipit: hoc modo, scilicet, communiter sumpta generatio corruptioni non opponitur: nec omni generationi reperitur aliqua corruptio repugnans, etique sine corruptione generatio: imò impossibile est hoc modo generationem aliquam suscipere cōtrarietatem, quia solum dicitur esse susceptū. Et licet substantia non recipit contrarium (nihil ei namque contrarium est) conformiter generationi, quæ solam substantiam ab alio procedentem, aut esse susceptum fore dicit, contrarium vllum esse poterit. Est autem quædam generatio in creaturis, quæ consequitur earum modum habens quandam annexam imperfectionem, quæ de ratione generationis nō est, sed quia creata imperfecta sunt in generatione sua illam habent imperfectionem. Si autem illa imperfectio generationem secundum se cōsequeretur: cum in personis diuinis generatio proprijsimè reperitur: eas quoque ista imperfectio cōsequens foret: sed hæc imperfectio, quæ in generatione creaturarum euenit, conditionem rei gignentis, & genitæ sequetur, & nō ipsam generationem.

Quæ reperitur in rebus generatis secundum conditionem geniti, & gignentis. Cap. LII.

SUNT autem in generatione creaturarum rerum consequentes imperfectiones quædam cōditione geniti, & gignentis. Quarum altera est, quod id quod gignitur, aliquo modo eē habet, aliquo modo autem illud non habuit, nec est aliqua creatura per generationem producta, in qua hoc non sit: semper namque res genitæ post generantem in creaturis est. Hoc autem in generatione diuinarum personarum esse nequit: nam quamquam vna personarum genita sit, illa tamē esse non incipit, sed ab æterno fuit nullo ei essendi dato initio. Identidem, & generatio secundum quam diuina persona gignitur, non coepit esse, sed ipsa persona genitæ coæterna est, & manens. Est autem præter hoc alia in generatione creaturarum cōditio, quod genitum post generans sit: sed hoc quoque in generatione diuinæ personæ esse diffinitur: nā pater, qui

Quo diffinitur generatio, quæ est in generatione, quæ est in creaturis, qui

qui prima in Trinitate persona est, filium quæ secunda est eadem bea. Tri. persona est gignit: sed patrem præcedere filium non consistemur: sed pater, & filius ab æternitate æquales, atque per hoc cōterni quamquā non propriè cōterni: sed magis vnū æternū, aut Deo æternū. Alia autem est rerum creaturarum genitarum cōditio: quod substantia rei genitæ, non est substantia rei gignentis, nec reperiri vllatenus valet, vt eadem numero genitæ, & gignentis substantia fuit. Hoc quoque à diuinæ personæ generatione abest: pater namque filium gignit, sed patris, & filij eadem indiuidualis substantia, atque numero essentia est. Spiritus quoque paracliticus, qui est tertia in benedicta Trinitate persona eadem cum eis indiuidualis substantia, vel natura est. Amplius autem in creaturis semper gignens, & genitū sunt duo indiuidua substantia distincta, in diuinis autem personis è contrario, patet, omnes equidem tres diuinæ personæ vnū indiuiduum substantiale naturę diuinę sunt, aut potius ipsa natura. Alia quoque in rebus creatis genita cōditio est: genitum namque necessaridō corruptibile est, vt habet in primo de celo, & mundo: in diuina autem persona genita generatio quidem est, corruptio autem impossibilis est. Huius causa est: nam corruptio non consequitur esse receptum, quod dumtaxat generationis simpliciter sumptę appellatione importatur, sed consequitur conditionem creaturæ genitæ: nam creatū genitum ex materia, & forma compositionē habet, materia autē immediatè habet in se varias mixtiones: vnde in ea necessaridō corruptio inducitur: non quidē, quia esse susceptū est: sed quia esse susceptum est, debile est, non potens se in sui ipsius virtute perpetuare. Si tamen ad esse receptum corruptio necessaridō sequeretur, in diuina persona genita corruptio esset aliquando: quoniam ipsa vera generatione subsistens esse recipit, ac recipit. Hoc autem falsum est: nam corruptio sequitur, quia corruptibile ens debile est, in se non permanens: & ad non posse semper subsistere, aut se semper conseruare corruptio cōsequitur necessaridō. In personis autem diuinis, hoc non contingit, quoniam esse quod pater in diuinis filio per generationem communicat, firmum, & perfectissimum est: nullam habens pmixtionē, nec naturalem compositionem: sed esse simplicissimum, atque perfectissimum est, repugnat ergo corruptibile tale quid fore: nihil. n. dari, nec fingi quidem poterit: vnde tali deficiendi, aut corruptionis vlla insurgat occasio.

De quadam generationis rerum creaturarum cōditione. Cap. LIII.

EST autem alia generationis creaturarum rerum cōditio: nam quamquam gñatio nulla cum successione temporali fiat, necesse est tamen, vt aliqua fiat gñatio aliquas præcedere qualitatū alterationes. Hoc autem in diuina persona genita reperiri nequit: nam vt ipsa gignere nulla præcedens alteratio hoc efficit. Nam si alteratio ad diuinæ personę generationem processisset, necesse esset, vt aliquo tempore alteratio foret: in quo nondum secunda persona diuina genita foret: quo inferretur, vt omnes diuinæ personæ cōternę non forent, & sic vna perfectior alijs foret. & tunc quoque sequeretur eam, quæ alijs imperfectior Deū esse non posse. Amplius autem si ad diuinæ personæ secundæ generationem vlla alteratio processisset, necesse esset, in Deo fuisse motum. alteratio quippe de quatuor motibus propriè dictis est, de quibus Aristoteles in quinto Physicorum: à Deo tamen omnē motum fore exclusum probatum est. Causa autem necessitatis præuix alterationis in generatione rerum creaturarum est, ex cōditione rerum genitarum: & hæc

In generatione filij deficit dispositio præcedens.

est qua res genita formam recipit, quæ ei esse dat, aut potius materia formam suscipit. Omnes autem formæ substantiales præcogunt vt dispositiones in materia recipiant, sine quibus impossibile est has existere formas. Oportet igitur primò, vt ante generationē istarū dispositiones causentur. Et quoniam impossibile est has dispositiones, non præcedentibus alterationibus causari, quoniam gradualiter constant, gradus autem successionem requirunt, ita vt in acquisitione rei successio sit, sicut gradualis successio in acquisita re consistat: necesse est igitur, vt in qualibet creaturibus generatione alterationes generationem antecedant. In generatione autem diuinæ personæ, non solum dispositiones istarū non præcedunt, sed & præcedere impossibile est: ibi siquidem nulla substantialis forma gignitur in materia, quæ dispositiones præexigat in ea ad causari. & permanere, ad quas necesse sunt alterationes præuix. Generatio quippe diuina materiam, & formam non habet, sicut naturales generationes, sed personam genitam, quæ horum nihil expetit.

De alia generationis rerum creaturarum cōditione. Cap. LIII.

GENERATIONIS quoque rerum creaturarum alia adhuc cōditio est, quod ibi aliquid dans esse sit, & alterutrum esse suscipiens: materia namque esse recipit, forma autem illud tribuit: quoniam materia non habet aliquod esse determinatum alicuius speciei: forma autem, quia est actus determinat illam ad speciem dando ei, quod sit pars substantiæ alicuius speciei. In diuina autem generatione nihil est, quod hoc modo esset tribuat, nec quod esse tale suscipiat, sed est aliud, quod verè subsistit: nam in diuina generatione est persona genita. hæc autē nec materia, nec forma est sed substantia simplex. Causa autē diuersitatis quantum ad hoc in generatione diuina, & rerum creaturarum est: quoniam creata perfectum absolutūque esse non habent: ideo compositio quædam in eis est, & mixtio. In compositio autem aliqua pars ē, quæ ad esse magis pertinet, scilicet forma, & hæc esse tribuat: altera autem est, quæ ad esse non ita directè, & perfectè pertinet: hanc autem materiam appellamus. In Deo autem esse purius, atque perfectius quā in aliqua re sit, aut excogitari possit. secundum communem omnium conceptionem, & necessitatē principij naturæ esse dicim⁹, quoniam dux, & causa prima est: ideo in eo nulla pars est, quæ esse det, & forma appelletur: nec particula esse recipiens quam materiam cognominare necesse sit: sed totum esse suū simplex, & vnicum est. Vnde nec materia, nec forma in Deo ponenda est: sed purum esse. Alias autem poterimus ipeculantes reperire conditiones in rerum creaturarum generatione, quæ in diuina generatione non. Hoc autē est quia cōditiones illę generationis nō se nō consequunt, sed rem genitam, & gignentem. Vnde secundū maiorem, aut minorem genitorum, & generantium perfectionē generationis perfectiores conditiones erūt. Essentiale tamen, quod secundū se generatio importat, est vt per illam aliquid esse simpliciter suscipiat. Hoc autem in diuina generatione reperitur, & perfectius adhuc quā in generatione rerum creaturarum, cum per diuinam generationem aliquid perfectius producat, quam per generationem omnium creaturarū simul sumptarū, i. persona secunda diuina genita. Ex prædictis ergo patet inconueniens nullum esse, quod personā aliquam genitam consistemur: nam ex hoc non inferretur eam aliquo modo corrupenda. Si tamen generatio dicatur secundū Arist. in 5. Physicorum progressus de non esse ad esse, id est quod substantia illa, quæ ante

ante non fuerat esse capiat, in diuinis reperiri illam im-

Nulla modo corruptio diuinis ascribenda est. Cap. LV.

AMPLIUS autem in substantia diuina, aut aliqua personarum diuinarum, secundus motus improprie dictus non fit: est tamen quasi motus, includit quoque enumeratas superius imperfectiones, & alias quae inquiri possent. Generatio igitur sic sumpta in substantia diuina aut in aliqua diuinarum personarum impossibilis est.

De mixtis nullam in se contrarietatem habentibus, sed ab extrinseco corrupti possunt. Cap. LVI.

ALIA autem sunt, quae intra se contrarietatem nullam habent, secundum quam corrupti ab intrinseco queant: habent tamen aliquas qualitates, quibus qualitates aliarum rerum repugnant: ab illis autem corrupti possunt. Haec autem sunt, quae composita ex materia, & forma constant: mixta tamen non sunt, quae mixta, mixtionem tamen perfectam non habent. Vocantur autem a Physicis composita, & non mixta, quia ex materia, & forma constant: simpliciores in se distinctionem non habentes secundum

F aliquas res diuersarum naturarum, & denominationum. haec autem sunt dumtaxat quatuor corpora elementorum, nihilque alterum in hac sphaera generabile, & corruptibile est, quod compositum quidem sit, mixtionem autem nullam habeat. Haec autem elementorum corpora ex materia & forma constant: quoniam substantiae simplices non sunt, sicut angelus, & Deus, vel anima. in his quoque qualitates sunt qualitates aliorum repugnantes: nullum tamen in se qualitates contrarias habet, secundum quas ab intrinseco corruptionem patiuntur. Hoc in igne apparet, qui caliditatem, atque siccitatem habet, quo albis duabus qualitatibus contrariatur humiditati, & frigiditati: illae tamen in igne nequaquam sunt. Idem autem in aere liquet: ipse enim humiditatem, & caliditatem habet, quae albis duabus qualitatibus contrariatur sunt, scilicet siccitati, & frigiditati, in aere tamen haec non sunt. Aer igitur in se contrarietatem nullam habet. De aqua idem dicendum patet, quae duas qualitates habet humorem, scilicet & frigiditatem, quorum neutrum alteri contraria est: ipse tamen duabus aliis repugnant, caliditati scilicet, & siccitati, quae in aqua non sunt, sed in alio elemento. In aqua ergo contrarietas intrinseca nulla est. Nouissime de terra idem definiendum patet: habet enim duas qualitates, frigiditatem & siccitatem, quae alteri non repugnant: sed duabus aliis, caliditati, & humiditati, quae in terra non sunt, sed in alio reperiuntur elemento: in terra ergo contrarietas intrinseca nulla est.

Duae conclusiones, quae ex dictis eliciuntur. Cap. LVII.

EX praemissis autem duae eliciuntur conclusiones: prima sit, quod nullum elementum se ipsum corrumpere potest: sicut animal potest corrumpi a se ipso nullo agente exterius. Hoc inducitur, quoniam omnis actio in contrarietate fundatur, iuxta sententiam Aristoteli. Physicorum, ut supra explanatum est in hac figurato Paradoxo. nullum tamen elementum est, quod intra se contrarietatem aliquam teneat, ut nunc proxime dictum est, nullum igitur erit elementum, quod in se agere possit, aut se ipsum corrumpere. In animalibus autem e contrario accidit. Quodlibet namque animalium in se contrarietatem habet, ut nunc inducebatur, cum in eodem sint quatuor qualitates actiuae, & passivae: haec autem principia sunt omnis actionis, & passionis: animalia igitur in se ipsis tabefacta deficient, & consumuntur etiam nullo extrinseco agente corruptente. Ex hoc quoque alia conclusio in corollarij forma elicitur, scilicet, necesse est elementa durare in aeternum, nisi Deus illa miraculose corrumpat: animalia autem necessario peritura fore, nisi Deus illa, aut eorum aliquod miraculose conseruauerit. Nam elementa interius corruptiuum nullum habent, singula tamen animalia perfecta contrarietatem, & corruptionis principia intra se tenent. Cum autem aliquid est, nisi aut a se, aut ab alio destruat, permanere in aeternum necesse est, quod quidem de substantiis dixerim, quae verum esse habent, accidentia autem etiam nullo agente ad substantiarum corruptionem finiti necesse erat. Secunda conclusio sit, quod vnum elementum ab altero partim corrupti potest, in totum autem corrupti impossibile est. Hoc liquido patet inductione. Nam & si elementa intrinsecam contrarietatem non habent, vnum tamen alteri repugnat, quia habet contrarias qualitates qualitatibus alterius elementi: terra est sicca, & frigida, aer autem humidus, & calidus est, vnum ergo in alterum agendo corrumpet: quoniam solida in eis contrarietas est.

Ignis

Ignis quoque est calidus, & siccus, aqua vero frigida, & humida: haec autem perfectam habent oppositionem: vnde in alterutrum corruptiuae sunt.

Quaedam attinentia ad eandem rem. Cap. LVIII.

Contrarietas elementorum adiuuicem solida, & superficialis

AMPLIUS autem quodlibet elementum potest agere in caetera elementa: habet enim vnum contrarietatem ad singula: sunt quippe quatuor, & quodlibet ad caetera habet contrarietatem. Nam quodlibet elementum ad vnum de tribus solidam contrarietatem habet. In duabus qualitatibus. Ad alia vero duo contrarietatem superficialem habet. In vna qualitate: velut ignis calidus & siccus est, contrarietatem habens ad aerem propter siccitatem aere calido, & humido existente. Habet quoque ignis contrarietatem ad aquam: ista vero solida est, quoniam ignis calidus & siccus est, aqua autem frigida, & humida. Habet amplius ignis contrarietatem ad terram, cum calidus, & siccus sit, terra vero sicca, & frigida, & haec superficialis contrarietas est. In vna dumtaxat qualitate. Amplius autem aeris elementum ad caetera elementa contrarietatem habet: ad ignem quippe contrarietatem patitur: quoniam aer calidus & humidus est, ignis autem caliditatem & siccitatem habet, quae non est contrarietas solida, sed superficialis, quia in vnica qualitate est. Ad aquam quoque aer contrarietatem habet, quae plana est, siue superficialis: quoniam aer calidus, & humidus est, aqua vero frigida, & humida: ad terram identidem contrarietatis habet oppositionem, haec autem solida contrarietas est: quia aer calidus, & humidus est: terra autem frigida, & sicca. Aqua autem sicut caetera ad tria elementa contrarietatem habet. Ad ignem primum, quae solida contrarietas est, quia in duabus qualitatibus opponuntur: aqua frigida, & humida existens, ignis vero calidus, & siccus est. Habet quoque ad aerem contrarietatem, quia aer calidus, & humidus est, aqua vero frigida, & haec est superficialis contrarietas in vnica qualitate. Terrae quoque opponitur contrarietate superficiali, quia aqua frigida, & humida, terra autem frigida, & sicca est. Terra quoque ad tria elementa contrarietatem habet: igni namque superficiali contrarietatem opponitur in vnica qualitate. Ignis enim calidus, & siccus, terra vero frigida, & sicca est: ad aerem autem plenam habet contrarietatem, siue solidam, quia terra frigida, & sicca: aer autem calidus, & humidus est. Ad aquam quoque quandam habet oppositionem superficalem in vnica qualitate, quia terra frigida, & sicca: aqua autem humida, & frigida est. Omnia igitur elementa inter se contrarietatem habent. In vnum ad vnum, & vnum ad singula tria, & quoniam ex contrarietate actio, atque corruptio sequitur, necesse est, ut vnum elementum in alterum agens illud aliqua ex parte corrumpere possit.

Non aequalis actio corruptiuae est in omnibus elementis. Cap. LIX.

CONCESSA autem contrarietate inter omnia elementa, & potestatem corrumpendi ex aliqua parte, non aequalis est concedenda in omnibus actio ad corruptionem: nam actio ex contrarietate est: contrarietas autem inter elementa omnia adiuuicem aqua non est: actionem ergo corruptiuam omnium inter se corruptiuam aequaliter esse impossibile est. Magis enim ignis agit corrumpendo in aquam quam in aere vel in terra, quia magis opponuntur: magis quoque corrumpendo aer in terram agit, quam in ignem, & aequum in hoc obstitit terrae firmitas, atque durities: qua ab omni agente corruptiuo se defendit. Durities

A namque, & soliditas qualitates sunt, quae vocantur naturales potentiae, quibus dura, & solida ne facilliter patiantur, agentia repugnant, ut ait Aristoteles in praedicamentis: aqua quoque, magis igni obuiabit, quam aeri, & terra: terra identidem abundantius corrumpendo agit in aerem, quam in aquam, & ignem.

Nullum elementum alium penitus corrumpere potest. Cap. LX.

QUAMQVAM autem ista elementa ex contrarietate in alterutrum agentia mutuo se corrumpant, se tamen totaliter corrumpere impossibile est. Nam & si valde aqua in ignem egerit, nequaquam valebit totius mundi ignem extinguere: versa vice ignis in aquam agens totam aquam vniuersi consumere, atque deficcare nequit. Terra quoque, & si exactissime in aerem egerit illum penitus corrumpere non valebit: aer quoque quantumcumque in terram egerit, identidem terram omnino non consummet. Cum igitur vnum elementum in alterum corruptiuam actione agit, non illud penitus, sed ex parte consumit. Causa autem horum multiplex est, prima accipitur ex parte Dei ista ordinantis, & intendentis: voluit namque Deus, ut elementa essent de partibus principalissimis vniuersi: volebat quoque, ut iste mundus ab eo conditus non corrumpetur, qui pulcher valde, atque admirandus erat, atque diuinam magnitudinis, bonitatis, & sapientiae vestigium quoddam est. Si autem sic Deus elementa disposuisset, ut eorum alterum caetera corrumpere posset, aut vnum saltem corrumpere, perirent partes principales vniuersi, aut saltem aliqua de eis, & consequenter mundus ipse periret, qui in partibus suis principalibus constat, quod contra Dei intentionem erat. Hoc modo igitur elementa ordinanda erant, ut nullum alterum totaliter corrumpere posset. Altera huius causa assumitur ex conditione ipsorum elementorum: quae dupliciter patet, primum quidem elementa abinuicem corrumpi non possunt, ita ut vnum ab altero totaliter corrumpatur propter magnitudinem, & profunditatem ipsorum. Si enim elementa parum magnitudinis forent, cum vnum super alterum praeualeret agere incipiens consumendo, tam diu agere posset, quam diu totum consumpsisset. Quia tamen magnitudo cuiuslibet eorum destrui possit, tota tamen cuiuslibet elementi moles destrui nunquam possit: ita ut quantumcumque de quolibet elemento corrumpatur, semper maior pars in consumpta maneat. Postea vero elementum illud agens in alterum conuertit se in pristinam magnitudinem agens, & sumens ex alio partem materiam, quae prius ex eo sumpta fuerat resoluendo illud in alterum elementum. Hoc pacto inter elementa continuum bellum, atque inexorabile, & immortale est, quod nunquam pace finietur concordantibus ipsis in vnum, quoniam natura ad hoc obstat, nec alterius eorum interitu desinet vnquam bellum.

Alia ratio incorruptibilitatis in elementis. Cap. LXI.

ALIA autem incorruptibilitatis ratio in elementis est ex parte conditionis elementorum. Sic enim elementa originari potuissent, ut abinuicem corrumpere: sed modus iste habitudinis eis non constat, ideo eis corruptio omnimoda induci non potest: nunquam ergo, aut omnia penitus, aut aliquod eorum prorsus corrumpetur. Hoc autem patet, quia elementa inuicem contrarietatem habent, & reciprocè agere in alterutrum debent, atque quantum agendi excelsus in

Cuiuslibet elementum admiranda est magnitudo.

in alterutris exigit, tantum se corrumpunt. Magis tñ inuicem se corrumpunt elementa habentia solidam contrarietatem, quàm ea, quæ solùm in vna qualitate suscipiunt oppositionem. Vnde si elementa solidam habentia contrarietatem simul posita forent, necesse esset, vt se penitus alterando corrumpere: quia nullum medium symbolum habent. i. nullam mediam qualitatem similem, in qua conueniant. Sed nec talis eis ordinis situs datus est, quoniam ea, quæ solidam contrarietatem non habent, sed superficialem. s. in altera qualitate dumtaxat simul locata sunt: quæ verò solidam habent oppositionem non se contingunt im mediât, sed per alia media elementa: quoniam quæ non habent solidam contrarietatem, aliquod symbolum habent in quo conueniant. s. aliquam mediâ qualitatem. Ignis & aqua solidam oppositionem habent, quia ignis calidus, & siccus: aqua autem humida, & frigida est: simul ergo locata non sunt. Aer quoque, & terra solidæ contrarietatis habent habitudinem: quæ aer humidus, & calidus, terra autem frigida, & sicca est: simul ergo locata non fuerunt, sed inter ignem & aquam mediâ tollens solidam oppositionem. Inter aerem, & terram aqua mediâ faciens non esse solidam contrarietatem. Vnde inter omnia elementa terram tanquam omnium elementorum centrum posita est: apud ipsam verò aqua sita est, quoniam ista duo elementa tantam similitudinem, sicut contrarietatem habent. Terra quippè frigida, & sicca est: aqua autem frigida, & humida. Terra ergo, & aqua non habent solidam contrarietatem: sed oppositionem suscipiunt quantum ad humiditatem. Habent autem inter se similitudinem, & non se corrumpunt propter frigiditatem, quæ in ambobus elementis est. Aqua autem, & aer solidè non opponuntur, sed in altera qualitatè: simul ergo posita sunt, vt sic se non corrumpant. Nam tantum aquæ aeri similitur, quantum repugnat: vnde in quantum opponuntur, se corrumpunt, in quantum verò similia sunt, se conseruant. Non magis ergo se oppugnant, quàm conseruant. Quod patet, quia aqua est frigida & humida, aer verò est calidus & humidus, quantum ad humiditatè similes sunt: quantum autem ad frigiditatem aquæ, & calorem aeris se oppugnant. Apud aerem vltimo locus ignis positus est: hæc autem se penitus corrumpere nequeunt. Tantum enim sibi repugnant quantum se conseruant. Nam ignis calidus, & siccus est: aer autem humidus, & calidus, quantum ad similitudinem caliditatis se conseruant, quantum ad dissimilitudinem siccitatis & humiditatis se oppugnant: non poterit ergo se totaliter corrumpere. Quamquam inter elementa sunt quedam, quæ altera penitus corrumpere possent: & sic omnia prorsus interirent: situs tamen abstulit istam corruptionem, in quo infinita diuinæ magnitudinis lucet sapientia, vt sic elementa locaret, vt ea, quæ aliàs locata se penitus corrumpere, sic locata se totaliter corrumpere impossibile sit.

*Prout elementorum pondera exigebant, sic ipsi sunt loca distributa. Cap. LXII.*

**A**MPLIUS autem ad hanc omnimodè corruptionis deuitationem multum conserunt naturalia elementorum singulorum loca, & pondera rectè distributa: nam secundum pondera sibi naturaliter tradita tenent sua loca naturaliter conuenientia, non potentia ab alio eleuari, vel deprimi. Terra, n. inter omnia entia maximam obtinuit grauitatem: ideo in distinctionem naturalium locorum vltimum possedit locum: vnde in centro rerum, & circa centrum locum accepit. Aqua verò naturalem accepit

grauitatem terræ propinquam, sed minorem quidè: vnde non accepit locum ita humilem sicut terra, sed ei coniunctum eamque circumdantem. Aeri autem grauitas data non est, sed leuitas, non est tamen maxima leuitas, quæ in omnibus corporibus esse possit: accepit ergo sublimem locum, nec tamen altissimum locum inter omnia elementa, sed mediocrem supra aqua. Ignis autem sicut inter omnia elementa corpora maximam leuitatem assumpsit, ita altissimus ei locus datus est. Nam sphaera sua orbi lunæ coniuncta in parte sua superiori est. Ultra hunc autem nullum elementum, aut elementale corpus est, sed ipsa cælestia corpora. His autem in ista rerum machina sic locatis, vnum elementum nequit alterius elementi locum naturalem vsurpare: nam ad hoc, vt vnum elementum alterius teneat locum, oportet vt teneat determinatam grauitatem, aut leuitatem: quæ exigit locus illius elementi, sed vnum elementum nequit alterius elementi grauitatem, aut leuitatem habere, nec igitur locum poterit vltatenus vsurpare. Hoc pacto terra esse nequit in sphaera ignis, vel aeris, quoniam sphaera ignis, vel aeris est locus leuium corporum, terra autem nullam leuitatem, sed grauitatem summam habet. Sic quoque aqua in sphaera aeris, vel ignis esse non valet: nam istæ duæ sphaeræ leuitatè aliquam requirunt, aqua autem leuitatem nullam habet. Identidem aer locum aquæ, & terræ possidere nequit: quoniam aqua, & terra graues sunt, & loca earum sunt loca exigètia grauitatem, aer autem leuis est. Aer quoque possidere non potest sphaeram ignis: nam & si aer subtilis sit: tamè sphaera ignis exigit corpus maxime leue, quia est locus maxime leuium: aer autem & si leuis sit, extremam leuitatem non habet. Hæc autem secundum propria pondera singulorum elementorum dixerim. Aliquando tamen propter desiderium replendi vacuum, vt non detur discontinuatio in vniuerso, vnum elementum occupat partem loci alterius. Ignis autem in loco aquæ, atque terræ esse nequit: quia ista sunt loca corporum grauium, ignis autem inter omnia elementata, & elementa leuissimus est. Identidem ignis sphaeram aeris occupare nequit, quia quamquam aer corpus leue sit, & locus eius sit locus corporum leuium: non est tamen locus maxime leuitatis, quam requirit ignis in loco, cum sit leuissimus in corporibus, altiorum igitur exigit locum quam sit sphaera aeris.

*Quomodo situs tollat corruptionem omnimodam in elementis penitus contrariis. Cap. LXIII.*

**H**IC autem, quem descripsimus, est naturalis elementorum situs secundum loca, & pondera naturalia: quo posito, quamquam aqua ignem penitus corrumpere appetat, nequibit repugnante ei natura grauitatis: non enim valebit ascendere ad locum sphaeræ ignis, in qua est maxima leuitas, cum aqua grauis sit. **E** contrario autem si ignis habens solidam contrarietatem cum aqua, eam penitus corrumpere velit, non poterit, obstanti ei naturali maxima leuitate: nam si velit aqua ad locum sphaeræ ignis ascendere, nequit ad corrumpendum totaliter ignem, obstanti ei grauitate naturali. Ita ignis ad aquam consumendam descendere nequit, obstanti naturali leuitate repugnante loco aquæ. Hoc pacto admirabilis artificij Dei in situanda ista machina elementorum sapientia patet, vt ea, quæ penitus vicissim corrumpenda erant: nullum sibi in alterutrum inferant nocumentum. Sicut enim duo capitales, atque sæui hostes, qui spontaneam inuicem amplecterentur mortem, vt eam vicissim infligerent: totumque populum suo fragore

conser-

*Palchra elementorum contrarietate.*

concuterent: si diuersis carceribus seiuncti teneantur, nihil sibi nocerent. Ita, & duo elementa solidam habentia oppositionem se penitus mutuo confligentia lacrerent, atque destruerent, suaque corruptione totam vniuersi fabricam disturberent: si in iunctura daretur locorum: locorum tamen seiunctio hic immensa remouit dispendia. Sed adhuc in hoc immensum excessit admirandi Dei nostri sapiens potentia: quia quæto duo capitales hostes ne inuicem mortem incutiant, populumque suo comoueat impetu distinctis carceribus detinentur: inuiti detinentur, vel lentique si liberas daretur, prodire in publicum, vt mutua bella gererent. Ignis tamen, & aqua aer, & terra capitales, & solidos fouentes inimicitias, quia plenam contrarietatem habent: nec se tangere quæunt diuersis manentes locis, inuiti tamen non tenentur, sed in locis suis naturalibus manent, quæ deserere nequeant, nec concupiscunt: quin potius, & si possibile foret extra loca illa manere elementa, extra tamen manere nollent. Hoc enim admirabile opus Dei est, ex infinita sapientia, qua sic conuenienter cuncta ordinata sunt.

*Quomodo naturalis situs tollant omnimodam symbolis elementis corruptionem.*

Cap. LXIII.

**A**MPLIUS autem hæc pondera, & leuitates elementorum, secundum quæ loca naturaliter sibi determinant: non solum tollunt, vt elementa solidam continentia contrarietatem ad se accedere nequeant ad se penitus corrumpendum depressis quibusdam, & aliis eleuatis in sublimi: sed adhuc magis, hoc fit ad tollendam corruptionem elementorum non habentium solidam contrarietatem, sed sibi quodammodo similitum, & quadam ex parte repugnantium, vt se inuicem penitus non corrumpant. Nam quamquam elementa, quæ coniuncta locis sunt, similitudinem quandam inter se habeant, & contrarietatem: euenit tamen interdum, vt qualitas illa, in qua oppositionem suscipiunt, ad tantum argumentum deueniat: vt penitus contraria esse videant hæc elementa nullo symbolo interiecto. Tunc quoque inter se ita feroc corruptiuium bellum gerent, ac si vnum cum altero solidam haberet contrarietatem, atque se penitus corrumpere, nisi sedes naturales hoc tollerent secundum pondera, & leuitates. Quod euidenti comprobatur exemplo. Ignis calidus & siccus est, aer autem humidus & calidus: in calore similitudinem habent, in humore & siccitate repugnant: ideo cum ignis in calore, & siccitate nimis supercreuerit, agere aerem tanquam in totaliter contrarium. Identidem autem aer igni inimicatur in humiditate. cum igitur aer in caliditate & humiditate improporcionabiliter excesserit: agere in ignem, tanquam eis solida cõstaret; oppositio nullo symbolo interiecto. Aqua quoque aeri coniuncta ad aerem similitudinem, & contrarietatem habet: in humiditate similitudo est, in frigiditate autem dissimilitudo: ideo cum aqua secundum frigiditatem supercreuerit, ita aeri obuiabit ad corruptionem, ac si nulla eis inesset concordia qualitatis. Sic quoque de ceteris elementis, & per contrarias habitudines. Contingit tamen, quod quedam elementales qualitates abundantius quodam tempore fortificentur quam alio, & quedam elementa aliis magis, quodam tempore, aliis aduersentur. Si igitur sedes non disturberent actiones qualitatum contrariarum: in illis temporibus elementa se penitus conficerent. Si enim elementa super se aliquam influentiã

Alph. Tost. Parad.

non reciperent, in se has mutationum vices non haberent: tota tamen elementalibus regio a corporibus celestibus influentia recipit. Inter hæc autem quadam caliditatem influunt, quadam verò humorem, quadam frigus, quedam siccitatem. & s. hanc celestium corporum influentiam fortificantur, aut debilitantur magis & minus elementales qualitates. Et quia sol totius caloris pater est, in influendo, cum versus nos declinare rit transiens lineam æquinoctialem, & appropinquas ad tropicū Cancris, quæ est latitudo, vel declinatio septentrionalis: quando nobis est ver, & æstas, quia radij solis tunc potentiores sunt: cum sint directi ascendentes ad perpendicularè: fortificatur pars sphaeræ ignis, quæ est versus nos contra partem septentrionalem vltra æquinoctialem inter eam, & tropicum Cancricum: ignis adiunctus a corporibus celestibus agit in aerem potentissime desiccando, & posset illum consumere penitus, nisi ad hoc naturales sedes, & leuitates, atque pondera elementorum repugnarent. Nam & si ignis inclinatur ad destruendum aerem, cuperetque illum penitus absumere, non posset tamen repugnante sibi sua leuitate. Oporteret namque vt ad hoc, quod ignis per totam sphaerã aerem deberet descendere eã prorsus occupando, atq; coniungendo extremitatem suã extremitati aquæ, & terræ, quod impossibile videtur. Nam sicut aquæ repugnat ascendere per totum elementum aeris, vsq; ad superficiem concuam sphaeræ ignis: ita repugnat igni descendere per totam aeris sphaeram: ignis quippe locum maioris leuitatis naturaliter sibi determinat quam sit sphaera aeris.

*Quadam attinentia ad superiora.*

Cap. LXV.

**C**ONSIMILITER autem tempore contrario, quo sol declinat ab æquinoctiali versus Capricornium, inter æquinoctialem, & tropicum Capricornij, quæ est declinatio meridiana, & incipit in medio quasi mēsis Septembris: & vocatur tempus istud autumnus: & tempore quo sol redit à capite Capricornij ad æquinoctialem, quod incipit in medio mēsis Decembris, vsque ad medium Martij, & vocatur hyems, sol à nobis valde recedit, & causatur magna frigiditas, & humiditas in terra nostræ habitationis, quæ est versus polum arcticum siue septentrionalem incipiendo à linea æquinoctiali. In hoc autem tempore humiditas aeris vigoratur, & agere potest in ignem, ita vt illum penitus destruere posset, nisi loca naturalia elementorum hoc impedirent. Aer namque ascendere nequit ad totam ignis sphaeram: quoniam & si aer leuitatem habeat, maior tamen est ignis sphaeræ leuitas, quam sit leuitas, quam exigit aerem corpus: nequibit ergo per totam ignis sphaeram ascendere, nec illum penitus oppugnando destruere. Identidem autem in hoc tempore, scilicet autumno, & hyeme aque frigiditas vigoratur, secundum quam in aerem sibi coniunctum ad corrumpendum agere posset: ac si solidam oppositionem haberent: ageretque aqua in aerem eum penitus corrumpendo, nisi ad hoc sedes naturales elementorum obuiarent propter pondera, & leuitates. Aqua enim per totam aeris sphaerã ascendere nequit, nam aeris corporis sphaeræ leuitatè exigit in corpore, quod in ea locatū est, quod in aqua nequaquam est, cum ipsa grauis sit: ascendere ergo per totam aeris sphaerã nequit ad consumendum penitus aeris elementum. Hæc autem, quæ accidunt in hac parte terræ habitabilis, in qua nos sumus inter æquinoctialem, & polum arcticum septentrionalem veniendo à linea æquinoctiali versus tropicum cancri: accidunt in alia medietate mundi.

*Aduerte p contrariis temporibus accidit istas hyes ver, & autumnus in septentrionali, & in meridionali plaga.*



mundi, quæ est ab æquinoctiali linea, vsque ad polum antarcticum, quæ est declinatio meridiana, & est in ea tropicus Capricorni, sed contrariis partibus accidit. Nã quæ apud nos accedit, cû nobis ver, & æstas est, accidit illis dum est nobis autumnus, & hyems: & quæ apud nos sunt, cûm nobis autumnus, & hyems est, accidit illis, quando nobis ver, & æstas est. Causa huius notissima est. scilicet tanta est declinatio solis ab æquinoctiali contra caput Capricorni, siue tropicum, quæ est declinatio meridiana, siue australis, quanta est declinatio solis à linea æquinoctiali versus tropicum Cancræ, quæ est septentrionalis, & super nostram habitabilem terram, & est ista declinatio, vel latitudo contra polum arcticum. Quod tamen nobis vno tempore accidit, eis alio contrario tempore fit: quia declinatio australis, & septentrionalis, secundùm quas causantur istæ diuersitates, sunt in temporibus contrariis. De locis autem, & locationibus, actionibus, & corruptionibus, & naturalibus ponderibus, & leuitatibus elementorum ad determinationem locorum, aliique eorum proprietatibus plurimæ speculationes altissimæ, & magni dulcoris, & in fundamentis naturæ haberi possent: in quibus magna ex parte altissimi Dei sapientia in horum ordinatione proditur, de quibus non est nostri amplius dilatare sermonem: quoniam nimis disgregari cogemur. De his Boetius sequens Platoniam positionem loquebatur in tertio de Consolatione metro nono. quod incipit. O qui perpetua. cûm ait.

*Tu numeris elementaligas, vt frigora flammis, Arida conueniant liquidis, ne purior ignis Euolet, aut mersas deducant pondera terras.*

Idest Deus colligauit elementa inter se in proportionibus numeralibus, scilicet quòd inter duo elementa habentia contrarietatem solidam nõ sit vnio, nisi per duas medias qualitates alterius elementi, sicut in numeris solidis, quos cubos Græcè appellare consueuimus, se habet arithmetice, vt inter duos cubos semper necessarium sit reperiri duos numeros planos, qui se habeant in proportione continua cum duobus cubis, sicut inter octo, & viginti & septem, qui sunt duo primi cubi, quorum primus ex binario, secundus ex ternario insurgit. Duo numeri piani reperuntur continuo proportionales, scilicet duodecim, & decem & octo, qui se habent mutuo in proportione sexquialtera. Et sicut in numeris planis, quos quadratos appellamus arithmetice, semper necessarium est inter duos quadratos proximos vnici duntaxat reperiri proportionalem numerum linealem: ita & inter duo elementa habentia contrarietatem superficiale, & non solidam, vnã qualitatem præcisè reperiri necesse est. De numeris patet, vt quaternario, & nouenario, qui primi numeri superficiales, siue quadrati sunt: quorum vnus ex binario alter vero ex ternario insurgit. Reperitur vnus numerus superficialis, scilicet senarius, qui istis in proportionalitate continua se habet, scilicet in sexquialtera. De elementis patet, quia primam oppositionem solidam, siue cubicam habent ignis & aqua: aer & terra: ideo inter duo quælibet horum intercedit vnus elementum, quod duas qualitates proportionales habet ad duo alia elementa solidam habentia contrarietatem. In elementis habentibus proportionem superficialium numerorum, scilicet quadratorum, quæ sunt elementa coniuncta secundum situm solum, intercedit vnus medium proportionale, scilicet vna qualitas, & non aliquod elementum, vt inter aquam & terram: aerem & ignem. Nam inter aquam & terram proportionalis est frigiditas: inter aerem & ignem medium est caliditas: & ista

sunt proportionalia in qualitate illa. Et hoc fit vt frigora flammis conueniant, idest vt elementa frigida & calida conueniant, scilicet aqua & ignis, quæ habent contrarietatem solidam, & habent medium elementum aeris, ne si simul ponerentur, corrumpentur abinuicem. Et hoc etiam fit, vt arida liquidis conueniant, scilicet terra, quæ est sicca conueniat aeri, qui est liquidus, idest humidus, scilicet quòd cûm habeant solidam contrarietatem, se penitus non destruant obistente situ. Et hoc etiam ne purior ignis euolet, scilicet quantum ad leuitates, & pondera elementorum, scilicet quòd ista sunt ordinata in proportione numerali: quoniam si proportionis modum excedant, ignis factus purior, idest excedens proportionem aliorum in leuitate, euolat dimittens contiguitatem ad alia elementa, & sic manebit vniuersum discontinuum. Vel pondera deducunt terras mersas, idest magis mergerentur terræ comprimendo se in se ipsas, & indurando præ nimia grauitate. Patet igitur de elementis, quòd sunt corpora composita, & non mixta: ideo cûm nullum eorum intra se contrarietatem solidam, aut qualemcunque habeat, nullum poterit corrumpi à se ipso; habet tamen quodlibet eorum ad alterum contrarietatem: vnũ igitur ab altero partim corrumpi poterit.

*De corporibus compositis alterius conditionis quàm sint elementa. Cap. LXVI.*

H

In superioribus dictum est, elementa duntaxat corpora composita, & non mixta esse. alia autem composita, & mixta erant, quòd quidem verum est in regione elementalium generabilium, & corruptibilium. Præter hoc tamẽ sunt alia corpora non mixta alterius conditionis, quæ composita sunt, & non mixta. Hoc quidem tam de planetis, quam de fixis astris, quæ de orbibus ipsis celestibus intelligendũ dixerim, hæc enim corpora composita sunt, quoniam eorum nullum est, quòd substantia simpliciter sit: quia substantia simpliciter spiritus est. Item nullum horum materia, aut forma, quia nullum horum per se stare valet: sed materia cûm forma, nisi forma spiritualis sit, vel ut animalis, quæ cûm forma humani corporis sit, per se stare potest. Quodlibet ergo horum celestium corporum ex materia & forma compositum est. Quamquam de materia celestium corporum, an sit eadem cum materia horum generabilium & corruptibilium, apud philosophantes dubium satis est: magis tamen rationi consentaneum est celestium, & elementarium corporum materiam eandem non esse, nec easdem habere condiciones. Ex hoc autem corpora celestia in se nullam habent contrarietatem: nullum quippe eorum in se qualitates habet solidam contrarietatem, aut aliqualem continentes, nec aliquod eorum qualitatem aliquam habet, quæ repugnet qualitati alterius corporis celestis: hac enim conditione in celestibus corruptio, aut in totum, aut in partem sequeretur, quòd falsitate notatur. Alia autem, quæ sunt composita, & mixta sunt, mixtio tamen eorum parua est: quia paucam habent in se diuersitatem valde propinquam vniformitati, & naturæ elementalium, quæ composita duntaxat est, mixta autem nequaquam. Sic est de lapidibus, & quibusdam mineralibus: vnde sicut elementa se ipsa non corrumpunt: sed in alterutrum in se agunt, ita & hæc se ipsa non destrunt. Si igitur aliquando corrumpuntur, à se quidem non patiuntur, sed ab extrinseco corrumpente: ideo sicut elementum terræ, quia compositum est, & non mixtum, perpetuum est, nisi ab aliquo agente extrinseco corrumi-

corrumatur: nam & lapides, & mineralia quædam perpetuari possunt, nisi ab extrinsecis corrumpantur: ita & si mixta sint, plenam tamen mixtionem non tenent. Sic quoque de auro, & argento, & ferro, similibusque dicendum est, quia imperfectam mixtionem habent. Hoc modo composita, & nullatenus mixta, aut composita, & habentia mixtionem imperfectam in se contrarietatem intrinsecam non habent: habent tamen contrarias qualitates ad alias res. Res admixte perfecta mixtione, atque composita sicut omnia animalia, & plantæ, quamquam plantæ infimum gradum per se mixtionis habent, intra se contrarietatem habent. Ex hoc autem contrarietate inducitur, scilicet quòd mixta perfecta mixtione ab intrinseco corrumpentur, etsi nihil illis obstitit corruptiuum: composita autem, & nõ mixta, aut mixta imperfecta mixtione ab intrinseco corrumpi nequeunt, sed si in eis aliquo modo corruptio inducatur, necesse est, vt ab altero inducatur.

*In Deo nulla est contrarietas.*

*Cap. LXVII.*

Nunc verò ad inceptam prius illationem redeamus, quæ dulcedine speculationis de habitudine elementorum aliquandiu dilata fuerat: omnis corruptio per contrarietatem fit, & in eo quod contrarietatem nullam habet, corruptio nequaquam fit. In Deo autem contrarietas nulla fit: fieri igitur in eo corruptionem aliquam impossibile est. Quod autem in Deo contrarietas nulla sit patet: fit enim in aliquo dupliciter contrarietas, quia aut tota est in eo. s. vt intra se sint duæ qualitates, aut plures, quæ mutuo oppositio nem habeant: aut pars contrarietatis intra se est. s. vna qualitas, quæ oppositionem habet ad aliam qualitatem quæ in aliqua alia re est. Secundum oppositionis contrarietatis modum conuenit compositis, & non mixtis, aut mixtis quidem imperfecta mixtione. Primus autem modus rebus compositis, & perfecta mixtione compositis pertinet. In Deo tamen compositionis, aut mixtionis nullus modus est: nam quòd mixtum, aut compositum est, corpus est, aut corporeum: Deus autem nec corpus, nec corporeum quidquam est. in eo igitur compositio, aut mixtio nulla erit, & consequenter nulla corruptio. Si enim in corporibus celestibus corruptio nulla est, sicut omnes de natura loquentes attestantur, & ponit Aristot. 2. de celo, & mundo, à fortiori de Deo dicitur, quòd incorruptibilis sit, cûm perfectior omnibus entibus sit. Amplius autem Deus corruptionem suscipere nequit, quia corruptio est passio: ipsa autem ab aliquo agente semper illata est: agens autem potentius est semper patiente: Deo tamen potentius nihil esse potest. nihil ergo in Deum agere valet, & consequenter, nec corrumpi. Item in eo quod corrumpitur, aliquid definit esse, & alterum permanet: in Deo autem non est aliquid, quod desinere esse queat altero permanente, cûm totum esse suum vnũ, & simplex, atque indiuisibile sit: corrumpi ergo Deus nequit. Huius inductionis maior patet, nam cûm aliquid naturaliter corrumpitur, forma eius non manet, materia autem esse nunquam definit, cûm ingenerabilis, & incorruptibilis sit, vt inducit Aristot. primo Physicorum. Forma autem, & si interdum permaneat, vt in forma humana, cûm deficiente homine adhuc anima permaneat, dicendum est, quod ibi aliquid tollitur, scilicet vnio animæ, & corporis, & ipsum compositum resultans iam non est. Item illa corrumpi possunt, quæ esse ceperunt, & esse firmum non habent: Deus autem esse non cepit, quoniam ab æterno est, esse quoque suum perfectum omnibus rebus est: corrumpi et

*Alph. Toft. Par.*

ago Deus nequit. Ex præmissis ergo illatum est, quòd quemadmodum Deus genitus nõ est, ita & corrumpi nequit. Hi autem erant duo imperfecti motus.

*Quod augmentationem in Deo suscipi impossibile est.*

*Cap. LXVIII.*

PERTRANSITIS igitur motibus improprie dictis, de eis, qui motus proprie appellantur dicendum est. In his autem primus est augmentatio, cûm aliquid tendit à minori quantitate in maiorem, iuxta Aristot. 5. Physicorum cap. 4. hunc autem motum in Deo suscipi impossibile patet: nam augmentatio in corporeo est, Deus autem corporeum quid non est: augumentari ergo nequit. Item in augmentatione quantitas continua suscipitur, sed in Deo quantitatem continuam suscipi impossibile est: augumentari ergo eum nullatenus esse potest, in Deo autem quantitatem continuam recipi non posse patet, quia quantitas conditio corporis est: Deus autem nec corpus est, nec corpus habet. Item augmentatio fit per alimentum quersum in substantiam animalis aliti. s. in carnem, & sanguinem per maiores partes. quæ sunt deperditæ in Deo nõ hoc non est, quia non alitur, nec alimentum eget: alimentum namque ad aiatatum rerum seruationem est, quæ sine alimento conseruari nõ poterat: Deus tamen alimentum nõ conseruat, quia esse suum manens est, nec aliqua re indiget. Item quod alitur, & nutrimentum recipit, habet stomachum, in quo ei bus recipiatur, aut aliquid loco stomachi, saliqua concavitatem, qua recipiatur cibus digerendus: in Deo tamen nihil tale est, cûm in corporeo sit, non igitur alimentum indiget, nec stomachum habet. Item si Deus maiorem quantitatem suscipere posset, quousque illam acciperet, esset in potentia ad aliquid, & Deus tamen totum suum esse perfectum habet, cûm nihil ultra habere possit quàm habeat: in Deo igitur mutationem ullam secundum augmentationem fieri impossibile est. In Deo quoque diminutionem fieri impossibile est, quàm secundum motum proprie dictum appellamus: nam diminutio fit secundum quantitatem continuam: in Deo autem quantitatem continuam nullam esse liquet, diminutionem ergo in eo fieri impossibile est. Item quamquam motus secundum se, aut in se aliquam dicat imperfectionem, quæ in Deo satis est excludenda cuiuslibet loquenti: cõcessio tamen aliquo motu magis augmentationem esse fateremur, quoniam augmentatio perfectionem: quandam notat. conuenientius igitur Deum crescere quàm diminui fateremur. In motibus autem proprie dictis tertius est alteratio, quæ est variatio ab vna in alteram qualitatem, vt Aristot. ait Physicorum lib. quinto cap. quarto. Huc motum accidere Deo impossibile est. Nam motus ab vna qualitate in alteram, aut est in caloribus, & saporibus, odoribus, & vocibus, frigiditate, caliditate, & similibus, quæ sunt in tertia specie qualitatis, & sunt obiecta sensitiuarum potentiarum: aut erunt alie qualitates. Si autem de his sensibilibus loquamur qualitatibus, dicendum est, in Deo non esse motum alterationis ad tales qualitates: oes tales qualitates corpus præsupponunt, cûm in corporeo sint: in Deo autem corpus non est, cûm incorporeus sit, in eo igitur secundum hoc motus impossibilis est. Si autem alias assumamus qualitates, quæ verius passiones sunt: quamquam modum qualitatum gerant, sicut tristitia, & gaudium, spes, dolor, & timor, desiderium, abominatio. Dicendum est, in Deo nullam talium fore qualitatum: omnes enim hæc imperfectionem magna dicunt diminuentes à tanto bono, quantum in Deo cõs ponit aiorum perceptio,

*1 2 aut*

Duplex in aliquo est contrarietas.

Corpora celestia non sunt mixta sed composita.

Nulla penitus contrarietas reperitur in corporibus celestibus.

aut sapientiam concludit illatio; nam quod interdum F letum, interdum verò triste est: nunc dolores nunc desideria sustinet, in se bonum summū non habet., quod in Deo ponimus: alia autem huiusmodi inducitur rationes multę haberi poterāt, de quibus in præfatu sufficiant, quę dicta sunt.

Quod Deus non localiter moueatur. Cap. L X I X.

Q V A R T V S in motibus proprię dictis modus secundū locum est, qui ab Aristote. in quinto Physicorum latio vocatur in cap. quarto. Hunc motum Deo aduenire impossibile est: nam id secundū locum mouetur, quod locum accipit locum relinquens: in Deo autem tale quid assignari nequit, in Deo igitur localem mutationem impossibile fore liquet. Quod autem Deus nequeat vnum locum relinquere alterum sumens, apparet quoniam tunc aliquis locus foret, in quo Deus non esset, quod falsum est. Sic patet Ieremię vigesimo tertio capit. Cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus. Item cum aliquis est in loco, quem adipiscere cupit, non mouetur: Deus autem vbicunque esse vult est, locum ergo non mutat, nec ad locum tendit. Huius inductionis maior patet, quia locus, ad quem quisquā mouetur, est terminus motus sui, & cum eum acquiserit, cessat motus: quod autem Deus sit vbicunque esse vult patet, quoniam non esse potest velle nisi in locis, qui sunt, sed nullus locus est, in quo Deus non sit, quia cælum, & terram implet: nullus ergo locus esse potest, in quo esse velit, & consequenter mutari secundū locum nequibit. Amplius autem localiter nihil mouetur, nisi loco cedēs locum accipiat, sed Deus nequit locum relinquere, aut accipere: moueri ergo illum impossibile est. Deum autem loco cedere, aut locum accipere non posse patet, quia Deus locum habere nequit, cum sit in loco solum corpus iuxta Arist. diffinitionem quarto physicorum. si locus est vitima superficis corporis ambientis: Deus autē corpus, aut corporeus non est, in loco igitur esse eidē non contingit: hoc modo nec locum perdere, nec acquirere potest: motus ergo secundū locum ei aduenire non valet. Item locus rem locatam perficit, cū locus ponatur principium conseruationis: Deo ergo in loco posito aliquam ei conseruationem, & perfectionem prouenire ex loco necesse erat: Deus tamen à nullo perfici potest, quoniam sic id, à quo Deus proficitur, Deo perfectius foret, quod humana conceptio abhorret: Deus igitur in loco esse nequit, & cōsequēter nec moueri ad locum. Item cum aliquid priorem locum mutat, si secundū rationem mouetur, ad aliquam acquirendam perfectionem, quā in priori loco non habebat, mouetur: hęc autem in loco, ad quem tendit sibi possibilem, aut futuram sibi arbitratur.: alioquin hunc motum vanum appellari ius est. Dato ergo locali motu in Deo, inquireretur, an moueatur ad inquirendam aliquam perfectionem, quam non habeat, aut ad nullius perfectionis acquisitionem mouetur. Si autem nullius perfectionis acquirendę causa factum in eo motum altruxerimus, vanum, atque stultum fore motum necesse est, quod concessu, & auditu indignissimum. Si autem alicuius acquirendę perfectionis occasione moueatur, aut illam perfectionem per motum recipit, aut non. Quod si per motum in eo perfectionem acquirendam censuerimus, eum ante hoc imperfectum fore constabit, quā ei aliquid bonum aberat, quod concessum quodlibet nō meretur. Quod si Deum ad aliquam acquirendam perfectionem moueri fateamur, cum in illam perfe-

Deum nō esse in loco.

tionem non acquirere, inquireretur, an illam perfectionem acquirere possit an non. Si autē eum perfectionē hanc acquirere posse concesserimus, acquirere tamē nolle, fateri necesse est motum suum ad nihil proficere velle, quod motum vanum, atq; stultum efficit: hoc autem Deo repugnat. Si autem Deum acquirere pelte perfectionem fateamur, acquirere tamē non posse dicamus, confiteri necesse est Deum rebus naturalibus imperfectiorem fore: naturalia quippe mouentur, & per hos motus perfectiones acquirunt. ad quas illa conditio speciei, aut agentium excitatiua inclinavit: Deus autem si perfectionem illam ad quam inclinaretur acquirere non valeret, imperfectior naturalibus cunctis rebus existeret. Amplius autē si Deum ad acquisitionem alicuius perfectionis moueri fateamur, quā acquirere impossibile sit, aut scit impossibile sibi fore illam adipisci, aut nescit an adipisci contingeret: si autem fateamur sibi constare impossibile fore acquisitionem eius, ad quā mouetur, inutile, atque prorsus stultum fore hunc motū constat: nemo quippe ad quidpiam moueri debet, si illud sibi acquiri impossibile arbitratur. frustra tamen, & stultum agere quidquam, à Deo longe est. Quod si fateamur nescire Deum, an perfectionem ad quā mouetur acquirere possit, immane inconueniens est: hoc pacto Deum insipientem fore cōiunctur, quod absonum est: patet ergo Deum moueri non posse: ex prælibatis ergo licet longa inductione conclusum patet, Deum moueri non posse: iste igitur serpens, qui Christus vt Deus erat, motus non fuit.

Pars sexta metaphora quartę, scilicet, Serpens, qui audiuit. Cap. L X X.

H V I V S quam sepe nomino quarti Paradoxi partem sexta est. Qui audiuit, scilicet quod serpens iste audierit, & quā Christum hunc serpentem esse concessimus, de eo quod audierit concedere necesse est. Quod autem Christus aliquando audierit, dubitari irrationabile videtur: audire namque potentia audituque actus est: in Christo autem audituū constat esse virtutem, liquet ergo quod audierit. Quod autē in Christo audituua potentia fuerit, liquet: nam visiva, audituua, gustatiua, odoratiua, & tactiua potentia in omnibus perfectis animalibus sunt, quę habent extremum gradum animę sensitiaę inter animata non rationabilia, quanto igitur differentius, quod rationale animal est, has potentias sensitias habebit: de Christo autem huiusmodi erat, cum verus homo foret, de ipso ergo constat, quod audiuisset, cum haberet potentiam sensitiam. In hoc autem dubitari quidē radicem nullam habet: nisi fortassis Christum hominem verum fuisse disteamur, eum corpus phantasticum accepisse asserentes, scilicet si veram carnem de virgine, vt Ecclesia perhibet, non sumpsisset, sed corpus sibi formasset de aere. Si autem huiusmodi habuisset corpus, audire, & videre, ceterę quoque sensationes impossibiles ei forent, vt late differuimus super Exodum cap. septimo, & vigesimo, cum dicebatur, quod cum angeli nobis apparentes corpora de aere fabricata sumunt, quamquam ibi oculos, & nasum, aures, ceteraque corporis humani lineamenta, & distinctiones extrinsecus habeant, sicut nos habere dignoscimur, audire tamen nequeunt, & videre, odores quoque feridos, aut suauis nec percipiunt, nec discernunt, gustare autem nihil possunt, & si ori suo applicuerint, aut introrsum velut deglutiedum transigendum transierint, tactiuam quoque nullam experiuntur qualitatem. horū autē naturalia fundamenta, & obuiātia quoque, atq; solutiones ibidē explicata sunt.

Angeli asserentes corpora phantastica.

De

De Christo tamen nemo rationabiliter asserere valet, eum phantasticum corpus assumpsisse: ipse siquidem pleraque veritatis naturę humanę in seipso signa dedit. Si enim Christus phantasticum ex aere confectū habuisset corpus, sanguinem de illo profuere impossibile erat: de Christo tamen frequenter sanguineus profuxit humor. Primò autem defluxus ab eo emicuit cruor in circuncisione sua: nam abscissa particula carnis sue ab eo, sicut à ceteris paruulis circuncisis sanguis efluxit. Quod si in eius circuncisione nullus profuisset cruor, cuncti, qui eum circuncidi conspexerunt, eum non fuisse hominem manifesto sibi cōiuncterent argumento: in ceteris namque sanguineus profuebat humor, cum circunciderent. Item qui eum tunc conspexerunt, ceterique quibus hoc notum foret, eum tanquam alicuius mali prodigium, aut monstrū existimarent, vel ex eo aliquod aliis instigendum malum, cum illum hominem esse nullatenus arbitrarentur. Hoc autem lucidissime in Iudæis causam habet pessima suspicandi: cum eum nouam, atque inauditam proferre doctrinam conspicerent, non concordātem per omnia legi Dei per Moysen datę. Arbitratu ergo satis dignum erat eum demonem fore corpore indutum phantastico cum hominibus cōuersantem, vt docendo cunctos deciperet: hoc tamen neminem Iudæorum arbitratum fuisse accepimus: ipsi tamen quodcumque verisimile, etsi in paucum malum existimarent, & quę de Christo contestati sunt, quippe, quę eius erant emuli: hoc tamen de eo dictum non est, sicut alia improperia, quę verisimilitudinem non habebant, dicta referunt Euāgelistę. Apparet ergo Iudęos nihil horum existimasse. Si tamen de Christo circunciso nullę guttę sanguinis defluxissent, hęc & ampliora arbitrati fuissent mala, de eo igitur circunciso sanguis, vt de ceteris fluxit.

Christus non habuit corpus phantasticum. Cap. L X X I.

A M P L I V S autem si aereum, atque per hoc phantasticum Christus corpus assumpsisset, dū illud habuisset, manibus atrectari a quoquā impossibile erat. Nam corpora de aere formata hoc habent, vt audiri clamantia, & videri quęant, manibus tamen, aut pedibus atrectari impossibile sit. Cuius ratio est, quoniam aer corpus solidum non est, & tactui resistēs sicut carnes, & ossa, ceteraque similia. Christus tamen palpabatur, dum inter homines conuersatus est, multotiens quoque huc, atq; illuc pulsatus, & atrectatus dicebatur: corpus igitur aereum non habet, sed verā carnem, & ossa. Sic habetur Luc 8. c. cum iret Christus in domum archisynagogi, vt sanaret filiam eius: nam tetigit eum quādam mulier, quę à duodecim annis fluxum sanguinis patiebat: cunq; Christus inquisisset, quis me tetigit: ait Petrus, & qui cū illo erāt: preceptor, turbe te comprimunt, & affligunt, & tu dicis, quis me tetigit. Ecce omnes, qui cū Christo tunc erāt, ei inquirenti testimonium perhibuerunt, quod tangere, & comprimeretur: si tamen aereum assumpsisset corpus, comprimere nequiuisset, quoniam cuiuslibet substantia solidę comprimere volenti cessisset: sicut nos in aere communi experimur: verum ergo de carne, atque ossibus solidum corpus habebat. Item Christus post resurrectionem suam sacratissimam manibus discipuli sui Thomę de resurrectione dubitantis in veritatis, atque fidei testimonium atrectatus est. Cunq; apud eum stetisset Christus, ait: Infer digitum tuum huc, & vide manū meam: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Post hoc autem Thomas misit digitum, & man-

Alph. Tost. Parad.

num iuxta præcepta Saluatoris in assignata loca, & tetigit: sicut patet ex sequētib; verbis Thomę, & Christi. subiunctum est enim. Respondit Thomas, & dixit: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus, quia vidisti me Thomę, credidisti, idest quia palpasti me. De his Ioan. vigesimo capitulo. Si tamen Christus corpoream substantiam de aere assumpsisset, atrectari Thomę manibus nequiuisset. Hoc idem inferri patet ex his, quę Christus ad discipulos ait, post resurrectionem suam: introierat Dominus Iesus ad eos Ianuis clausis: ipsi enim conclusi erant propter metum Iudęorum, ob hoc existimauerunt corpus habere phantasticum, & non esse Christum: nam de Christo quin corpus verum haberet, nulli eorum in ambiguo vertebatur, vt quippe, qui magno tempore cum eo conuersati fuerant: sed an ille esset Christus ambiguum videbatur: ipse autem tollere volens hęc infirmorum adhuc cordium suspensionem, dixit eis, vt tentarent corpus suum, quoniam si phantasticum corpus foret, carnes, & ossa solida in eo non inuenirent. hoc tamen in eo viderunt. De his Luc. capit. vigesimo quarto, cum dicitur: Conturbati, atque conterriti existimabant se spiritum videre: & dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: spiritus enim carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. & cum hęc dixisset, ostendit illis manus, & pedes.

Siquis spiritus aereum corpus sumpsisset, atrectari, aut apprehendi non poterit. Cap. L X X I I.

E X verbis Christi necessariò colligitur, quod si aliquis spiritus corpus aereum sumpsisset: & si aliqui eum atrectare, atque comprehendere moliantur, impossibile erit: vnde cum se quidquam apprehendisse, ac tenere extimauerint, nihil se tenere conspicient, quia reuera nihil comprehendunt. Hoc autem in Christo è contratio accidebat: si tamen spiritum aereum corpus assumentem in corpore illo atrectari diceremus possibile fore, atque solidum atrectanti, vt corpora nostra videretur, tactui non cedens, verba Christi omni sententię pondere vacua erant: nec cuiusquam efficacię argumento suo esse pateret. Nam si corpora de aere sumpto æque vt solida ex carne, & ossibus corpora atrectari possent: nō respondebat ipse Apostolorum ambiguitati, scilicet an phantasma, vel corpus verum foret: nec suum in hoc concludebat intentum dicens: tentate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet. sicut me videtis habere. Nam contra naturam si quid phantasticum corpus esset, atrectanti solidum videretur, sicut vera corpora animalium ex carne ossibusque constantia, nulla in hoc esset distantia veri, aut phantastici corporis. quam ob rem verba Saluatoris irrationabiliter dicta forent, nihilque proficerent. hoc autem absurdum cuiuslibet patet. Dicendum igitur vera animalium corpora atrectari posse, nec tactui cedere. Corpora autem de aere formata à nullo tangere volente atrectari posse, & si tangi large contingat, quoniam & hunc aerem communem tangere dicimur, extensionem namque habet: secundū quam contactus fiat. De Christo autem non solūm, quod quis eum tetigerit, sed quę etiam verē, & à multis atrectatus fuerit confitemur, ipse igitur verū de carne, & ossibus habuit corpus. Amplius autē hoc apparet in sanguine effuso de corpore eius: de corpore tamen phantastico sanguis nullus esluere potest: de Christo tamen sepe sanguis abundans profuxit, quā apparet in circuncisione.

Vera animalium corpora tactui minime cedūt.

1 3 Pręter

Præter hoc autem in oratione, quã ad patrem fundebat ingruente passione, cum tota corporis Christi moles magnis concutiebatur angoribus, dicente ipso. Tristis est anima mea, usque ad mortem, id est tantum tristior, ac si moreretur, vel occideretur, ut habetur Matth. 26. Tunc enim crescente amaritudinum mole, nec iam Saluatoris nostri Iesu tenero perferente corpore, collo tantam conflantium, ut videbatur affectionum commotionem, sanguineas exsudauit guttas. De hoc Luc. 22. c. cum dicitur: Apparuit autem illi angelis de celo confortans eum: & factus est in agonia, & prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrunt in terram. Efundit quoque sanguinem sacratissimum, cum flagellis cæsus est, cum spinis punctus est, spinea corona capiti reuerendo imposta: cum in pedibus, & manibus clauorum fixuras suscepit. Nec duntaxat istæ sanguinis effusiones factæ sunt de corpore Christi benedicto, quæ ad eum uiuentem pertinebant, sed eo quoque exanimato in cruce pendente ad solis occubitum miles Pilati lancea latus eius aperiens, sanguini & aquæ effluenti abundantissimè viam fecit, ut omnes Euangelistæ testantur. Corpus ergo Domini Iesu verum de carne, & ossibus constitutum patet: nec de aere fabricatum fuisse, ut quidam insani hæretici fabulantur. Ex his quoque infertur eum audiuisset, quoniam auditum haberet potentiam, & organum determinatum ad hoc, cum perfectus, & verus homo existeret, in omnibus partibus corpore substantiæ integer, nec monstruosus. Sic ergo quoque liquet hunc serpentem audiuisset. Quia Christus, qui verus serpens erat, audiuit.

*Pars septima metaphora quarta. s. Serpens, qui non audiuit.*

*Cap. LXXIII.*

**P**RAEFATAE quartæ metaphora particula septima est. Qui non audiuit. Hoc autem ad Christum, qui serpens erat referri necesse est. Sed quæ de eo, ut verus homo erat, quod audierit solidè indubium est: de eo igitur ut Deus est, identidem inducendum est, quod non audierit. Hoc autem inducitur: nam ut quis audiat, organa auditivæ potentia in eo exiguntur, ipsa quoque virtus auditiva, secundum quã causatur auditio: in Deo autem, nec auditivam potentiam, nec organa audiendi esse patet; eum igitur audire quidquam impossibile est. Hoc autem amplius patet: quoniam potentia auditivæ organa corporea sunt, determinatam figuram obtinentia: in Deo autem corporeum nihil assignari potest, nec igitur organa habebit, nec auditio in eo erit possibilis. Item audire, & videre, & omnes actus potentiarum sensitiuarum passionum sunt: passionem autem in Deo nullam contingere possibile est, audire ergo nequit. Huius positionis maior patet, quoniam omnes potentia sensitiuæ passivæ sunt iuxta Aristoteli positionem, & aliorum de natura loquentium: ex potentia autem passiva necesse est passionem semper sequi: in Deo autem passionem nullam fore probatum est supra in tertia metaphora super partem, qui non partebatur. Item in audiendo recipit animal aliquam speciem, quam ante non habebat: in Deo autem nihil esse possibile est, quod ante non fuerit, audire igitur in illo impossibile est. Huius inductionis, maior patet: nam audire duntaxat in hoc constat: ut audiens recipiat speciem eius soni, qui causatur. Quod autem nihil in Deo taliter recipi possibile sit apparet, quoniam istæ species sunt, ut id, quod eas recipit, per eas sentiat aliquid, quod aliàs non sentiret, aut intelligat aliquid, quod aliàs intelligi ab eo impossibile erat.

**F** In Deo autem nihil tale accidit, quoniam perfectio aliqua de nouo accidere potest ei, quod imperfectum est: quod autem usquequaque perfectum est, ex nulla parte noui perfici potest, alioquin perfectus ante simpliciter non fuisset: Deum tamen totaliter perfectum omnes astruunt: audire ergo in eo impossibile est.

*Obiectio, & alia quadam.*  
*Cap. LXXIII.*

**C**ONTRA ea, quæ dicta sunt, aliquis molitur: tota namque sacra scriptura exemplorum plena est. Sic Psalmista Psalmo quinto ait: Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Et in Psalmo sexto, Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit. hæc enim totam sacri canonis scripturarum continentiam replent. Deum ergo aures habere, & audire patet. Ad hoc respondendum est, impossibile fore Deum aures habere, vel audire: aures siquidem substantiæ corporeæ partes sunt, Deus autem, nec corpus est, nec aliquid corporeitatis habens. Hæc tamen ad sacra scripturæ modum pertinent: ipsa quippe ut nos intelligere valeamus, sic exprimit: omnis enim sacri canonis scriptura ad eruditionem nostram facta est, ut nos per eam regulati Deo subditi simus, & felicitatem, quæ omnium agibilium humanorum finis est, adipisci valeamus: in quam quoque omnia desideria nostra terminantur, dicente Boetio de Consolatione libro tertio, prosa tertia: Si autem sacra scriptura à nobis intelligi non posset, nequaquam proficere posset: oportuit ergo sacrum canonem sub tali verborum forma, & sententiarum tribui habitudine, ut nobis intelligibilis esset. Si tamen sacra scriptura cum de Deo loquitur, si loqueretur, ut in Deo res se habet, nullus humanus intellectus quantumcunque naturaliter dispositus ad intelligendum in talibus intelligere sufficeret. Præter hoc autem ad hoc exprimendum verba nobis nulla subessent: nam cum in Deo nulla vicissitudo sit, ut habetur Iacobi capit. primo, nec temporum variatio, & quidquid in eo est, præsens, & simplex est, necesse est, ut verba, per quæ de Deo loqueremur, non significaret per modum præteriti, & futuri, apud nos tamen nulla talia verba sunt, omnia quippe verba tempora habent, tanquam proprietatem eorum: & per modum fluxus, & fieri essentialiter signant. Si igitur proprie quidquam enunciat re cupiamus, impossibile profus fuerit, ut per verba nostra quidquam de Deo affirmetur. Ob hoc autem ea, quæ Deo conueniunt, ineffabilia dicuntur: quoniam & si per intellectum nostrum aliquid intelligi de Deo contingeret, abstrahendo ab omni conditione motus, & materiæ, & temporaneæ vicissitudinis, eorum tamen illud non datur, quia verba taliter exprimentia nulla sunt. Infertur ergo, quod cum sacra scriptura de Deo loqui voluit: non debuit sequi proprietatem eorum, quæ de Deo enunciare vult, sed quod in Deo sunt: sed quia nos corporei sumus, & intellectus nostri substantiæ spirituales clausæ membris, & intelligendo consequentes aliquam conditionem corporum, necessarium fuit, ut sacra scriptura nobis aliquid de Deo proponens, aliquo modo de eo loqueretur tanquam de aliquo corporali, habente quoque corporum ceterorum conditiones. Vnde cum audire, & videre, & ceteræ sensationes sint proprietates corporum quorundam, de Deo in sacra scriptura hæc prædicantur: quamquam Deus, nec audiat, nec videat, vel simile quid habeat.

*Alia*

*Alia ratio cur sicut dixerat scripti sunt sacri canones.*  
*Cap. LXXV.*

**A**MPLIUS autem nisi hoc metaphorarum, & troporum modo sacer canon scripturæ vteretur, quædam de Deo perfectiones prædicamus, quarum modum in Deo assignare communiter hominibus non contingeret. De Deo enim quod rector sit vniversi: & prouiderit, atque disponat omnia, quæ fiunt, affirmamus: hoc autem quia fieri nequit, nisi Deus cuncta intelligat: cum non intelligentem dirigere aliquam actionem impossibile sit: prudentia quippe domina est, quæ cuncta diriguntur, ut ait Ethic. lib. 6. afferimus ergo Deum cuncta intelligentem. Et quoniam nos intelligimus, quæ videmus, audimus, aut qualitercunque sentimus. Et quod non audimus videmus, aut aliquid sentimus, intelligere impossibile est. Conformiter in Deo arbitramur, quod ipse omnia intelligit, quod omnia videt, omnia audit, omnia sentit qualitercunque: sacra igitur scriptura hoc modo confitetur Deum omnia videntem. Sic Salomon ait, & habetur prouerbiorum 15. cap. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Ex hoc igitur Deum omnia videt esse patet: Deus tamen nihil videt, quoniam potentiam visivam non habet, nec actum videndi, nec organa visiva: nullum ergo locum Deus videt. Idem loquens modus in sacra scriptura circa auditum est: nam omnibus hoc innotuit, ac quasi cõnatum est, ut cum affligantur immeriti, nullamque humana ope sentiant releuationem, ad Deum preces luctuosas, & querulas fundunt. Si tamen eis hoc institum foret, Deum nihil audire posse, nulla ratione ad Deum suas funderet querimonias: nec magis ad Deum, quã ad lapidem, vel lignum clamarent. Identidem autem in necessitatibus cunctisque amaritudinibus homines nulla aliorum ope adiuti diuinum implorant suffragium, orantes sibi talia, aut talia fieri. Præter hoc autem affectus suos homines verbotenus Deo produnt. Si tamen existimarent Deum horum nihil audire, ad eum nihil, nec querimonialiter, nec supplicatorie proclamarent: desideria quoque explicare non curarent. Hæc enim omnia vana penitus arbitrantur: communis ergo singulis conceptio est, quæcumque nos dixerimus Deum audire. Hoc modo sacra scriptura Deum aures habere, & quæ dicuntur audire testatur. Sæpe namque preces nostras à Deo exauditas dicit: interdum autem eas nequaquam exaudiri profitetur. Sic patet Ioan. 9. c. scimus, quod peccatores non exaudiat Deus. Is autem modus est, quo in sacro canone Deus audire dicitur, & aures habere, quamquam ab re sit nihil, neque sic in rebus reperiri valet: sit tamen quoniam sic intelligentia nostræ condescenditur. Nec tamen in his modis quicquam arbitretur sacra scripturam mentiri. Nam quamquam Deum aures habentem nostrasque audientem preces introducat, non innuit nec iubet à nobis sic debere accipi, sed vult nos existimare hunc modum in ea introductum fore propter imperfectiorem intellectus nostri: quoniam ad speculanda ea, quæ de Deo enunciantur, non sufficeret, si aliàs ut proprie dici conueniebat dicerentur, in Deo tamen ut ad rerum proprietatem loquamur horum nihil est.

*Pulcherrima dubitatio circa dicta. Cap. LXXVI.*

**A**D hæc autem aliquis fortassis inquiret, cum Deus aures nullas habeat, nec habere possibile sit, ut quid vniversaliter ad eum in voce preces fundi, & quod coram ipso in voce affectus nostros, atque afflicti cordis nostri amaritudines proponamus. Horum namque nihil ipsum audire contingeret. In hoc autem ex his, Alph. Toit. Parad.

**A** quæ prædicta sunt supponendum est, Deum nihil audire posse, & aures nullas habere: omnia tamen, quæ nos in voce proponimus, Deum cognoscere patet. Nam velut cum aliquo proferente voces significatiuas alius audiens intelligit, quid ille voces significet: ita & quidquid nos verbo protulerimus, Deo nihil auditu percipiens solo intellectu diiudicat. Et sicut sonos melodiarum audientes per auditum apprehendimus vocem acutam, aurgrauem, altam vel humilem, armonicam, aut omni armonia carentem: ita & Deus solo intellectu vtens nullas habens aures, aut audiendi exercitium omnia hæc percipit. Identidem autem circa potentiam visivam accidit: visum enim an res alba, vel nigra sit, aut alterius coloris, magna, aut parua, distans an propinqua percipimus: Deus autem, nec visivam potentiam habens, nec visum vtens, an res alba, an nigra, an lurida, an distans, an propinqua sint, cognoscit. De ceteris autem accidentibus, quæ visum diiudicantur idem dicendum est. In auditu autem fit erit: nam cum nos ad Deum preces fundimus, aut amaritudines, atque desideria in voce proponimus, etsi Deus auditivam potentiam nullam habeat, hæc quoque non magis audiatur quàm si lapidi diceretur: quidquid tamen protulerimus orantes, aut conquerentes, ipse optime nouit perfectius adhuc quàm si ei villa audiendi daretur facultas.

*Dubitatio superius propositæ responsio.*

*Cap. LXXVII.*

**H**IS autem suppositis, quæ dicta sunt, scilicet quod Deus aures non habet, nec auditu vtens, omnia quæ dicuntur, solo intellectu suo perfectè intelligit, perfectius autem adhuc, quàm nos, cum suis intellectus purus sit, plura quoque hoc intellectu comprehendit, quàm nos omnibus his potentis sensitiuis apprehendamus. Conuenientius fortassis alicui videretur, ut nostras ei affectiones solo animo panderemus: preces quoque interius effusæ apertius viderentur, ut sic sola in eum interiore affectione eius misericordiam imploreremus. Sic quoque sola interiori cogitatione desideria nostra proponi possent nullo penitus verbo prolato. Hoc autem nobis facillimum est, cuncta quæ nos prudenter, aut indiscretè proferimus, interiori cogitatione comprehendere primò necesse est. Poterimus ergo faciliter cuncta concipere nullo eorum deriuato in vocem. Huic respondendum, effusas preces interiori cogitatione, aut questuosa desideria proposita, aut quascunque affectiones sola interiori imagine enarratas congruenter disponi, quæ tamè horum in vocem proponuntur, fructu non carent, fructuosiora enim hæc, quæ mens cum voce in publicum effert, ut communiter esse necesse est, quàm hæc, quæ sola interiori cogitatione peruoluuntur. In hoc autem ulterius dicendum est, quod quamquam Deo effundi preces nostras suffecerit eas solo interiori actu proponendo, nullo prorsus in vocem resultantem, quia ipse scrutatur renes, & corda, sciens quid vnusquisque in abdito pectoris sui gerat, etsi nullus ei illa intelligibilia expositione quadam reddiderit. Conueniens tamen est verbotenus preces effundere: Deus quoque in voce ad se orari iussit: quamquam ex hoc cuncta, quæ orauerimus, in vocem formare non tenemur. Ad hoc autem rationes fundamentales sunt, quarum prima est: Deus voluit ut homo, qui creatura sua est, ei obsequium exhiberet, cetera quoque creata ad hoc subdit vnusquodque iuxta ipsius sui conditionem, & capacitatem. Quantum autem aliquid huic diuino famulari abundantius applicatur, perfectius est, à Deo quoque gratius acceptatur:



ceptatur: & quoniam perfectius quis Deo exhibet famulatum, cum in eorum conamine seruit, quam cum ex parte suarum virtutum famulatur: decuit ut oratione modo oraret, quo magis omnes vires suas ad diuinum applicaret famulatum. Nam in oratione obsequij cuiusdam Deo genus exhibemus. Quia si quis ad Deum preces fundens, aut affectionem exprimens luctuosamue proponens quæritoniam, solo actu tacite cogitationis hoc efficiat, nullo penitus in vocem deriuato, solum Deo intellectum suum, & voluntatem proponit, alias omittens vires diuino cultui applicare. Conuenientius ergo orandi modus est quisquam alius, quo magis vires singulæ ad diuinum aliquid agere famulantur, sicut in intellectu, voluntate, & voce preces funduntur. Nam cum quis verbotenus orat, primo Deo obsequium exhibet in actu interiori intellectu, & voluntatis: nemo quippe quidquam ore proferret, nisi primo intellectus, quid proferendum sit, dictauerit: voluntas autem illud proponendum eligat, illudque executiuis potentis formandū proponendumque iubeat. Ite autem modus est, quo vniuersæ humanæ actiones principiantur per tria principia earum, scilicet intellectum, voluntatem, & sensum, id est executiuas potestias. De his Arist. Ethic. lib. 6. in principio. Tria sunt dominatiua actus, & electionis, intellectus, appetitus, & sensus. Post operationem potentiarum interiorum, scilicet intellectus & voluntatis in oratione, seruit Deo vox nostra in vocali oratione. Nam hæc quoque sicut actus interiores ad diuinum famulatum est: seruiunt quoque Deo in hac oratione virtutes interpretatiue, ceteraque locutionis organa in formatione vocum. Magis ergo Deus à nobis in oratione vocali colitur quæ in mentali, quoniam plura, quæ in nobis sunt ad Deum cultum in vocali quam in ea, quæ in actu interiori est duntaxat, applicamus, & Deo ampliore in corpore nostro famulatum impendimus, nullo in nobis existente, quod ad Dei cultum non assumatur. Quasdam alias ceremonias in ipsa oratione facimus, scilicet genua flectimus, & manus in altum tollimus: hæc enim humilitati cordis obsequium significant, in quo Deus nimis colitur proprie, quod Apostolus in oratione manus ad Deum tollendas admonebat. Sic patet prima ad Tim. 2. cap. scilicet: Volo orare viros in omni loco Ieuantes puras manus sine ira, & disceptatione. Genua quoque flectenda in oratione exemplo suo erudit, dicens: Flecto genua mea ad Deum patrem Domini nostri Iesu Christi. Adhuc autem, ut amplius quæ in Christi famulatum redigi possunt, omnes partes nostras redigamus, oculos in Deum orantes erigimus, & si vehemens deuotionis motus in nobis sit, aut feruens amoris stimulus, lachrymas dulcissimas ab oculis fundimus. Et quia hic orandi modus ceteris fructuosior est, ad huc nos incitat. Psalmista Psalmo nonagesimo quarto dicens: Venite prociadamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos: quoniam ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Ex his ergo euidenter apparet ampliorē Deo famulatum in nobis exhiberi, cum in voce preces effunderimus, aut luctuosas quæritonias protulerimus, singulaque desideria nostra voce explicuerimus, quam cum hæc omnia sola animi actione fiunt. Ideo quamquam Deus eorum, quæ dicuntur nihil auidiat: omnia tamen intelligat, conuenientius ad eum oratio spiritus nostri funditur, cum in vocalem laudem proponitur, quam cum in solam interiorem affectus nostri actionem Deo supplicatur.

Secunda propositæ dubitationis solutio.  
Cap. LXXVIIII.

**V**OCALIS orationis congruentius, quam in solo intellectu faciendæ causa secunda est: quoniam orantes quod desideramus, nobis fieri petimus, aut animi nostri amaritudines proponimus, vel cuncta desideria enarramus: sed nobis ipsis, qui hæc fundimus cuncta manifestiora redduntur, si in vocem illa protulerimus, quam si solo intellectu hæc fiat. Vocaliter ergo preces fundere conueniens est. Huius rationis vigor ex parte eorum, qui orant attendendus est: ad Deum namque nihil magis, aut oportet, aut expedit verbotenus orare quam interiori duntaxat actione proponere: nihil magis, aut minus, nihil planius, aut obscurius Deus, quæ volumus, intelligit, cum ei verbotenus desideria nostra narramus, quam si tacita cogitatione explicuerimus. Hoc autem apparet, quoniam Deum nihil audientem esse ex prædictis patet: nihil ergo ei vocali proclamatione poterit insinuari, si illud aliàs non intelligat. Amplius autem si Deo euidentiora desideria, & qualitates animorum nostrorum efficere, cum ei cuncta in voce proderemus, quam cum sola interiori cogitatione proposita foret: contingeret in Deo eruditione aliquid amplius notificari: quod absurditate plenum est. Item si euidentiora Deo fierent, quæ ei in vocem proponuntur, quam quæ secreta cogitatione seruantur, discerni in Deo necesse erat euidentius, & minus euidentibus, obscuris, & notis in intellectu. Quo fit, ut cum ei cordis nostri secreta in vocem proferremus, intelligere illa perfecte contingeret: cum verò sola cordis actione affectus nostros panderem, imperfecte intelligere eum necesse erat. Quo dato in Deo imperfectionem notabilem, motum quoque induci patet, quod concessum nostrum non meretur. Ad Deum ergo nihil differt affectus nostros tacita cogitatione tractari, quam in clamorosas voces emitti. Ad nos tamen, qui hæc coram Deo nostro proponimus multum differt: euidentiora siquidem nobis desideria nostra sunt, cum ea voce protulerimus, quæ si ea mentis cogitatione versemus: particularius enim preces, sensibiliusque, atque naturę humanę congruentius, in voce nostra proponuntur, quam sola intelligentia peruoluuntur. Hoc autem & si cunctis hominibus ex conditione humanæ speciei apprehendere nata per organa euenerit: abundantius tamen in simplicibus quam in peritis hæc fiunt. Hi enim vix se ipsos intelligent, si solo intellectu aliqua ad Deum fundant, excedit enim purum intelligere ad eorum rudem puramque sensibilitatem. Conuenientius ergo est, orationes nostras ad Deum, in voce fundi, quam intrinseca cogitatione tractari.

Tertia propositæ questionis solutio.  
Cap. LXXIX.

**O**RATIONIS verbotenus proponendæ conuenientius quam aliàs adhuc tertia causa est, ex deuotionis incentiuo. Orationes enim obsecrationes, & petitiones, atque affectuum enarrationes Deo factæ, ex deuotione acceptationem merentur: in quibus quanto amplius fuerit deuotionis incentiuum, tanto magis ponderans orationis obseruationis meritum erit. In eo ergo orationis modo preces fundi decuit: quo in deuotionis feruorem vehementius moueretur. Maius tamen ardoris cuiusdam prouocatiuū est, cum in voce preces nostrę fundunt, quam si illas in secreto nostri pectoris teneamus. In voce ergo orare conuenientius est. Hoc autem in patulū deducitur: quoniam vocibus ea à natura vis insita est, ut animorum prouocatiue sint: cum

Nihil melius Deus intelligit, quod voce profertur eo, quod mente a nobis concipitur.

Quantum armonia generosius animos efficiat.

Quid Arist. in Politicis de musica.

pertineant ad naturam animæ in quantum eius signa sunt: iuxta illud Arist. in primo Perihermenias. Sicut ea, quæ sunt in voce, earum, quæ sunt in anima passionum, notæ. i. voces sunt signatiuæ conceptuum, & apprehensionum interiorum: aliquæ ergo vigorem verba super animum habebunt, cum ad eius naturam pertineant. Hoc autem in Rhetoricis perspicuum est: verba namque dulcia congrua prolotione cum vultus reuerentia, ut concedet, & oculorum vigore, atque totius corporis, si illa expetunt, motu, recta quoque accentuatione per se placent: & si interdum in his sensus nullus ab auditoribus attendatur, aut si sic verba etiã seipsis hoc natium muneris habent, ut placere possint. Hoc autem apparet quoniam frequenter aliqua aliquid ponderis sententia rusticianis inculca verbis indeceteri ordine incongrua prolotione auditores nihil mouebit, nullas persuasionis vires habens: eadem autem prorsus sententia, quibusdam verbis composita, artificioso procedens ordine, congrua prolotione, atque corporis figuratione auditores efficaciter permouebit. De viribus autem eloquentiæ quid potuerit apud antiquos Tullius agit in prologo Rhetoricę veteris. Amplius autem verborum, & vocum quarumlibet efficaciam panduntur in musicis armonijs: namque debite modulata admirabiliter quodam excessiuo gaudio animos mouent: magnam quoque in desiderijs mutationem audire faciunt armoniæ. Generosius quippe animos. Liberos ab his, quæ parua sunt magisque iudentes eis, quæ magna sunt, secundum naturam nimis ista mouent, in dulci scientia illorum desideria, atque cogitationes eleuantes, quamquam ante auditas suaves has, & prouocatiuas armonias passionibus quibusdam, aut detenti, aut quodammodo depressi forent: trahunt enim eos iste armoniæ ad quædam honestissima multum excedentia hos non valde honestos passionales actus. Hæc autem permutationis efficacia, & motus factus ab auditis armonijs, non oibus inest: quoniam non inest omnibus generosum cor: est tamen hoc in cordibus naturaliter excellentibus natis magis, atque efficacius immutari per auditum, quam per tactum, qui inter ceteras sensationum vires materialior cunctisque animantibus terræ communior est, id profecto bonum differet est, quo paucorum est. His autem intente sentiebat in corde suo melodicarum efficacias magnus ille Arist. quem Deus ad altissimum ingenij gradum prouexerat. Hic autem iuuenum mores instituens in octauo Politicorum largè de melodijs egit, distinguens Doricam, & Phrigiam melodiam, quandam etatibus quibusdam conuenire faciens, aliam verò alijs, Phrigiam à iuuenibus excludens, quoniam passionalis valde, & à natura est. Addit autem ad morum mutationes eorumque confirmationem in bono, aut malo efficaces esse tales, aut tales melodias, si in eis differenter delectemur. Distinguit quoque Aristot. ibidem de musicis instrumentis in quibusdam dicens, efficaciam ad prouocandam iram, & animositate fore, sicut ea, quæ meatus vocis longos, & strictos habent, si media non habeant respiracula, sicut tubæ classicę, & litui. Alijs autem musicis instrumentis vis est ad lætitiã commouere: alijs autem ad passionem amatoriam. i. venereorum lasciuia desideria: alia autem ad altissimę contemplationis curas sollicitos reddunt. Hæc autem nec in omnibus sunt, nec hi in quibus sunt, plenam harum permutationum ab armonijs rationem reddere queant: quoniam non inest ex fundamentis, aut principijs communibus natura: in quibus causa secundum naturam determinatę, & nobis manifestę sunt, sed ex quibusdam valde specialibus naturæ viribus: quarum causa magis latet, sicut suo modo in corporibus complexionum parti-

cularium rationes non patent: sed ex quibusdam particularibus naturæ accidentibus ista eueniunt. Hæc autem, quæ de armoniarum efficacia dicta sunt, soli experiuntur, quibus temperiæ magna organi auditus est, & animus excellenter generosus. Concludit igitur Arist. in prædicto 8. Politicorum quorundam instrumentorum musicorum armonias iuuenibus circa rectos mores instituendis conuenire, alia verò repugnare valde. Cum ergo voces, & verba efficaciam permouendi cordis continere pateat ex prædictis, conuenientius erit preces nostras ad Deum in voce fundi, quam sola cordis cogitatione desideria nostra proponere. Hæc autem apparet, quoniam si quis orationes deuotas à viris sanctis confectas, in quibus verborum tenera dulcedo est recitauerit, tantam interdum vocum sentit efficaciam, ut in veras dulces exundet lachrymas, quod contingere nobis non videtur, si solo interiori actu affectus proponamus coram Deo, in verba nullatenus deriuando. Conuenientius ergo fuit in voce orare assidue ad hoc cordis attentione, quam in sola secreta cordis cogitatione profundi.

Questionis propositæ solutio. Cap. LXXX.

**H**IS quoque in vocem formandarum orationum nostrarum causa quarta subit. vt non solum nos ipsos in affectum quandam orando vocaliter intendamus, sed vt ceteros quoque trahamus in idem. Cum quis verbo tenus orat, & si alij audientes non erant, interdum tamen verborum suorum concitati dulcore ad orandum accenduntur: quod euenire impossibile foret, si sola interiori cogitatione preces fundendę essent: decuit ergo in voce interdum orari. Hoc autem incitatum fuit, vt cunctæ orationes in ministerio Ecclesię in voce fierent, & quod ad ipsos Ecclesiasticos ministros attinet, cuncta in vocum diuersa concordia modulatisque proponuntur armonijs, vt vocum concors diuersitas non paruam auditoribus deuotionis procuraret dulcedinem. Potissimè hæc populo alliciendo facta sunt. His namque auditis populus magis ad cultus diuini ministeria attentus frequentius Ecclesiarum limina visitaret ad domum orationis conueniens: sic quoque fieret, vt sapius ardentiusque ad orandum incitaretur, quam aliàs facturus fuisset. Horum tamen nihil accideret, si Ecclesiastici ministri cuncta, quæ orant aut recitant, sola cordis cogitatione reuoluerent. Hoc quoque fuit quare in Ecclesiam organorum status in ministerijs diuinis inoleuit. Sic enim abundantius ministerium, quod Deo impendimus honoratur. Multi quoque his concitati vocibus in quoddam deuote contemplationis genus efferuntur. Hoc autem Dauid specularus Deum à nobis in musicis organis colendum dicit, vt habetur Psal. vlt. inquit: Laudate eum in tono tubę: laudate eum in psalterio, & cythara: laudate eum in tympano, & coro: laudate eum in chordis, & organo: laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis. Sic quoque Psal. 70. Confitebor tibi in vasis Psalms, veritatem tuam Deus meus, cantabo in cythara sanctus Israel. Vnde & in veteri testamento hoc inolitum fuerat, vt in honorem Dei ista vasa musica personarent. Sic patet 2. Reg. 6. cap. cum agitur de arca portanda de domo Aminadab in ciuitatem Dauid: Dauid autem, & omnis Israel iudebant coram Domino in omnibus lignis fabricatis, & cytharis, & liris, & tympanis, & sitris, & cymbalis. Nec solum hoc fiebat specialiter, & quasi à contingentibus in aliquo honore, aut translatione arcę Domini, sed erant de leuitis instituti, qui soli huic operi mancipati erant. vt in vasis musicis cantarent coram Domino, vt patet 1. Paralip. 25. c. quos

Cur in ministerio ecclesię choris vtantur sacerdotibus.

Vnde organorum vltus in diuinis officijs.

quos instituit Dauid, & totus Israel, cum dicitur: Igitur Dauid, & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph, & Heman, & Idithum, qui psallerent in cytharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes; non ergo inconuenienter in nouo testamento factum est, ut in Ecclesia Domino confiteamur canentes in organis. Circa hoc tamen inspiciendum satis est, non eundem prouocanda deuotionis in omnibus esse modum, sed quidam uocibus delectari accenduntur: hos autem in uocibus orare semper decet, alios quoque uocaliter psallentes audire. Alij uero sunt quibus si interdu de uotionis cuiusdam feruor obreperit, si quis eis colloqui, aut saltem apud eos loqui cepit, ab insurgente deuotione tepescunt. Hoc autem idem fit in quibusdam, ut si tacita cogitatione in Deum succendantur, ceperintque etiam solitarii aliquid ad Deum uocaliter proponere, mox in eis coeptus feruor desistet. His autem expediens est, ut orationes suas ad Deum in secreto cordis sui fundant, nihil uocaliter exprimētes: ab alijs quoque seiungi expedit, ne ab eis uocaliter orantibus perturbentur. Quia in re interior oratio sine ulla uerborum expressione interdum ualde prodest: primo quoniam quibusdam hoc accidit, ut maiori succendantur feruore: cum interiori cogitatione curas, & affectiones suas peruoluētes id quod capiunt, Deo exposuerint, quam cum interiori feruorem in uocem profundunt. Sic namque in passionibus motibus accidere patet, ut si ira in uerba, aut lachrymas prodeat, uelociter decocta, aut magis exsufflata exspirauerit. Si autem sola interiori cogitatione susceptas, aut existimatas iniurias contemplantur, acriori quodam, atque diuturniori stimulo permouemur. Ob hoc autem Deus Indæis adhuc imperfectis uiris iussit, ne conceptam iram in corde tenerent, sed eos, quibus irati essent, publice arguentes proderent. Sic enim uelocius euanesceret funibundus ille motus, alioquin peccatum in diuturnitate causaretur. Sic dicitur Leuitici 19. cap. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue, ne habeas super illum peccatum. Secunda huius ratio est, quoniam plerique lassantur orantes, si semper in uoce orauerint. Fictis ergo in alterutro permutatio, ut si comne tollatur fastidium, si uerba in uoce, nunc in actu interiori preces ad Deum fundant. Ex prædictis autem illatum satis reor conueniens esse, quod quamquam Deus nec aures habeat, nec uillas uoces nostras audire queat: conuenientius tamen est uoce in plurimum ad Deum preces fundere, quam sola interiori cogitatione peruoluere. Sic quoque patet, licet quadam longa illatione, serpentem hunc Christum, qui Deus erat, in quantum Deus erat, minimè audiuisse.

*Pars octaua quartæ metaphorsæ, s. Serpens, qui uidit.*  
Cap. LXXXI.

**C**ONTINUATA prædicti quarti Paradoxii figurati serie particula octaua est. Qui uidit, quod serpens iste, qui Christus est uiderit. Hoc magnis sapientie inductionibus patet: Christus quippe uerus homo erat: ideo ei uidere, ut ceteris hominibus adiacebat. Amplius autem uidere actus quidam animalis est, præ exigens potentiam uisuum, & organa huic actioni subseruientia. In Christo autem potentia uisuum, organa quoque uidentiarum: Christum ergo uidisse satis patet, nisi quisquam arbitretur Christum non fuisse uerum hominem, nec animal, sed corpus phantasticum ex aerea confectum materia assumptum: hoc quippe dato Christum uidere impossibile erat: corpora namque phantastica quamquam oculorum fi-

guras ceterorumque membrorum lineamenta habere uideantur, nihil tamen uident, cum potentiam uisuum non habeant, corpora enim animata nequaquam sunt, de quibus late diximus super 7. & 20. cap. Exodi. De Christo autem dici nequit, quod phantasticum corpus habuerit: erat enim uerus homo corpus animatum habens, ut in præcedenti particula patet. Identidem autem de Christo, quod uiderit patet, quia homo erat, nisi eum sine oculis natum arbitrari uelimus, aut oculos habentem, à natuitate tamen cœcum extitisse: nasci enim sine oculis quorundam animalium natura his conditio est: quamquam sub cute in eis quidam Philosophorum oculos latere aliterunt, sicut talpæ sunt animalia sub terra semper habitantia. Nasci quoque aliquem cœcum, nec miraculum est, nec aliquid ab exordio seculorum insolitum: multi namque uisua potentia orbi nascuntur, de quibus in Sacra Scriptura sæpe refertur, ut patet de cæco nato: cuius Dominus Iesus oculos aperuit, ut habetur Ioan. 9. capit. Hoc etiam experimento tam notum est, ut probatione non egeat. Si ergo horum duorum quidquam in Christo poneretur, quamquam homo foret, uidere tamen sic manente impossibile prorsus erat. Ad hæc autem respondendum satis patet, quod Christus, ut ceteri homines uiderit, nec prædictorum in eo quidquam fuit. Primum quidem in Christo esse uerisimile, nec probabile illo modo est, sed magis omni uerisimilitudini obuiat: nam sine oculis nasci quorundam animalium conditio est: humanæ tamen conditioni repugnat, quoniam homo perfectissimum animalium est: perfectorum autem animalium est oculos habere. Et quamquam in partibus separatissimis à nobis, scilicet in extremitate terrarum habitabilium, uel ut ita dicam, in angulis mundi gentes quadam monstruosæ ualde habitent oculos habentes, & si non sit in eis idem positionis modus, quod non habent in eadem parte corporis sic figurata, ut nos habemus: hi autem Cyclopes appellantur, qui unum oculum grandem quidem dumtaxat habent, & hunc in media fronte locatum, de quibus Isidorus Etymologiarum lib. 2. Horum autem erat poeticus fortassis ille Polyphemus, qui socios Ulyssis per terram Siculorum cum ipso transeuntes nauigio uictos, ad litus autem applicantes puppes, vorauit. De his Ouidius Metamorphoseos lib. 12. & Boetius de Consolatione lib. 4. metro ultimo, quod incipit: Bella bis quæuis operatus annis. Alia autem gentes sunt, quæ etsi in eisdem partibus corporis, in quibus nos habemus oculos sitos non habeant: alibi tamen eos habent. Hi enim etsi aliquid pro capite gerant: capitis tamen figuram non habent: oculos in humeris locatos habentes. De his Isidorus Etymologiarum lib. 2. Omnes igitur gentes quantumcumque monstruosæ sint, oculos habebunt, & si differant in numero, figura, uel positione. Christus ergo oculos habebat saltem unum: etiam si eum uirorum monstruosissimum appellemus. Sed adhuc monstruositas in Christo nulla erat: nã hi, qui monstruosi sunt, inter ceteros contempribiles reputantur, & nullius auctoritatis uiri: quinimo qui in corpore monstra gerunt, in anima quoque monstra magna quamquam occulta gestare creduntur: sicut ait Aristot. in Physiologia, quod animæ corporum qualitates consequuntur. Christus tamen prædicaturus, & disputaturus aduenerat in hunc mundum, ut ex uerbis suis patet, cum ad uirginem respondit inquirentem ab eo: fili quid fecisti nobis? nam & ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. Ipse autem respondit: quid est, quod me quærebatis? nesciebatis, quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? ut patet Luc. 2. capit. uocat autem ea, quæ patris sui sunt, prædicationem, & disputationem: ipse namque ante hoc in medio doctorum

Cyclopes unum in fronte habent oculum.

Gentes in humeris oculos gestantes.

torum existens cum eis de legis questionibus disputabat: ibi enim illum domina nostra inuenerat, ut patet eodem c. Si tamen Christus corpore monstruosus, aut deformis extitisset, non fuisset permixtus ab Hebræis prædicare, aut publice disputare, nec uerba sua alieuius auctoritatis haberentur. Amplius autem secundum stare nequit, quod Christus cæcus natus ab utero sit: nam tota euangeliorum continentia eum uiderisse manifestat, sic patet Luc. 19. cap. quia Iesus uidit Zachæum in arbore, uidit quoque ciuitatem & fleuit super illam: & Ioan. primo, ubi uidit Gamalielam: & ferè rarus locus est euangelistarum, qui eum aut uiderisse non proferat, aut ex narratis de ipso uiderisse non concludat. Item cæcum esse ab utero imperfectio magna est: hoc enim modo maior pars delectationis humane, & finis nostri, scilicet, intellectus tollitur: nam oculis plura in rebus comprehendimus, quam per omnes alias potentias sensitivas simul sumptas, ideo cærior nobis est potentia uisuum, quam ceteræ sensitivæ virtutes: sicut ait Aristot. in primo Metaphysice: sensum uisuum plus diligimus, quia plures nobis rerum differentias monstrat: Christum autem hac imperfectio affectum fuisse magnum incoueniens uidebatur. Christus ergo uidit ut ceteri, potentiam uisuum habens, & omnem integritatem naturæ.

*Pars nona metaphorsæ quartæ, scilicet Serpens, qui non uidit.* Cap. LXXXII.

**H**UIUS Paradoxii particula nona occurrit: Qui non uidit, scilicet, quod serpens iste non uiderit. Et quoniam cōtradietoriorum ad idem simultanea impossibilis est ueritas, & de Christo, ut homo est, quod uiderit inductum est, de eo ut Deus est, quod non uiderit prædicari necesse est. Contradictio namque ad idem fieri debet, iuxta Aristot. in elenchis. hoc autem est ut Christum secundum quod Deus est, non uiderisse fateamur. Sic enim necesse est. Ea quippe in quibus uisus est, oportet ut potentiam uisuum & organa uidentiarum habeant, sed in Christo, ut Deus erat, hoc fore impossibile est: in eo igitur ut Deus est, uisus impossibilis est, hoc at satis liquet: nã potentia uisuum, & organa uidentiarum in corporeis entibus sunt, Deus autem nec corpus est, nec corporeum aliquid, potentiam ergo uisuum, & organa uidentiarum nullatenus habet. Item potentiam uisuum, & ceteræ sensitivæ in animalibus sunt iuxta Aristot. 2. de Anima: sic quoque in libro de Sensu & sensato, Deus autem animal non est, nec ens aliquid animatum, potentiam ergo uisuum non habet, & cōsequenter non uidet. Amplius autem in Deo passio nulla recipi ualeat: uidere autem passionem esse patet, Deus ergo non uidet. Maior inducitur, quoniam passionem aut imperfectionem quasdam directe dicunt, aut aliquo modo præsupponunt, in Deo autem passio nullo modo est: passio ergo nulla est. Minor quoque liquet, uidere quippe potentia sensitivæ actus est: omnes autem sensitivæ potentia passivæ sunt iuxta Aristot. doctrinam, & aliorum loquentium de natura. Item uisus in hominibus est, ut per hoc recipiantur rerum species in phantasia: super quas conuertens se intellectus noster intelligat: in Deo autem nulla species rerum phantasticarum necessitas est ad intelligendum, ipse enim se ipso cuncta intelligit, uisione ergo non indiget.

*Obiectiones penes superiora.* Cap. LXXXIII.

**C**ONTRA hoc autem aliquis obijciat, quod Deus uideat, totus enim sacra scriptura canon Deum uidere pronunciat. Sic patet Psalmo 33. Oculi

domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Sic quoque Prouerbiorum decimo quinto capitulo, In omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos: hoc modo fabricatione templi assummata Salomon orabat dominum, ut oculi eius essent die, & nocte super domum illam prospicientes eos, qui eius sibi misericordiam implorarent, ut habetur tertio Regum cap. 8. Deum ergo oculos habere, & uidere ex his induci patet. Huic autem sicut in superioribus respondendum est, quod Deus neminem uidet, nihil que audire potest: sacra scriptura tamen hoc locutionis genere uirtutem nostram imperfectiorem in intelligendi modo condescendens. Nisi enim sic sacra scriptura loqueretur, uulgares intellectus nostri intelligere non ualere, quomodo Deus hæc, quæ apud nos sunt, intelligat. Nos enim magna, aut parua, alba, aut nigra numeros, & figuras, similia quoque cetera uisua potentia iudicantes discernimus: Deum autem omnia hæc intelligere confitemur: ei ergo uisuum potentiam, quanos hic percipimus attribuenda rectissime sacra censuit scriptura: Deus tamen nec uidet, nec potentiam uisuum habet. Ad hæc autem quicquam obijciat Deum uidere confirmans: magna namque Deo imperfectio imposita uideretur, nisi uideret, audiret, ceterasque sensationes haberet. Nam hæc in animalibus perfectiones quasdam dicunt, sed quamcumque inexistentem rebus perfectionem Deo attribuimus secundum regulam beati Dionysij, secundum quam apud theologos modus est inquirendi perfectiones diuinas, in creaturis enim perfectio magna est uidere, & quamcumque sensatio, in Deo ergo hoc erit. Item inter animalia ea, quæ uisuum potentiam habent, perfectionis maioris sunt, quæ autem natura uisua orbantur potentia, imperfectiora iudicantur. Idem autem circa auditum est: de Deo igitur iudicabit, quod uideat, atque auditum potentiam habeat. Ad hoc autem respondendum est, Deum nec auditum, nec uisuum, nec aliquam sensitivam habere positionem, nec est perfectio in Deo horum aliquid habere, sed potius imperfectio. Cum autem obijciat, omnes perfectiones in creaturis repertas in Deum referendas, concedendum est, cum autem subiungatur uidere, & audire esse perfectiones quasdam, respondendum erit perfectiones simpliciter, id est, quæ puræ sunt perfectiones, in creaturis reperte, in Deum referende sunt: perfectiones tamen secundum quod hoc non habent. De uisione autem, & auditione ceterisque sensitivis potentijs, hoc dicendum est, scilicet, quod in se quandam perfectionem, & imperfectionem gerant, in Deo autem solæ simplices perfectiones sunt, scilicet, imperfectionibus non commixtæ: uidere ergo & audire ceterasque sensationes in eo nullatenus esse possunt. Quoniam tamen uidere quandam ex aliqua parte perfectionem gerit, a Deo autem nulla perfectio secludenda est, dicendum est perfectionem illam quæ uidere dicit in Deo reperiri, non tamen eo modo, quo in animalibus est, sed perfectiori quodam alio modo. Audire quoque quandam imperfectionem dicit, & rursum perfectionem quandam. Ex ea autem parte, qua perfectionem dicit, audire in Deo est: ex ea autem, qua imperfectionem gerit, ab eo secludendum est, audire autem & uidere ceterasque sensationes perfectionem quandam dicunt, in eo quod per eas omnis cognitio nostra intellectiua suscipitur, sine suscepto namque phantasmate nemo intelligit. Quantum uero ad hoc in Deo perfectio audiendi & uidentiarum, non quidem quod uideat uel audiat, sed quod cognitionem, quæ aliàs habetur per uisum & auditum, in se habet, perfectiusque res non uidens, nec audiens intelligit, quam si omnia corporeis luminibus confisset.

sisset. Visu ergo & auditu non indiget. Habēt autem potentia visiva, & auditiva imperfectionem quandā, quoniam qualibet ipsarum virtus corporea est corporeis organis determinata, & vitens in Deo autem corporeum nihil est: potentiam ergo visivam, & auditivam non habet. Habet autem aliam imperfectionem visiva, & auditiva, & qualibet sensitiva potentia: omnes enim passivae virtutes sunt iuxta positionem omnium loquentium de natura: in Deo passio nulla est: visiva igitur potentia in eo nullatenus est. Habent quoque aliam imperfectionem, quoniam auditiva, & visiva, atque ceterae sensitivae potentiae ab obiectis, quae sunt aliquid extrinsecum, perficiuntur: sine obiectis namque potentiae sensitivae operationem nullā habent: cum verò obiecta in potentias sensitivas agunt, in eis sensatio est: Deus autem à nullo extrinsecò perficitur, sed in seipso perfectionem suam continet. Videre ergo & audire nequit. Aliam quoque imperfectionem omnes sensitivae potentiae sortiuntur: sunt namque ad intellectum subordinatae, ideo enim eae datae sunt: ut per eas tanquam per organa quadam intellectus recipiat, unde intelligere queat: quia per ipsas recipiunt species sensibiles translatae ad phantasiam, super quas convertens se intellectus intellectionem causat. In Deo autem nullius rei subordinatio est, quia ibi nō est magis perfectum, nec minus perfectum: sed subordinatum, & id cui subordinatur, ut inaequalia se habent: in Deo autem hoc impossibile est, quoniam suum esse totum idē ac simplex est: nec est aliquid, quod subordinetur, nec cui subordinetur. Si tamen visiva, & auditiva potentiae in Deo ponerentur, necesse erat eas divino subordinari intellectui: unde aliquid magis perfectum, aliquid autem imperfectius assignari necesse erat: in Deo igitur visivam, vel auditivam, aut aliquam sensitivam potentiam esse impossibile est, quantum aliquam perfectionem ex aliqua parte dicant: illam enim aliam in Deo poni necesse est, sed non cum ipsa visione.

*Responsio ad obiectiones superius positas.*  
Cap. LXXVIII.

**C**VM verò ad hoc similiter arguebatur: inter animalia perfectiora esse, quae potentiam visivam, & auditivam cetera; habeant, quae visiva, aut auditiva carent: cōformiter ergo in Deo perfectius erit audire, & videre quam hoc non habere. Dicendum est visivam potentiam, & videre, atque ceteras sensationes aliqua ex parte perfectionem inducere, & aliunde imperfectionem habere. Non videre autem & nō audire perfectionem nullam dicit, quoniam nō videre pura negatio est: purè autem negatum est non ens: includit ergo contradictionem quae aliquam perfectionem dicat, aut imperfectionem. Quamobrem in quolibet animali perfectius est videre quod perfectionem dicit: quamquam ex aliqua parte secum commixtā habeat imperfectionem: quam non videre, quod nullā perfectionem dicere potest. In Deo tamen accidere sic non convenit: si enim in Deo visionem poneremus, necesse est, ut oēs imperfectiones in eo essent, quas videre in cunctis animalibus importat, quod nō convenit: Deus tamen non videns, nec audiens perfectionem in se habet, quam videre, & audire signant, nullis stantibus imperfectionibus, quas videre, & audire mixtas habent. In animalibus autem, ut in Deo contingere nequit: in nullo enim eorum perfectio, quae importatur per videre, & audire reperitur, nisi illud audiat, & videat. Hoc autem evidentius adhuc fit. Videre namque hanc perfectionem dicit & habet, ut per ipsum species recipiantur in phantasia, quibus

cognita nobis fiant, quae aliter cognosci impossibile nobis erat. In Deo autem & si non videat, perfectionem istam reperiemus: ipse nempe non videns omnia intelligit, quae videns intelligere posset, & adhuc plura, quae per visum incognita nobis sunt. Idem idem & si Deus nihil audiat, cuncta tamen ei liquido intellecta patent, quae audiendo intelligere potuisset, insuperque plurima quae auditu nullo cognoscuntur. In animalibus autem hoc non contingit: nullum quippe animal visu carens cognoscit ea, quae visu cognosci solent, cetera; animalia id visu apprehendunt: quoniam eas apprehendere nequit, ut videntes cōprehendunt. Sic in cæco viro perspicuum est: ipse quidem intelligere non valet, quo ceteri videntes visu comprehendunt. In auditu quoque simile reperitur: animalia namque non audientia id apprehendere nequeunt, quod audientia animalia cognoscunt: in surdis enim hoc patet, ipsi quidem in genere vocum, & sonorum nihil intelligunt: quod ceteris hominibus in promptu est, quoniam auditu nihil percipiunt. Sic Arist. ait 1. Posteriorum, quod necesse est illa scientia carere cuius potentia cognitiva de obiecto illius caremus. Ex his autem illatum patet, Deum nec audire, nec videre, nullamque hoc in Deo imperfectionem dicere: sed potius perfectionem: ex his quoque patet serpentem hunc, qui Christus est, ut Deus est, non vidisse.

*Pars decima quarta metaphora, scilicet Serpens, quae sentiebat.* Cap. LXXV.

**I**N ea, quod saepe appello quartum Paradoxon particula decima est: Qui sentiebat, scilicet quod serpens iste sentiebat. Qualitercunque autem sentire accipiatur, necesse est Christum sensisse, qui serpens dicitur. Christus nempe ut homo verus erat, ut ceteri hominum sentiebat, qualitercunque sentire dicitur. In quo advertendum sentire multipliciter dici: sentire siquidem interdum pro intelligere, iudicare, diffinire assumitur. Sic enim quandoque de quibusdam astruimus, quam bene, aut perverse de fide sentiunt, i. rectè intelligunt, vel iudicant. Ad idem quoque pertinet quod dicimus, aliquam esse convenientem, vel peruersam sententiam, id est iudicium, vel diffinitionem. Hic quoque modus in authenticis scripturis frequens est: quoniam tamen modus iste à propria significatione huius ditionis alienus est, hic sentire non accipitur hoc modo. Sic namque & si verum foret, de hoc serpente quod sentiret, verum etiam foret, quod non sentiret, siue de Christo, ut Deus est, siue ut humanitatem induit asserere maluerimus. Sentire ergo hoc modo non convenit accipi, sed aliorum modorum aliquo accipiendum est. Quorum unus est, ut sentire pro actu sensitivarum potentialium dicatur, siue sensitivae interiores, siue exteriores potentiae sint: aptius tamen de exterioribus quandoque accipitur. Cum enim videmus, sentimus, cum auditu & olfatu quicquam percipimus, sentire dicimus. Cum gustare, aut tangere in nobis est, quilibet nos sentientes appellabit: hanc enim sensitivae potentiae sunt, quae horum actuū principia sunt. Sic autem de hoc serpente, qui est Christus, dici congruit, quod sentiebat, & non sentiebat, alterū ad deitatem, aliud verò ad hominem si retulerimus. Hic tamen modus huic Paradoxo figurato non convenit. Sic enim sumptum supra vacuum aliquid faceret in hac serie Paradoxo: nam in primis huius contextus particulis dicebatur: Qui vidit, & non vidit: audiuit & non audiuit. Hanc tamen duarum principales sensationes sunt à duabus praecipuis potentijs sensitivis. Si ergo cum dicitur: Sentiebat, & nō sentiebat pro omnibus sensationibus actibus univèrsaliter assumpserimus,

*Sentire, multiplicitate dicitur.*

*Sentire ac non sentire Christo non congruit.*

superflue dictum foret, quoniam idem bis sumebatur. Alius modus accipiendi sentire particularior est, scilicet, pro actu solius tactivae potentiae, qui est tangere: istud namque tactus nomen pro tactiva potentia apud vulgare loquentes parumper in usum venit, cuius ratio videtur, quoniam iste sensus tactus generalior est ceteris sensitivis potentijs, alijs diffinitionibus sibi certas corporis particulas tanquam organa: tactus autem nullam specialiter diffinit, sed in toto corpore equaliter est. Nullum namque in toto homine, aut quolibet animali membrum est, aut corporis distincta particula, in qua sensus aliquis non sit, nisi quis calumnietur de partibus non proprie viventibus, quia sunt complexionis terrae, & modicum accedunt ad participandam conditionem animalis, sic sunt ossa, & ungues atque capilli iuxta Aristot. sententiam, tertio de Anima in fine. Rationabiliter ergo quasi ex hereditate assumpsit tactus, ut sensus vocaretur: cum nihil aliud exprimitur potiusquam aliorum sensuum quilibet. Iste autem sensus in Christo sicut & nobis fuit: per hunc enim cuncta animalia dolores & delectationes, caliditatem & frigora, molliem & duritiem experiuntur, cetera quoque ad hunc pertinentia sensum. Hæc autem Christus in benedicta carne sua pertulit: ipse quippe calorem & frigora, siccitatem & humiditatem toleravit: cum hæc accidentia sint consequentia speciei conditionem, & non insurgebat ex determinatione complexionis individui, in eo igitur esse necesse erat. Amplius autem Christus dolores pertulit: doluit namque, cum circuncisus est vera eius carne abscissa, quo ad lachrymas coactus est, ut prelibavius supra in tertia metaphora, famè quoque & vias lassitudinem pertulit, ut in eodem Paradoxo metaphorico inductum est. Præter hæc autem acerrimos dolores in passione sustulit, sensus ei inflicis vulneribus: tanta enim horum cruciatum immanitate permotus est, ut hæc, quae ventura erant super eum, amplissimè cognoscens, ut patet Ioan. 18. cap. humoris sanguinei guttas exsudaverit: antequam horum quidquam ei illatum foret. de hoc Luc. 27. Ex prædictis ergo inductum patet, quod serpens iste, qui Christus erat, sentiebat.

*Pars undecima quarta metaphora, scilicet Serpens, qui non sentiebat.* Cap. LXXV I.

**H**VIVS iam concludendi quarti metaphorici Paradoxo particula undecima ac postrema est: Qui non sentiebat: quod ad serpentem, de quo iam largus sermo trahitur, referendum est. Et quoniam liquidò comprobatum extitit in prælibatis de hoc serpente, qui Christus est, quod secundum humanitatem verè senserit, restat ut ad eum secundum deitatem referentes, quod non senserit predicemus: Christus namque, ut Deus est, in neutro duorum modorum ultimarum sentire potuit. Hoc autem inducitur: nam ad hoc, ut aliquid sensitivam potentiam habeat, siue sentire actum cuiuslibet sensitivae potentiae appellemus, siue ad tactivam duntaxat referre velimus, necesse est, ut virtutem corporalem, & organa sensationis corporalia habeat: in Deo autem hoc cadere impossibile est, quoniam nec corpus est, nec aliquid corporeum habet, eum ergo sentire, ut prædicatur impossibile est. Præter hoc autem in omni sensatione passionem esse necesse est, quoniam ipsa sensatio est passio: in Deo autem passionem esse impossibile est: eum ergo sentire posse non contingit. Item cum sensatio quaecunque causatur, potentia sensitiva ipsamque animal sentiens a specie obiecti patitur: nihil tamen est, a quo Deus queat pati nullo ha-

Abente super ipsum potentiam activam, Deum igitur aut aliquam divinarum personarum sentire impossibile est. Item sensus tactus, qui præ ceteris differenter sensus appellatur, est propria virtus animalis: quoniam omne animal sensitivum est, nec quisquam sensus est, quem cuncta animalia quasi ex natura generis habeant præter tactum. Quaedam quippe imperfecta animalia sunt, quae extremum gradum in ceteris tenent, in quibus sola tactiva potentia reperitur, quae doloem, delectationem, frigora, & estum, humidum, & siccitates, durum, & molle sunt sentientia: hæc autem sunt conchilia quaedam petris in mari affixa, quae natura saxi affixa sunt, quoniam eis nullum motum secundum speciem suam tribuit: nec quidē vllum animal, quantumcunque imperfectum a natura constans esse potest, in quo tactiva virtus non sit: multa tamen sunt, quibus præter sensitivam, scilicet tactivam potentiam nullam existit. Hæc igitur virtus a natura generis animalibus natura diffinita constat, atque cum ipsa animalis natura convertitur, nihil quippe naturam animalem habet, quod animal non sit, Deus autem animal non est, potentiam ergo tactivam non habet. Amplius autem tactiva potentia fundatur in extenso, quoniam obiectum suum secundum extensionem actionem suam habet, nec in indivisibile agere potest, necesse namque est recipiens secundum tactum esse quantum ut dividi possit: in Deo autem quantitas nulla est: tactivam ergo potentiam in eo esse impossibile est. Alia autem multiplices rationes induci possent, quibus amplius evidens foret tactivam potentiam in Deo non esse, de quibus sufficere, quae dicta sunt. Ex prædictis illatum patet, hunc serpentem, qui Christus erat, potentiam sensitivam tactivam, & ipsam sentire nullatenus habuisse. Consequenter totius quarti Paradoxo figurati explanatio qualiscunque explicat.

## PARADOXON QUINTVM DE AQUILA.

*Quomodo Christus aquila dici possit.* Cap. I.



**Q**UONIAM CONTINENTIAM cedule in sequentibus, quam vestra regia celsitudo mihi servulorum minimo destinavit, quintum occurrit figuratum Paradoxon. Cuius tenor est: Fuit Aquila, quae volavit, & non volavit: venit in locum, a quo nunquam discessit: quievit, & non quievit: renouabatur, & non renouabatur: gaudebat, & nunquam gaudebat: honorata est, & nunquam honorem suscepit. Hæc autem extrema metaphora ad Christum necessario referenda est, sicut tres præcedentes referebantur, quoniam singula eius particulae nulli nisi Christo convenire queunt, ut in sequentibus per singula exponendo patebit. Huius vero prima particula: Fuit aquila, secundum historicam, siue literalem expositionem ad Christum applicari nequit, sed metaphoris necessario insistendum est: Christus namque cum verè Deus & homo existeret, aquila esse non poterat. Iuxta eam autem doctrinam, quae in prælibatis de transumptionibus posita est, necesse est, ut in convenientibus transumptionibus aliqua similitudo sit eius, quod transmittitur ad id, ad quod fit transumptio, quam ob rem oportet aliquam proprietatem concordiam inter Christum & aquilam assignari. Prima autem horum cōformitas in volatu est: quoniam inter volatilia nullum eque, ut aquila ad aeris vertices con-

natur



natur ascendere, altissimum enim volatum habet. Christo autem hoc cōgruit, ipse nempe altius quam ceteri homines volatum extulit, quoniam ad altissimum volando peruenit locum. Hoc autem liquido in sua ascensione monstratum est: tunc quippe vniuersam elementalem transcendit regionem: septem quoque planetarum excessit orbem: stellerumque subegit coelum atque chrysellini, quod firmamentum more sacre scripturae appellatur, superauit terga: quod etiam astrologorum, atque philosophantium more primum mobile nuncupatur, extremo empyreo solo collocatus. Hic enim est finis rerum atque vltimum celum, vbi est gloria beatorum. Sine iniuria igitur dicendum putauerim, Christum quantum ad hoc aquilam dictum, ipse namque super omnia, quae in vniuerso sunt transuolauit, nec iam vllus ei in tora natura, & rerum vniuersitate locus manebat, ad quem conscendere posset.

Secunda conuenientia inter Christum & aquilam. Cap. I I.

**A**QVILARVM autem secundam conditionem, qua Christo conuenire queant, quidam non iniuria astruunt oculorum viuacitatem. Ipse enim visum potentiam, & oculos conuenientius ad acutē videndum dispositos, quam omnia animalia habent: nam & si quis cuncta animantia inquiserit, nullum tam acuti contuitus reperire valebit. Hoc autem manifestum redditur: nam cum aliqua lux intensa atque fortis valde est, aliorum animalium oculi nequeunt intueri, quod vesperilionibus nicticoracibus, & bubonibus, atque noctuis accidit, haec enim orto sole videre nequeant, aut debiliter valde vident. Hoc autem ideo euenit, quonia huiusmodi volatilia debiles oculos habent, & male complexionis. Sic ait Aristot. secundo Meta. sicut se habet oculus noctuae ad lumen solis, ita se habet intellectus noster ad ea, quae sunt notissima in natura, scilicet, quod haec volucres lumen solis intueri nequeunt, sicut & nos ea, quae sunt principalissima in natura in casualitate atque per hoc notiora esse debent, distincte cognoscere non valeamus. Nec quidem in his duntaxat memoratis volatilibus hanc proprietatem causauerimus: sed in ceteris quoque bene complexionis volatilibus hoc accidit, quod cum lux fortis fuerit, eam contueri nequeunt, quod si eam speculari contendant, magnum ex hoc oculorum sequitur nocumentum. Velut si quisquam hominum solem aspexisse voluerit, non valebit. Si vero in hoc eluctatur magnum in oculis vitus sui sentiet nocumentum. Sic Aristot. inquit tertio de Anima excellens sensibile tollit sensationem. Sicut in potentia tactiua intensus valde calor, aut frigus apponitur: n auditua vero excellens sonus: in gustatiua autem excellens sapor: in odoratiua autem excedens odor: in visiva autem lux admirabilis. In aquila autem hoc speciale ad cetera volatilia, & cuncta animantia accidit, quod nullum illorum sit, cuius acies ad lucem fortem non retundatur, & prorsus obfuscutur. aquilae autem contuitus nulli quantumcunque luci forti cedit. Inter omnia lucentia, & splendentia solis fulgore nihil maius est, sed ad lucem solis aquilae acies non turbatur, sed in eum figit intuitum, atque vt omnes, qui de natura loquuntur, perhibent solem in tora indeflexo contuitu speculari, nec magnitudine lucis oculos claudere cogitur. Hoc etiam est, quo aquilae velut naturali quodam experimento proles proprias, & degeneres contuentur. Est e-

**F**nim, vt interdum aliae volucres in nido aquilarum proles a se editas reponant: aquilae autem velut quadam suspitione permotae ab alienis proprias proles discreturae singulos pullorum in vnguibus contra solem leuant, vt radios solis directo lumine contemplentur. Qui autem horum ad solem immotos apertosque tenuerit oculos: vt vera progenies ab aquila reputatur, atque filiali charitate diligitur & nutritur. Qui autem hunc splendorem ferre non potentes oculos in aduersum contulerint, aut clauserint, tanquam degeneres hoc experimento probati a nido abijciuntur. De hoc Isidorus Etymologiarum libro vndecimo, & de proprietatibus rerum libro decimo octauo.

Christus aquilae similitudinem gerit, & quaedam de Christo. Cap. I I I.

**I**N hoc autem quod de aquilis dictum est, Christus aquilarum magnam similitudinem gerit: nam velut aquilae inter cetera animantia fulgorem solis acutius contuentur, ita & Christus inter ceteros homines essentiam diuinam acutius, atque immediatius contemplatur, angelos quoque in hoc excellit. Nec quis nos haec de Christo, vt Deus est, sermonem agere putet, hoc enim modo se ipsum intuetur, nec ad aliquem alterum conferri potest: sed de Christo, vt homo est, loquimur. Sic enim acutius ceteris hominibus comprehensoribus, siue viatoribus diuinam contemplatur essentiam. Angelos quoque valde in hoc excellit: nam animae illi benedictae Saluatoris nostri data est sapientia sine mensura, quae est sapientia infinita, aut cognitio omnium eorum, quae Deus nouit. Sic habetur Ioannis capitulo primo: Datus est ei spiritus, & non ad mensuram: de cuius plenitudine omnes accepimus: & secundum apostolum in eo omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi sunt. De hoc magister tertio Sententiarum distinctione decima quarta. Vnde anima Christi cuncta nouit, scilicet quae sunt, & fuerunt, atque futura sunt. Amplius autem habuit priuilegium, quod nemini vnquam datum est: nam quod ceteris hominum, qui boni sunt, post mortem accidit, ei in vita inerit, & dum pateretur, & mortuus extitit, & vt generaliter dicam ab instanti conceptionis hoc habere cepit, postea vero habere nunquam desijt. Ceteri enim, qui pie viuunt, dum eis vita manet expectant bonum illud extremum, quod in diuina visione consumatur: dum autem superstes eis vita est, hoc nulli conceditur, sed id solliciti semper inquirunt, & ob hoc theologici doctores, omnes, quibus adhuc praesens vita agitur, viatores dicunt. Nam hoc quod appetunt, nunquam datur: sed illud semper attentis prosequuntur: vnde quasi quotidianam viam agerent, sunt. Qui vero corpore soluti in domino optimam dormitionem acceperunt, in vita aeterna beati atque diuinam essentiam videntes nihil ultra desiderant, quoniam omne bonum, quod desiderabant assecuti sunt. Ita autem apud theologicos doctores, comprehensores appellantur, quoniam bonum quod desiderabant, iam possident nihil vltius inquirentes. Hoc modo Christum comprehensorem, dum in carne inter nos viueret, appellabamus, bonum namque maximum omnium hominum, & Christi vt homo est, ipsa diuina essentiae visio erat, hoc autem iam tenebat. Fuit enim in homine Christo ab exordio conceptionis sue: nam diuinum verbum sibi hominem Christum vnierat, ideo anima benedicta eiusdem semper

Quo periculo aquilae proprios pullos ab alienis discernant.

Cur homines diuini videntur dicuntur viatores.

Christus fuit in vita comprehensor.

semper aperte diuinam contemplabatur essentiam, per hoc totam suam beatitudinem adeptus: in hoc quippe tota humana consistit felicitas. Hanc autem visionem conformiter Christus tenuit, dum inter nos in carne viueret, & dum cruciatus acerrimos actualiter in ipsa passione toleraret: sicut & nunc cum in empyreo sedet a dextris Dei: necesse est ergo, vt velut nunc, quando in empyreo coelo est, vbi gloriae locus ponitur, eum comprehensorem appellamus: ita & ante passionem suam eodem fundamento necesse erat, eum comprehensorem & foelicem praedicare: hoc autem nemini nisi ipsi beata Trinitas contulit: nullus ergo hominum aquila conuenienter dici poterat praeter Christum. Ex eodem autem fundamento insurgit, quod Ioannes euangelista in aquila figuratus est, quae est vnum de quatuor animalibus, quae vidit Ezechiel ante thronum maiestatis Dei. Sic quoque eum figurat ecclesia cum describit quatuor animalia ante thronum sedentis, quoniam inter omnes euangeliorum scriptores, nemo tam profunda indagine deitatis mysteria perserutatus est. Ceteri namque circa assumptae humanitatis conditiones magis peruagati sunt. Ex praepositis ergo aquilarum proprietatibus, & plerisque alijs, quae applicari possent, Christum conuenienter aquilam dici patet.

Pars secunda metaphorae quintae, scilicet Aquila, quae volauit. Cap. I I I.

**H**VIVS extremae metaphoraae particula secunda est: Quae volauit. Hoc autem Christo, de quo haec exponenda proposuimus, in literali sensu non conuenit, sed ad metaphoras necessario redeundum est: volare equidem in litera cortice volucrum naturalis conditio est: Christus autem nec volucris est, nec alatus, quoniam verus homo erat, volare ergo ei in metaphora conuenit. Quo pacto hic integram, absolutamque transumptionem fieri necesse est, sicut in praebatis tertiam metaphoram exponentes explicuimus, sit namque dupliciter transumptio, scilicet, perfecta & secundum partem: transumptionem secundum partem appellare consueuimus, cum propositionis subiectum transumptum est praedicato non transumpto, sed in sua proprietate manente, aut cum praedicatum transumitur nulla in subiecto transumptione facta. Perfectam autem, & absolutam transumptionem nuncupare consueuimus, cum in praedicato, & subiecto transumptio est, nulla manente vocum proprietate primaria in contextu. Sic autem hic factum est, quoniam aquila omnium praedicatorum, quae in hoc figurato Paradoxo extremo ponuntur, subiectum est: ponitur autem secundum transumptionem. Christus quippe secundum rem aquila non est, sed transumendo. Istud quoque primum praedicatum, scilicet, Quae volauit, transumptum est, volatus siquidem de Christo secundum literam dici non potest, quoniam non volauit, sed per aliquam attributionem.

Christus volauit.

Haec autem particula: Quae volauit, Christo conuenit, qui aquila est, homo autem vt homo est, quod ad ascensionem suam in coelum referendum est: nam sicut volucris, cui volatus ex naturae proprietate conuenit, volans alta transcendit, & quaeunque loca petit, in quae eam voluntas, aut naturae inclinatio duxerit: ita Christus in ascensione sua altissima conscendit loca. Hic autem Chri-

**A**sti motus ad astra congrue volatus nomen accepit: quoniam ipse verus homo erat: hominibus autem motus progressiuus, quia pedibus mouentur, & non alis. Motum autem hunc eum duntaxat, qui in processu per planum est, dicimus hunc, qui super partes solidas ipsa animalia sustinere potentes sit: per aerem vero nullus motus progressiuus est, quia aer elementum rare substantiae est, nullum animal magni ponderis sustinere potens. Quod igitur Christus in aerem scanderet, altiora quoque ultra aerem peteret, non accidebat in modum ambulationis, quae est motus progressiuus pedibus incitis factus: sed ad volatum pertinet. Sic ergo conuenienter dicitur, quod volauit. Nec quidem volatus duntaxat iste fuit, sed ultra volatum aliquid: volatus namque tunc est, cum volucres per aerem mouentur suis alis, incitae atque regulatae: quanquam autem volucres graua corpora habeant, etiam si non ita graua, vt homines, latitudine tamen alarum, & aliarum plumarum corporis se mouentes, ne cadant sustinentur, sub se aerem quo teneantur colligentes.

Cur aues in aere deueniri possunt.

Aer autem quanquam leue corpus sit, aliquas tamen vires habet ad sustinendum corpora non valde graua, quoniam non est corpus penitus rarum, quo pacto aues in aerea tenentur regione.

Aues in ignea regione non possent sustineri.

Cap. V.

**I**N regione autem aerea quanquam aues penes incitae sustententur: si tamen igneam per uolare vellent regionem, in ea sustineri non possent. Nec hoc quidem quisquam ex hoc precite euenisse arbitretur: quia ignis calore suo eas consumens occideret, sed ex alijs adhuc causis.

Harum prima est propter inspirationem, & respirationem: non enim possent volucres in ignis sphaera inspirantes anhelitum trahere: quia id de quo anhelitum constantes ducimus & emittimus, aer est & non ignis.

Secunda in his causa est, nam quanquam volucris alae insint, quibus per alta sustententur, & ignis conditio eas non occideret, possentque ibi inspirare, & respirare, ibi tamen se sustentare non possent: vt enim alites volent coexistunt, vt alarum extensione hoc efficiant, sustententes se in illo elemento, per quod volatus iste fit. Sicut in aere euenit: in eo namque ad eas sustentandas sufficiens virtus in pennis est. Ignis tamen hoc nequit, quia corpus subtile valde & rarioris substantiae, quam sit aliquod corpus in tota elementorum aggregatione, non ergo habet vires ad aliquid in se sustentendum: quanquam igitur satis volucres conarenturalis incitis se in igne sustinere, eis tamen effectus non contingeret, sed necessario inde in inferiora corruerent. Hoc autem liquide comprobatur in hominibus secundum artem natatoriam. homines quidem & cetera animalia nullo adhibito artificio, aut solertia corporis super terram sustententur, nec inde in aliquid alterum ruere valent praedensitate, & duritie, atque compactione substantiae eius. Si tamen homines aquis incumbere, quae terra rariore sunt, atque minoris potentiae ad aliquid super se tenendum: nisi homines quadam arte, aut indicta solertia manus, & brachia

Ignis est rarioris substantiae ceteris elementis.

chia erura, & uniuersum corpus ad se tenendum per- mouerit, submergi eos necesse est. Sic quoque in aibus ad alterum relatis est: nam uelut aer nullatenus hominem tenere uolentem potest, qualitercunque corporis sui membra mouerit: quia rara substantia, & paucarum uirium est. Sic quoque ignis alites per eam uolare conantes tenere non potest: quoniam subtilius & rarius inter omnia corpora elementalit est. Christus tamen uolauit per ignem: quia ad coelos conscendendo per ignem transire, necesse erat: ascensio ergo Christi ad celos plusquam uolatus fuit. Amplius autem uolucres non solum per ignem uolare nequeunt, sed difficiliter per coelum uolaturae erant, aptius quidem, si per igneam regionem alites uolantes sustinere possent, quam per celestem magnitudinem. Nam ignis & si liquidissimum rarissimaeque substantiae inter omnia elementalit corpora sit, aliquam tamen quasi densitatem habebit, secundum quam aliquid in eo quodammodo tenere possit, quia corpus elementale est. In celo autem horum nihil est, quoniam celum elementale corpus non est, nullam elementalem in se conditionem habens: in eo igitur uolucres nullatenus sustineri uolando possent, nec ad se sustinendum adiuuare: per celum ergo uolucibus impossibilis uolatus est, & adhuc difficilior quam per ignem. Christus tamen in ascensione sua septem erraticorum astrorum penetrauit orbes, octauum coeli quod stellatum aut signiferum dicitur, transcendit magnitudinem, nonique celi quod chrysellinum dicitur aquosam excessit substantiam, empyreum extremo uniuersitatis margine situm regnaturus conscendens: maior ergo Christi, quam cuiusque alitis uolatus fuit.

*Nunquid Christi uolatus in ascensione naturalis fuerit, uel potius supernaturalis. Cap. VII.*

**I**N his autem nunc inquirendum restat, an uolatus iste Christi super ethereas sedes naturalis, aut supernaturalis fuit. Huic quiscquam forsitan respondebit, hunc fuisse naturale motum: nam tunc aliquid naturaliter fieri ab aliquo agente dicitur: cum a principio intrinseco illius agentis fit. Sic est sententia Aristot. secundo Physicorum, cum dicitur: natura est principium motus, & quietis eius, in quo est: cum uero res aliquid agit, cuius actuum principium intra ipsam non est, motus ille naturalis non est: in Christo autem huiusmodi erat. Ipse nanque in se deitatem habebat, cum esset secunda persona in beata Trinitate: Deus autem istum ascensum facere potest: erat ergo naturalis ista ascensio. His autem dicendum est, quod quanquam Christus in se deitatem haberet, & per hanc cuncta quae dicta sunt, & omnia quaecunque uellet, facere potuisset; motus tamen iste ascensionis in coelum naturalis non erat, quoniam Deus non est principium actuum naturalium, sed super naturam. Item si hunc ascensum naturalem fuisse diceremus, quoniam Christus dum uirtute diuina inexistente sibi hoc operatus est, inferri necesse erat, omnia Dei opera naturaliter facta extitisse, quoniam ipse illa uirtute sua effecit: sed hoc nemo catholicorum fatetur: nihil enim eorum, quae a solo Deo facta sunt, naturaliter factum confitemur; sed cuncta ex infinita potentia, uel supra naturam uires. Amplius autem necesse esset, ut cuncta miraculorum genera naturaliter fierent. Deus namque omnia illa naturali sua uirtute effecit, extrinsecus

nullo uisito, sed fides non fatetur miraculosas operationes naturaliter fieri, cum omnes, qui recta sapiunt, distinguant operationes miraculosas contra operationes naturales. Praeter hoc autem si ascensionem Christi ad celos motu naturali factam diceremus: quoniam ipse diuina uirtute quam in se habebat, hunc effecit motum, pari fundamento dicere compellemur, quod omnes operationes Christi miraculose ante passionem suam naturaliter factae sunt: cum eadem inexistente sibi uirtute haecageret. Hoc tamen singuli catholici dissentunt, & tanquam haereticum damnant, asserentes supra naturam extitisse omnes huiusmodi actus. De angelis autem e contrario loquimur dicentes, quod omnes operationes quas inter nos habent, naturales sunt, quoniam actio eorum dumtaxat in principijs actiuis naturae fundatur. Sic enim dicitur, quod nullus angelorum lignum, aut stipulam comburere poterit, nisi ei ignem applicuerit: si tamen ad hoc in se ullam haberet uirtutem efficacem, nullo appposito igne quaecunque combustibilia exureret. Sic quoque nemo angelorum aliquid infrigidare ualebit, nisi ei aliquid frigidum formaliter, aut effectiue apposuerit. Hoc pacto omnes actus angelici inter nos super res corporales uocantur naturales, quoniam nullam habent uirtutem immutatiuam harum corporalium rerum, nec aliquam actionem naturalem principiare possunt, nisi applicantes naturalia actiua, alijs naturaliter ad passionem dispositis. In Deo autem sic non est, quoniam ipse nihil agit in haec inferiora uirtute naturalium rerum, applicando naturaliter actiua passiuus naturalibus: sed se ipso nulla extrinseca adiuncta uirtute hoc agit. Vnde si quid calefacere uoluerit, igne appposito non indiget, sed confestim ut uoluerit, comburetur sua efficacia infinita. Conformiter si quidpiam infrigidare uoluerit, nullum frigidum naturaliter actiuum apponet, sed se ipso illud mox, ut uoluerit, infrigidabit. Actus ergo diuini ad has res naturales dici conuenienter nequeunt: nullis namque naturalibus uirtutibus ad hos efficiendos uirtut, sed suo infinito uigore id efficit. Et quoniam Christus Deus erat, cum aliquid tanquam Deus, aut diuina uirtute efficeret, actum illum supernaturalem dici necesse erat. Sic enim de hoc ascensu dicendum est, quod iste Christi ascensus ad celos naturalis non erat, sed super naturam cursum.

*Notandum penes supernaturalem Christi ascensionem. Cap. VII.*

**C**IRCA hanc Christi ad celos ascensionem considerandum est, quod quanquam haec supernaturaliter, & tanquam priuilegium ei collata est, in quantum naturam excedebat uires, ei tamen soli non concessum est, sed omnibus quoque qui sanctam in domino dormitionem acceperunt, hoc conceditur: nam in celum empyreum post carnis resurrectionem portabantur. Fuit tamen in hoc Christo collatum priuilegium inter ceteros resurgentes, quoniam ipse primus in resurgentibus fuit: unde eum apostolus primitias resurgentium uocat, id est, quod primus futurae resurrectionis exordium dedit. Sic quoque primus in astra ascendit. Nec ualet si obijcias de aliquibus, qui ante Christum surrexerunt: sicut de illo, quem suscitauit Elias, ut habetur tertio Regum decimo octauo capitulo. & de illo, quem suscitauit Elisaeus, ut habetur quarto Regum quarto capitulo. Multo enim tempore haec facta sunt ante Christum.

*Deus quo modo agat in haec inferiora.*

*Quia Christus primus surrexit i deo primo ad astra ascendit.*

*Cur cum alij prius surrexerit Christus sit dictus primitias resurgentium.*

*Anima non supernaturaler, sed naturaliter supra celos scendit.*

*Quod post resurrectionem beati celos ascendit supra naturam.*

Christi resurrectionem, & natiuitatem: nam omnes hi, qui surrexerunt, iterum morituri reuixerunt. Christus autem fuit primitias resurgentium: quoniam sicut in generali resurrectione nunquam morituri resurgemus, ita & Christus immortalis factus surrexit, iuxta illud Apostoli: Christus resurgens a mortuis iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Hoc autem quod priuilegium esse dicimus in ascensione ad empyreum, non est existimandum de animabus bonorum intelligi: cum a carne soluta illuc ante resurrectionem deferuntur: nam animam illuc tendere si sola ascensio in celum attendatur, miraculum nullum est. Nam cum actum supernaturalem appellamus, qui in agente principia efficacit nulla habet, sed potius contra communes aliarum actionum modos est: animam tamen in celum scandere contra naturam, aut supra naturam non est. Sicut enim ignem ad coelum usque ascendere contra naturam, aut miraculum nullum est: quoniam nullum est, quod illum deprimere debeat, quia illud graue non est, sed leuissimum elementalium corporum: ita & animabus non est supra naturam in celum, & supra celum scandere, cum nullam habeant grauitatem: anima enim, nec corpus est, nec corporis conditionem ullam habet: secundum quam in ea aliquid deprimens, uel agrauans consequatur, ut descendat. Adhuc autem rationabilis est animam ascendere posse, quam ignem: nam ignis corporea substantia est, contrarietatem habens ad alia elementalit corpora, contrarietas autem impeditiua est: unde non poterit actio perfecte explicari in eo, sicut in illo, quod contrarietatem nullam habet. Anima autem rationalis, nec corpus, nec corporis particula est, aut aliquid conditionem corporis habens, nec quod ad aliqua corpora contrarietatem habere queat, nec aliquid sibi resistere poterit, sicut igni resistit. Potest ergo anima libere sursum, aut infra moueri, nullo sibi corpore naturali impediante. Habet autem anima istum motum ascensionis perfectius, quam ignis: quoniam quantum ignis ad concauitatem usque orbis lunae perueniat, ipsam tamen celestis corporis substantiam penetrare nequit. Eum namque & si penetrare conaretur, celestia corpora impedirent: anima autem his obijciis detineri non potest: corpus namque in alterum corpus dumtaxat actionem habet, anima autem corpus non est: ipsa igitur ab eis impediri nequit, quin ipsa penetret. Ex praedictis illatum patet, nullam esse supernaturalem operationem, aut miraculosam, animam in celum ascendere, nec quauis adiuncta uirtute extrinseca indiget, ut in celum ascendat, sed sua naturali uirtute, scilicet, quia nec corpus est, nec corporum conditiones trahit, libere ascendere, aut descendere quod uoluerit, habet. Sed dicendum in his est, priuilegium animarum sanctarum in hoc esse, quod animarum corporibus uinita in resurrectione in celos ascendunt post corporum resurrectionem. Hunc autem actum, qui a principijs operantis rei expleri non posset, ab extrinseco autem adiuuentis appositis completur, supernaturalem esse dicimus. De hoc autem necessario sic dicendum est, quia in generali resurrectione reunitis animabus ipsius corporibus, habebunt corpora conditiones elementalit, scilicet, grauitatem, & densitatem: secundum hoc autem natura obstat, ut corpora nostra ascendere queant: quod igitur tunc ad empyreas transuolent sedes, supernaturali munere actum erit. Hoc autem in corporibus nostris proueniet ex dotibus corporum glorioforum: erunt namque facta corpora immortalia, & uniuersaliter impassibilia, & agilia, ita ut in modo

Alph. Toft. Parad.

amento ubicumque placuerit esse possint, etiam si loca illa inde ualde distent. poterunt quoque quaecunque obstantia corpora penetrare non impediende quouis opposito. Sicut in resurgente Domino Iesu factum esse dignoscitur: quoniam ianuis clausis intrauit ad discipulos, ut habetur Ioannis uigesimo, & Lucae uigesimo secundo capitulo. Alias quoque multiplices dotes gloriosa corpora habebant, de quibus nauc non est per singula enarrandum.

*Nunquid Christus a seipso, aut adiuuante extrinseco Caelos ascenderit. Cap. VIII.*

**E**X praedictis autem aliquod dubium suboritur, cum Christum ad Celos ascendisse dictum sit, an seipso illuc scanderit, aut ab alio illuc deportatus sit, scilicet, an aliqua uirtus qualiscunque efficiens hanc ascensionem fuerit Christo nihil agente, aut ad hoc saltem adiuuantem potentiam aliquam haberit. Huic respondendum est, quod si aliquod de naturalibus corporibus in celum transferendum foret, necesse erat, ut illuc ab alio deferretur: per se enim nequaquam ascendere. De Christi autem corpore aliter sentiendum est: dicendum enim, ipsum per se nullo appposito adiutore in celum scandere potuisse duobus fundamentis. Primo autem, quoniam ipse Deus uerus erat: ideo quodcunque facere uoluisset, facillimum erat in hoc nullo egens auxilio extra petito. Ob hoc autem Christi uolatus in Celum non dicitur assumptio, sed ascensio, quia assumptionem appellare consueuimus, cum aliquod corpus in Celum tendit, aut in quemlibet locum alicuius celestius, illum non suis uiribus petens, sed alia potentia latu: ascensionem uero tunc dicimus, cum in celum, aut in quolibet altitudines quodcunque fertur corpus a nullo motum, sed suis uiribus agens: Christum igitur in uirtute sua ascendisse fatemur. Amplius autem Christus cum in Celum ascendit, glorificatum gerebat corpus: est autem glorificatorum corporum conditio, ut in momento ubicumque uoluerit esse possint: hac ergo agilitate Christus doratus, ut gloriae corporis sui effectus compos, nulla adiuuante uirtute sultus, solis dotibus suis in celum subito scandere poterat: hoc uero secundum erat, quo in uirtute sua illuc moueri potuisset. De hoc autem dubium nullum extat, nec quiscquam ambigendum putabit, an Christus potuerit ad celos per se ascendere, uel necesse fuerit, quod ab aliquo agente extrinseco iuuaretur. Sed in hoc dubitandi aliquis uidetur origo, scilicet, an Christus celum ascenderit in aliquo corpore, tanquam instrumento ascendendi subleuatus, aut ab aliqua uirtute naturali, uel intellectuali adiuutus: nam & si Christus seipso sua uirtute sultus ascendere potuerit, liberum tamen ei uidebatur, an in aliqua re instrumentaliter, aut alias ascendere uoluisset. Ad hoc autem quiscquam obijciat Christum non ascendisse in Celum suis uiribus sultum, sed ab alio fuisse portatum: quod primo inducitur ex eo quod habetur Actuum primo capitulo, ubi introducit Christus loquens post resurrectionem suam de Spiritu Sancti missione, & concluditur de ascensione eius. I. & cum haec dixisset, uidentibus eis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Qui autem eleuatur, non mouetur a seipso, sed ab altero: de Christo tamen ascendente dicitur, quod eleuatus est. Item quod mouetur nube suscipiente, a nube mouetur, & suis uiribus nihil agit: de Christo autem sic scriptura refert, dicens: Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.

*Dubitatio an Christus aliquo instrumento uisus sit in ascensione.*

*Actuum primo capitulo.*

K Item

Item, & si Christus suis viribus fultus ascendere potuisset, rationabile tamen valde erat, vt aliquid Christum ascendentem ad ascendendum adiuuaret, aut eum illuc deferret. Sic enim dominorum magnarumque conditio peruulgata est, vt quanquam plurima seipsis agentes efficere possent, nihil tamen efficere velint, sed a seruis suis hæc fieri iubeant: in Deo quoque notum erat seipso cuncta calefactibilia, aut combustibilia, calefacere, aut comburere posse, frige factibilia quoque frige facere, nulla aut caliditate, aut frigiditate apposta: sed horum nihil seipso agit: quin potius igni ceterisque naturalibus agentibus id permittit agendum. De Christo ergo non dispariter censendum videtur, vt quanquam seipso in Cælum ascendere potuerit, tamen ab aliquo angelo, vel nube illuc portatus sit. Hoc enim modo debitum famulatum a creatura sulciperet, non tanquam alieno præsidio egens, sed propter excellentiam suam faciendo sibi a ministris suis impendi famulatum.

*Responsio dubitationis tactæ præcedenti capitulo.*

Cap. IX.

**H**VIC respondendum est, Christum ascendentem in Cælum a nulla virtute creata agente, aut instrumentali illuc portatum, scilicet, ab angelo deferente, vel a nube, in qua deferretur, sed suis dumtaxat viribus fultum ascendisse: in hoc enim nullius extra petita egebat ope, nec eam expetere conueniens erat. Cum autem de nube obijcitur, de qua dicitur Actuum primo capitulo, quod suscepit Christum ab oculis Apostolorum, & sic in Cælum portatus est. Respondendum est, quod nubes illa Christum in Cælum non detulerit, nec portare potuerit, sed ipse per se Christus ascendebat in altum. In quo considerandum est, quod Christo in monte Oliuarum colloquente discipulis suis, iam sermone vniuerso sine imposito descendit nubes, quæ Christum circumdedit, & in illa ascendit in Cælum. Non est autem in hoc quorundam insistendum iudicio, scilicet, quod nubes ista, de loco aliarum nubium ad montem Oliuarum, in quo Christus ascensus erat, descenderit, eumque circumdedit, & postea cum ipso eleuata fuerit: hæc omnia ipsa ex seipsa agente, tanquam ex inclinatione. Nec id quoque arbitrari dignum est, quod simplicium multorum sententia celebratur, scilicet, quod nubes hæc iussu Dei ad locum, in quo Christus erat, descenderit, & post eum eleuauerit: hæc tamen falsa liquido comprobantur. Primum autem, cum dicitur, hanc nubem seipsa ad locum, in quo Christus erat, motam descendisse. Nam hoc pacto nubes illa naturali sua inclinatione ferretur, sed eius naturalis impetus erat, vt moueretur ad locum aliarum nubium, quod non contingebat in illa nubecula. Apparet autem hoc: nam sicut in elementaribus corporibus sic est, quod illorum quodlibet naturaliter feratur in locum confinementis, vbi est propius, atque naturalis locus eius: ita quoque nubibus inerit, vt naturaliter in locum sui conseruationum moueantur, nec in alterum locum ferri possunt, cum ille non sit conseruatiuus complexionis earum. Naturali ergo motu nubes illa, cum qua Christus ascendit, de loco ceterarum nubium vsque ad pedes eius descendere non potuit. Quod si quisquam dicere maluerit, hanc nubem motam fuisse impulsam ab aliquo ventorum spiritu eam

*De motu nubis qua Christus circumdatus est de latu in cælum.*

**F**iaciente in partem illam mundi, in qua tunc Christus erat: stare non potest: nam cum nubes spiritibus procellarum impellentibus moueretur, necesse est contra illam partem mundi moueri, contra quam venti impellentes flant: sit autem iste ventorum impulsus ab angulis mundi in alios angulos: non enim dici potest hanc nubem incitante vento fuisse propulsam: quoniã ventus non flat a summitate cæli directè versus terram, sed ab angulo mundi ad angulum. Sic dicitur Psalmo centesimo trigesimo quarto, scilicet: Qui producit ventos ab extremo terræ, scilicet, ab angulis mundi, vel punctis oppositis horizontis, sed hæc nubem motam dicunt de loco aliarum nubium ad pedes Saluatoris nostri ascensuri venisse, a nullo ergo ventorum spiritu mouebatur. Nec astrui quidem potest, hanc nubem solo Dei iussu nullo superaddito ad pedes Christi descendisse: nam ad hoc, vt nubes ista nullo addito seipsa diuinam expleret iussione, necesse erat, vt per se intelligens esset: nubem autem quid a Deo iuberetur, intelligere impossibile erat, cum sit creatura irrationalis prorsusque inanimata: mandato ergo Dei nubes ista dumtaxat moueri non potuit. Amplius autem si Deo iubente nubecula illi se ad Saluatoris pedes inclinaret, ipsaque hoc intellexisset, non descendisset solum a Deo iussa. Nam ad hoc, vt hoc nubes seipsa efficeret, necesse erat, vt in illa principium aliquod operatiuum huius esset, quo efficax huius esset: alioquin id efficere nequiuisset: velut si cuiquam Deus iubeat in Cælum ascendere, nullum ei modum ad ascendendum tribuens, ascendere impossibile erat: nam in se vires nullas principij motui efficaces huius habet: quanquam ergo Deus illi nubi iussisset, vt ad pedes Christi vsque descenderet, & hoc intellexisset, efficere tamen nequiuisset deficiente agendi principio. De hac igitur nube dicendum est, Christum voluisse, vt ei tanquam creatura suo creatori consentanea ei aliquem famulatum exhiberet circumdando corpus eius dum ascendebat. Et quoniam ipsa per se solam hoc efficere nequibat, iussit Christus angelis suis, vt eam de loco aliarum nubium deducerent. Sine autem angelus hanc nubem deducens vnus fuerit, siue plures, nihil differt, vtrumque tamen eam aliqua virtute angelica deductam esse necesse est: hi autem eam vsque ad Christi pedes humiliauerunt: cum autem Christus ascendere cepit, angeli quoque illam nubem mouerunt, vt ei coniuncta foret sub eo posita quasi sedes, & circumdans corpus eius, alioquin enim nubes ista directè ascendere nequiuisset in cælum, vt ascendit. Quod si dicendum foret, Christum in hac nube in cælum portatum, necesse erat, vt eam ab angelis motam existimauerimus, & intra eam Christum, tanquam in sella gestatoria portatum fuisse. Dicendum tamen est hanc nubem non gestauisse tanquam sedes Christum in Cælum, nec ideo ad pedes Christi stantis, in monte Oliuarum descendisse, vt inde Christum ad Cælos ferret. Primum quidem nullatenus conuenienter stare potest: quoniam quamquam ab angelis per quamlibet partem aereæ regionis faciliter moueri poterat: cum tamen ad regionem ignis peruentum foret, eam comburi necesse erat, nisi Deus eam miraculose conseruaret. Quod concedendum non est, quia miraculū nullum necessarium erat: nunquam tamen miraculum sine necessitate ponendum est, scilicet, quod fiat per miraculum id quod sine miraculo æqualiter fieri poterat, quoniam peccatum siue superuacuum est miracula constituere, vbi miraculis res non eget. Sic Arius 8. Topic. scilicet, peccatum est per plura fieri, quod fieri potest per pauciora. Sic igitur miraculum quod

*De nube qua Christus circumdatus est de latu in cælum.*

*Christus ad quod nubem hanc assumptus.*

**I**nfinitam potentiam presupponit nunquam poni debet, vbi potentia finita sufficit, quæ est sine miraculis. Amplius autem, & si Deus custodiisset nubem illam per aeream regionem, ne flammis cederet, corpora tamen cælestia penetrare nequibat: quoniam corpora cælestia nihil in se recipiunt, quod conditionem elementalem habeat. Vnde corpora humana cum illuc perducuntur post carnis resurrectionem, non erunt habentia conditionem elementalem, quia glorificata erunt, am æternæ felicitatis dotibus excellentiam habentia: quoniam immortalia, & agilia erunt, aliaque beatorum habentia dotes, quibus omnem elementalem corruptiuam conditionem deponent. Nubes autem istam conditionem retinebat elementalem, quoniam glorificanda non erat. Dicendum ergo est, quod nullam coelorum particulam penetrauerit. Potissimè, quoniam adhuc non solum erat conditionem elementorum habens, sed etiam de se ipsis elementorum, quia nubes per resolutionem factam ex vaporibus eleuatis a terra condensantur. Preter hoc autem, quoniam si nubes illa cum Christo per spheram ipsorum corporum cælestium transitura erat, vt eum ascendente, tanquam sedes gestaret, necessarium non videbatur eam illuc ascendere, quoniam eandem opem corpora cælestia ascendenti Domino lesu tribuissent: non ergo conuenienter conceditur multa miracula sine necessitate existere. Dicendum ergo est, Christum ab hac nube in Cælum gestatum non fuisse. Item non videbatur possibile, vt Christus ab hac nube in cælum, aut per aliquam spacij particulam portaretur: Christus enim erat homo verus habens corpus humanum verum, & densum. Tanta autem est densitas corporis humani, vt a nube, quæ raritatis aereæ, aut paulo minoris est, gestari non possit, & quanquam substantia nubis multum densaretur, vt in se dura corpora sustinere posset, ad tantam tamen densitatem prouenire nequibat, nisi in terram, aut lapideam soliditatem verteret. Hoc tamen impossibile est: nam quanquam Deo, qui summè potens est, nihil obstat, quod ipse efficere non possit: quibusdam tamen repugnat effici. Sic autem substantiæ nubis in eadem natura manenti repugnat, vt in tantam duriciem solidetur. Nam si quouis actionis genere ad tantam soliditatem proueniret: iam non maneret substantia nubis, sed fieret lapidis, aut terræ natura: in quolibet quidem elemento certus gradus proportionata raritatis, & densitatis est: hanc autem transgredi nequaquam datur. Sicut aqua certum sibi diffinit raritatis gradum, ne ad aeream prouenire possit raritatem: si enim hanc quouis modo pertingere daretur, pariter quoque aeris naturam cum raritate indueret, in aquæ substantia manere non potens. His autem raritatum, & densitatum dispositionibus materiæ aduenientibus fit elementorum in alterutrum permutatio. De quo latius diximus in libro de factis Medeg. cum actum est, an aliquo artificio, aut nature potentia de substantia aerea equus ad equitadum per varia terrarum spacia percurrere confici possit, ita vt in eo aliquod ponderosum gestaretur corpus. Nulla igitur ratione euenire posset, vt Christus in hac nube in cælum, tanquam in sede gestatoria de lignis fabricata portaretur, etiam si angelici spiritus eam per aera subleuarent. Ex prædictis autem inferendum patet, hæc nubem a Christo non ob hoc assumptam fuisse, vt in ea tanquam in sede gestatoria portaretur. Sed vt ea ascendens circumdatus foret: Christus namque in cælum ascendens, vt amplius teneretur, ad dulcedinē quandam, & amorem sui promoueret, non instantanea eleuatione penetrauit Cælos, sed successiuus progressibus ferebatur, vt discipuli sui, alijque, qui cum

*Alph. Toft. Parad.*

**A**eo in monte Oliuarum ascendente constiterant, paulisper eum cernerent eleuari. Hoc autem tam diu factum, quousque discipulorum oculi conspicerent ascendentem suffecerunt. Et quoniam honestius Christus ascendens in hac nube videretur, quia vt in gestatoria sede efferrī censeremus, quoniam si secus cunctæ eius superficiales corporis viderentur partes: conueniens valde fuit, vt hac nube circumamictus foret: cum vero aereæ regionis magna parte transmissa Christus Apostolorum oculis intuentium exceptus esset, nubem, quam assumpserat, in proprio aeris elemento relinquens Cælos ascendit, nubes autem nullum cælestium attigit orbem, nec ad igneam spheram vsque prouenit, nec ceterarum nubium regionem excessit.

*Obiectio, & quedam alia ad superiora attentionia.*

Cap. X.

**A**D aliud autem cum in hoc confirmabatur, scilicet, sicut principatus obtinentes, & si per seipso pleraque efficere queant, illa tamen seruis efficienda iubent, ita & in Christo factum extitit rationabiliter argui potest, scilicet, vt Deus, qui cunctis creatis præsidet rebus, a rebus creatis quendam expeteret famulatum, scilicet, iubens, vt eum ascendente, aut angelici spiritus, aut substantia nubis subleuaret. Huic respondendum, de nube satis notum fore, quod ab ea, aut in ea Christus in Cælum gestatus non fuerit, vt ex præcedentibus liquet: de angelis autem dubitandi rationabilior apparet origo, si quis dicere voluerit, Christum ab angelis per totam aeris regionem, & vsque ad empyreas fuisse subleuatum sedes, in quibus gloriæ plenitudo est. Hoc tamen adhuc conuenienter dici nequit: nam cum quidam fuerint actus, quos indignitatem quandam, aut status, atque honoris abiectionem inducere constat. Etsi enim faciliter eos seipsis explere valerent, nequaquam tamen expedit, sed eos potius famulantibus imperare decet. Alij verò interdum sunt, qui etsi indignitatem, aut honoris abiectionem quandam non inducant, tamen labores dueros habent: hos quoque, qui præ sunt deuitantes seruentibus iubent: cum verò aliquas contingit laboriosas esse actiones, nihilque indignitatis contrahentes, nequaquam oportet, vt qui præ sunt subiectis hoc iniungant, si seipsis hoc efficere satis licet. Hic autem conformiter censerī satis congruit: Christo enim plena ascendendi in Cælos facultas erat: nullo extrinsecus petito subsidio, quoniam gloriosum corpus eius iam beatitudinis acceperat dotes: inest autem huiusmodi corporibus agilitas gloriæ, vt vbi cumque esse maluerint, eis esse præsto sit. Amplius autem, quoniam verus Deus erat, quam ob rem hoc ei velle erat, quod efficere, nec quidquam velle posset, quod efficere præsto non esset: hæc autem ascensionis in Cælum actio nullam indignitatem, aut neglecti status abiectionem importat, sed potius magnam ostentat potentiam, quoniam suo ascendebat vigore nullius extranei subsidio fretus: hanc autem ostendi potentiam impossibile foret, si ab alio illuc portaretur. Preter hoc autem, quoniam cum Dominus lesus in Cælum suis viribus ascendere in primum habebat: si ab alio subleuatus ascenderet, potius suam ex hoc monstraret ineptā infirmitatē: velut si quis eorum, qui principatibus præ sunt, gressuā habens potentiam per se, nec duobus saltem passibus moueri veller, aliorum gestamina semper polens: hoc enim indignitatis satis magnæ iudicaretur.

*K 2 Amplius*



Amplius quoque hic ascensionis actus laboriosus nequaquam est: quoniam Deo laboriosum nihil extat. Christo ergo in hoc ascensu labor nullus inesse poterat, cum in eo nulla sit fatigatio, nec quidquam amplioris laboris, aut lassitudinis Christo addici potest: si ipse seipso in celum nullo adiutus ascenderet, quam si ab angelis illuc subuectus foret adiecta nube, aut non opposita. Quoniam igitur hic ascensionis actus proprio vigore expletus, nihil in Christo indignitatis, aut abiectionis inducebat, conuenientius fuisse arguitur, ut ipse nullo adiutus ascenderet, quam quod illuc in aliqua gestatoria sede ab angelis portaretur.

Obiectio, & quedam naturalia. Cap. XI.

CVM identidem hoc confirmatur in Deo huiusmodi reperiri: ipse siquidem seipso cuncta non agit, sed naturali actione illa efficienda relinquit: velut seipso nihil calidum, frigidum, aut humidum reddit, & si cuncta, ut naturaliter sunt, suo vigore explere possit. Huic respondendum est, Deum nihil calidum, aut humidum, frigidum, aut siccum reddere: sed hoc naturalia agentia complent: si enim seipso efficeret huiusmodi Deus, superuacua multa forent, Deus tamen superuacuum nihil efficit. Si enim calidum, & frigidum, humidum, & siccum facere quod naturalium causarum efficacia est, Deo solo agente procederet, cunctus uniuersitatis naturalium agentium ordo superuacuus foret: eis quippe horum efficiendorum virtus inest, Deo tamen id seipso explente, naturalibus agentibus efficiendum restaret nihil: unde eorum virtutes ab omni actione ociantes esse necesse erat. Ut, quid ignis in natura necessitas vlla foret, si seipso Deus cuncta calefaceret? quid verò huius frigus prodesset si à Deo cuncta infrigidantur? Sed ut Augustinus super Genesim ad litteram inquit, Deus sic cunctas res conditas administrat, ut eas proprios motus agere sinat. Amplius autem conueniens non est: ut cuncta per se à Deo caliditatem, frigiditatem, aut humiditatem recipiant. Nam hæc qualitates rebus ad conseruationem suam influunt, si tamen à Deo hæc qualitates rebus producendæ forent, naturalibus entibus non conuenirent: cuncta namque, quæ naturalia sunt, aut mouentur, aut conditiones motus sunt iuxta Aristot. i. Physic. cum inquit: subijciantur nobis, quæ de natura hæc, aut omnia moueri. i. nobis considerantibus de natura rerum hoc supponendum est, ut oēs res naturales mobiles intelligantur, aut ad motum pertinere. Agentibus ergo per naturam, quoniam in motu sunt, actio per motum conuenit, Deus autem siquid calefaceret, aut frigidum redderet humidum siccum ve, non illud successiuus particulatim efficeret motibus, sed subitanea quodlibet horum actione produceret: hoc autem naturaliter permanentibus conueniens non est: Deus igitur seipso nec calidum, aut frigidum efficeret aliquid debet, aut cæteras inducere qualitates, sed cuiuslibet secundum suam virtutem actio relinquenda fuit.

Applicatio eorum, quæ de natura superius dicta ad ea, quæ de nube dicuntur. Cap. XII.

NVNC verò, quæ de naturalibus dicta sunt ad ea, quæ de nube dicuntur applicantibus nobis, dicendum est, non esse huiusmodi in nube, aut angelis tubuehentibus Christum in Cælos, sicut de actionibus naturalium efficiendum dictum est. Nam hoc naturale habet officium ignis, ut calidum, & exultum reddat, quod si hæc Deus seipso expleret: igni naturale munus ademptum foret. Hoc autem non con-

uenit, quoniam, ut dictum extitit, naturalibus entibus qualitates per motum inductæ conueniunt, Deus autem sine successiuâ, atque particulari duratione agit. In nube autem sic nequaquam est: nam si naturale munus nubium hoc foret, ut portandis humanis corporibus in Cælum deseruirent, Christus autem in Cælum ascendens suis hoc dumtaxat viribus efficere voluisset, inconuenienter extirparetur factum, quoniam nubibus naturale munus sublatum esset. Hoc tamē nubibus à natura collatum non est, ut subuehendis humanis corporibus in astra obsequia quædam præstent. Inconuenienter ergo factum non extitit, quod suis viribus Christus ascenderit nulla nubis subuectus ope. Identidem autem de angelis diffiniendum reor: non est hoc angelorum opus, ut corpora nostra in Cælum ferant: alia autem actionum genera sunt, quæ seipso Deus non explet: sed angelis suis efficienda iubet, velut quod hominibus aliquando videantur, eisque nonnulla diuine iussionis referant verba, & in hunc modum cætera, quæ sine motu expleri nequeunt. Hæc enim seipso Deus non efficit, nec quidem tanquam horum efficiendorum potestas non subit, nullis enim terminis diffinita est potentia eius immensitas. Hæc autem parui momenti sunt: paruum quoque efficacem sui potestatem coexistunt: potissimè autem quoniam hominibus, & angelis horum efficiendorum facultas subest, sed quia hæc imperfectionem quandam habent: quam à Deo procedere impossibile est, Deus eas efficere nequit: quoniam Deus nec imperfectus esse, nec imperfectæ operationis modum habere potest: Deus enim per motum efficere nihil potest, quoniam causalitas per motum infinitati perfectionis repugnat: loqui igitur, aut lapidem, vel aliquid alterum per modicum saltem mouere non potest: alia quoque in hanc formam ab eo excluduntur de quibus latius supra in secunda figurata Paradoxa dictum est. In hoc autem, de quo agitur, horum nihil est: Christum namque suis dumtaxat viribus sultum in Cælum ascendisse infinitati, & perfectioni diuinæ nihil obstat: quin potius hoc ostendat: aliâ autem diuina excellentia non pareret. Ex his ergo solidè factis auctum reor Christum ab angelis in Cælum portatum non fuisse, agente nube fuisse subuectum, aut in ea velut sede gestatoria consedisse, sed suis illuc viribus sultum peruenisse.

Quæstio, quomodo Christus in Cælum ascenderit.

Cap. XIII.

HIS autem successis alia huic ambiguitas suboritur, scilicet, cum Christum naturali vigore in Cælum peruenisse monstratum sit, an totum mediū pertransierit. i. totum spacium interiectum inter montem Oliuarum, de quo ascendit, & cælum empyreū, in quo nunc in ætherea sede permanet. Ut autem quid hæc quæstio vellit amplius notum fiat: aduertendum est, quod cum Dominus Iesus in Cælum ascēdit, erat in monte Oliuarum, quod Ierosolymis adiacet, ut habetur Act. i. cap. distat autem mons iste à ciuitate Ierosolyma per dimidiam leucam. i. per mille passus, ut eod. ca. habetur. f. Tunc reuersi sunt Ierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalē, Sabbathi habens iter, id est, tantum distans à Ierusalē, quantum Iudæis in Sabbatho progredi licitum erat. i. per mille passus. In hoc autem monte cum multa ad discipulos suos locutus fuisset, in Cælum eleuatus est, Perhibent

Vbi erat Christus, cum ascēdit in Cælum.

Ordo planetarum, & colorum, post sphæram ignis.

Peribent quoque, qui locum viderunt, in loco ascensionis Domini Iesu lapidem quendam esse Saluatoris impresso vestigio cōsignatum, scilicet, quod cum ascendit profundum lapidi pedis sui reliquit caracterem, posterorum sæculis benedictam ascensionem testaturum, cum talis impressio sit, quæ humano opere facta à quolibet negaretur: inde in locum gloriæ conscendit, scilicet, in empyreas sedes. Ab hoc autem loco ascensionis Domini Iesu, si quis in beatorum locum transurus per omnia media sit: primò ei peragranti etherea tota regio adiacet: dehinc totius sphæra ignea sequitur magnitudo: post hoc autem totus cœlestium corporum globus. In quo transeunti primo cælum Lunæ occurrit. Secundo loco adiacet Mercurij planetæ orbis. Tertio post hunc Veneris circulus adest. Quartus autem naturæ potens, & totius vitæ origo Solis orbis sequitur. Quintus verò circulus quinti planetæ Martis, scilicet, succedit. Post hunc autem sextus orbis, in quo Iupiter planeta manet. Vltimus autem septem planetarum Saturnalis est, quoniam ibi Saturnus mouetur. Huic autem octauus consequitur fixarum stellarum orbis, qui & signifer dicitur: quia duodecim signa, quæ in Zodiaco sunt continet. Alij autem hunc firmamentum appellant, in quo stellæ fixæ esse certum est. Nonus autem cœlestis orbis consequitur, qui primum mobile iuxta astrologorum positionem dicitur, eo quod ibi omnis corporeæ naturæ motus exordium sumat. Hic autem Sacra Scripturæ vocabulo chrySTALLINUM Cœlum vocatur, quod in se aquas gelidas contineat in chrySTALLINAM duritiem solidatas. Hic autem nonus orbis astrum nullum habet. Huic vltimus orbis empyreus adiacet, qui nec astra gerit, nec motum quemcunque habet. Hic autem à nobis videri nequit: hic autem locus est, vbi nunc animæ sanctorum requiescunt. Post mortem autem, atque carnis generalem resurrectionem corpori iam animato beatorum ibi quietis dabitur locus. Ad hunc autem locum Christus ascendit, cum eum in Cœlo ascendisse testamur. Proposita ergo quæstio inuestigat, an cum Christus in Cœlo ascendit, singula horum transierit, loca, an de terra paulisper eleuatus aliquam aereæ regionis particulam successiuè transcenderit, deinde in instanti in Cœlo empyreo fuerit, loca media non tangendo.

Solutio ad quæstionem, & quedam de distantia Cæli empyrei à terra.

Cap. XIII.

HVIC Inquisitioni responderi debet, quod nullatenus dici potest, Christum mox ut de terra pedes extulit, in empyrea sede fuisse, ita ut loca media nulla transierit. Obuiat enim huic quod habetur Actuum primo capitulo, vbi manifestè processus eius successiuus significatur, cum dicitur: Et cum hæc dixisset videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: Cunque intuerentur illum in Cælum euntem, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, & dixerunt: Viri Galilæi quid statis aspicientes in Cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis, sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in Cælum. Ex his autem necesse est, ut Christus per aliquam particulam aereæ regionis successiuè transimigando conscenderit: nequit enim esse, ut Apostoli Christum ascendentem defixis Alph. Toit. Parad.

culis intuerentur; nisi paulisper moueretur. Amplius autem quoniam dicitur, Apostolos vidisse Christum euntem: qui autem vadit transire: necesse est igitur, quod Christus medium transimigraret: nam in eis, qui simul sunt in termino à quo, & termino in quem, transitus nullus est, nec ire est, in quo nulla est successio motus, de quo Aristoteles in principio sexti Physicorum. Rursus autem, nec dici potest, quod quemadmodum Christus per aliquam aereæ particulam successiuè transiuit, ita & per omnia alia mediij interiecta paulatino successu transierit, quousque ad empyreas perueniret sedes: nam si iste modus processus fuisset in Christo ascendente, quem dum ab Apostolis ascendens videbatur, habebat, illuc usque ad centum annos, & amplius nequaquam peruenisset. Nam à terra Cælum empyreum pluribus quam trecentis millibus leucarum distat, collata magnitudine in grossitie aliorum cœlorum, quorum eleuationes à nobis magnitudines, & distantia sciri possunt per considerationem apparentium astrorum in eis. Hoc igitur procedens modo ad perueniendum in cælum empyreum multis temporibus eguisset, quod conuenienter dici nequit. Aduertendum autem circa ascensionem Domini Iesu duos locationis esse modos, quorum vterque verus, aut apprensus satis est. Primus est, ut dicatur Dominum Iesum in ascensione ad cœlos primò per quandam particulam aereæ regionis dum Apostolorum oculis conspici poterat paulatino, & successiuo progressu ascendisse: cum verò ab oculis discipulorum subtrahi cepit, subito & velut in puncto per omnia mediij spacia pertransiuit quousque in empyream perueniret regionem, nullo medio omisso, quod in transitu non tangeretur. Secundus positionis modus, ut dicatur Christum per aeream regionem aliquantulum successiuus ascendisse progressibus, dum eum discipuli conspiceret valuisse, cum autem ab eorum oculis defecit, in instanti in cælo fuit, nulla pertransitione facta per loca media aereæ, & empyrei cæli.

Christum in instanti Cælum empyreum conscendisse.

Cap. XV.

NVNC autem in his inquirendum est, quis horum duorum modorum in positionibus conuenientior sit. Cui satis responderi potest, vtramque esse sustentabilem positionem, nec videtur aliqua manifesta pati obiecta, conuenientius tamen dicendum videtur: quod cum Christus in cælum ascendit, paruum aereæ partem, dum ab Apostolis videbatur successiuè, nec in magna velocitate transierit, cum verò eorum effugit intuitum, in instanti in empyrei Cæli sede locatus est, nullum interiectum his locum transiens. Huius autem fundamentalis ratio videtur, quoniam in operationibus diuinis, nihil frustra apparet: Deo tamen possibile erat, ut Christus immediatè postquam in aereæ regione fuit nullo interiecto medio in cælo empyreo esset: nihil tamen apparet propter quod dicere compellamur, aut saltem inducamur, Christum per omnia loca media transiisse, nihil ergo horum transiuit: sed mox, ut in aereæ parte fuit, & ab oculis discipulorum euauit, in empyrea sede fuit. Quod autem Deo possibile sit, ut corpus aliquod ab eo loco, in quo est in alium satis distantem locum, transferat nullo interiecto medio, ita ut per nullum medium spacium transeat, apparet, quoniam his maiora efficit.

K 3 Maus

Distantia cæli empyrei à terra.

**Deus p̄t** Maius proculdubio est, quòd aliquod corpus duo simul teneat loca, aut in plurimis locis maneat: hæc tamen Deus quotidie efficit: Saluatoris nostri quip̄ corpus quotidie in empyrea sede, & in altari per consecrationem est, nec dumtaxat in vnico, sed in pluribus, quàm ducentis millibus altariibus. Hoc pariter quoque si eiusdem temporum momentis vtrobiq̄ consecrata hostia sit, aut saltem aliquando in eis consecrata hostia simul sita, & si simul consecrationes factæ non sint: facilius ergo erit, vt corpus vno loco immanens ad satis distantem locum transferat nullo medio interiecto. Hoc autem adhuc amplius declaratur: nam si Deus egerit, vt aliquod corpus simul hic, & Hispali, Toleti, ac Burgis sit, non efficit, vt in toto medio quoque sit: nam & si Toleti, Hispali, atque Burgis corpus istud simul fuerit, non erit necessariò in toto terræ spacio interiecto his locis, sed in eis dumtaxat. Si ergo contingit, vt aliquod corpus simul Toleti, & Hispali sit, pariter nullam loco interapedinem occupans facilius satis videbitur, vt nunc corpus istud Toleti sit immediatè, post hoc Hispali sit nulla media pertransiens loca. Quod apparet, quoniam ex prima hypothesi vnum corpus in duobus simul locis ponitur, quod hunc aeris quidem nequit efficere, sed virtus infinita. In secunda verò simul non ponitur in duobus, sed intermediorum tollitur pertransitio, sicut in prima quoque est. Aliæ autem acutiores speculationes sunt, quibus inducitur idem corpus in duobus locis simul esse: nobis tamen planius fortassis speculantibus suffecerit habituendo animæ ad corporis passionem. Quod enim animæ ex natura inest, interdum corpori diuinitus inesse potest, sed animæ nostræ, & cuiuslibet substantiæ intelligenti ex natura hoc inest, vt nunc ea, quæ hic sunt considerans, mox ad ea, quæ Romæ fuerint speculanda se flexerit, nihil eorum, quæ in tota locorum interapedine aguntur inuestigans, aut sollicita: hoc autem animæ natura donat, quoniam spiritus simplex est non alligatus ad locorum leges, sicut corpora his necessariò subiecta sunt. Conformer ergo Deus in aliquo corpore efficere potuerit, & cum collibitum foret efficiet, vt quamquam natura motus, & locorum legibus corpus à territorio Hispalensi mutatum in Romanam urbem: necesse est, vt singulas directè interapedinis partes transeat ab his motus, & locorum legibus absolutum sit. Tunc autem cum Hispalim egrediat, in Romana urbe erit, nihil eorum, quæ media sunt transiens, ac si Romana Ciuitas Hispalensis vrbs portæ termina foret. De Christi corpore non dispariter sentiendum est, scilicet, vt mox, vt in aere fuisset, in Cælo empyreo esset, nullius medij transitum faciendò: nam si hoc in Christo possibile erat, nec erat aliqua causa propter quam in omnibus locis medij aeris, & empyrei celi esse debebat, conuenientis est, vt postquam in aere fuerit, mox in empyreis sedibus locaretur, nihil medij transeundo. Quod autem nulla ad hoc causa subfit, vt per cunctam locorum interpositionem Christus ascendens transire debuisset, satis notum esse videtur: nihil namque mysterij, aut rationis in his subapparet, aut si quicquam aliquam transitionem Christi per totam locorum interapedinem contestetur, necesse est, vt pariter huius causam assignet, quam assignare difficilimum foret, nec videtur assignabilis. Ex prædictis satis apparet, necesse esse huic assentiri positioni. Hoc pacto in quotidiana hostiæ, & vini in calice consecratione Christum in hostia, & calice pariter consistere, in Cælo quoque empyreo simul, nec ad hoc media transit loca.

**Modus ascensionis Christi. Cap. XVI.**

**I**N his igitur dicendum est, Ascensionis Christi hunc fuisse modum: ipse enim in monte Oliuarum prope Ierosolymam cum Beata Virgine matre discipulisque, & alijs, qui aderant multa locutus est, consolatus illos, nè de suo discessu secundum carnem, tristarentur: ipse enim illis parare locum ibat, & nisi ipse ab eis tolleretur, non veniret Spiritus paracletus. Cum autem huic consolationi terminum imponeret, descendit de aerea regione quadam nubecula vsque ad pedes Saluatoris, factaque est in modum troni, aut gestatoris sedis, vt sic Christus in ea sessurus videretur, quamquam, vt prælibatum est, hæc nubecula Christum non tollebat, quin potius suis ipse viribus nitebatur. Tollebatur autem illa nubes paulatim in excelsum, Christus quoque cum ea ascendebat, ac si in ea sederet: maior tamen pars corporis Saluatoris nostri nube velata non erat, vt sic discipulis vultus ille videndus concederetur, corporis quoque reliqui præcipua portio. Hæc autem paulatim, & successiua per aeris primum interstitium facta ascensio, tamdiu durauit quousque ab inuentium obtutibus frustraretur: tunc autem hunc aeris locum adeptus, non vt prius successiua eleuatione vsus est, sed simul in instanti in ætheris sedibus vbi permanens foret collocatus est. Sicut autem Christus in instanti ab illo aere regionis loco in empyreas sedes in instanti conscendit, potuisset quoque à monte Oliuarum, in quo matris, & discipulis collocatus fuerat in instanti ascendisse: conueniens tamen non extirrit. Christus quippe eis, qui illi ascensuro in monte Oliuarum altabant prædixerat, quòd inde in Cælos ascensurus foret. Si autem mox, vt ibi stetit in empyrea fuisse locatus sede, nullam aereæ regionis ascendendo transiens partem, vt factum est, discipuli eius, quibus se ab eodem loco ascensurum contestatus fuerat, eum ab oculis suis euascerent conspicientes, nec tamen tolli videntes in sublime contra Cælos motum, quid de eo factum foret ignorantes, cum nullum transitus illius cognoscerent argumentum, extimuisent valde desolari inextimabiliter cum magistri sui, & Domini, atque totius boni in quem credentes salutem sperabant, exitum nescirent. Benedictus ergo Redemptor noster nolens desolatos relinquere in discessu suo secundum carnem eos, quos tantum inter eos manens dilexerat, quos etiam vsque in finem dilexit, vt patet Ioannis decimo quinto capitulo, dignatus est in Cælum scandens per aliquam regionis aereæ particulam paulatim ferri successibus, vt sic cunctis discipulis suis ceterisque, quibus in monte Oliuarum colloctus fuerat, conspicendus daretur qualiter à terra erectus paulisper foret, videbantque eum successiue per aerem propinquum terræ tolli, quem videntes agnoscebant fulgentem vultu illo beatifico, vt iam plenè beatitudinis obtinente dotem. Hæc autem conspicientes replebantur gaudio inenarrabili, scientes Dominum illum, ac magistrum Saluatorem, atque totum bonum, quem tantum præsentem dilexerant, nunc quoque tenerius diligebant, cui per tres annos ferè communicauerant, in Cælo tolli viderent. In hoc quoque nimis in spe futuræ resurrectionis eorum, & ascensionis in cælum fortificabantur: nam velut Christum ascendentem conspiciebant, ita & aliquando se ascendentes expectabant: sicut enim Christi resurrectio eis resurgendi exemplar, & spes fuit, ita & eius in Cælos ascensio nostræ aliquando futuræ ascensionis certissimum dedit argumentum.

Non poterat Christus absque visitatione discipulorum exterris in cælo ascendere.

**Hic modus arguendi est** Apostoli prima ad Corinthios decimo quinto, scilicet: si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Non dispari autem sententia nobis arguere licet; si Christus in Cælos ascendit; nos quoque ascendemus. Amplius autem ista Christi conspecta ascensio vehementer assistentium Christo corda inflammavit, vt ipsi quoque illuc ascendere desiderarent, quòd Redemptorem, & Dominum suum ascendere intuebantur, cum ipse dixisset, vbi ego sum, ibi & minister meus erit, vt habetur Ioannis decimo secundo capitulo. Christum igitur ascendentem contemplantes cum magnam vndique delectationem experirent, tanquam poenitens desiderio, & gaudio absorpti erant defixis in eum oculis. Iam verò ab oculis eorum Dominus ille Iesus elabi ceperat, ipsi tamen magis illo quo ceperant desiderio, & amore pariter absorpti in eam partem, qua ascendebat lumina defixa tenebant. Nolens autem piissimus Saluator noster eos quos diligebat eius desiderio inaniter affligi, postquam ab oculis eorum euascerent cepit, misit duos angelos virorum, monstrantes effigiem, indutos vestibus albis, vt discipulos ab illa tanti desiderij expectatione iam tolletent, qui ad illos accedentes dixerunt: viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem. De hoc Actu. cap. 1. In hoc autem adhuc manifestatur, quòd quamquam Christus ab angelis in cælum eleuatus equaquam sit, quin potius suis ipse viribus conscendit, tamen cum eo angelorum ascendit multitudo honorans, & comitata illum, ex his autem duos illos in vestibus albis ornatos ad discipulos misit, vt discipulos consolarentur, eos in aspectu illo amplius fatigari non permittentes. Ceteri autem angeli Christum comitantes in sua natura simplici procedebant nullo elementalit corpore sumpto: angelos tamen, qui ad discipulos de loco expediendos missi sunt, in assumptis corporibus esse oportuit, quoniam discipulis locuturi erant: eis tamen nec loqui potuissent, nec ab eis videri, nisi corpora assumpsissent in quibus hæc efficere. Et sicut hi duo angeli virorum effigiem assumpserunt de aereo elemento, ita & vestium figuram eis superposuerunt: nam inhonestum satis viderentur duo corpora virorum, siue vera, siue verorum effigie demonstrantia depositis velaminibus apparere. Horum autem vestes teste Sacra Scriptura albæ fuerunt, quoniam color iste decebat lætitiæ ascendentis Redemptoris nostri. Ex prædictis satis colligi datur, qualiter Redemptor in Cælum ascendit, scilicet, quòd mox, vt in aeris parte quadam fuit in cælo empyreo stetit, nullum locorum mediorum transiens.

De vestibus, quas Christus habebat in ascensione.

Cap. XVII.

**A**MPLIUS autem cum Dominum Iesum in Cælum ascendisse fateamur, quispiam inquireret quid de vestibus eius factum sit, quas dum illic ascenderet habuit, aut vbi nunc sint. Cui aliqui respondebunt, quòd Christus in Cælo eandem nunc vestes habeat, quas hinc à nobis ascendens tulit. Quod si in hos arguatur quomodo vestes illæ tot annorum elapsis curculis attrite, aut putrefactæ non sunt. Respondetur, quòd & si naturæ conditione per tantam temporis diuturnitatem durare nequiuissent, Dei tamè nutu vsque hodie illæ permanent. Hoc autem rationaliter dictum apparet: primò quoniam in cælo corruptio nulla est: cum ibi contrarietas nulla sit: in regione autem elementalit contrarietas omnis est, ideo ibi generatio, & corruptio est: Cælum autem nullam elementalium rerum conditionem habet, ideo ibi generatio, & corruptio nulla induci poterit. Vnde vestes illæ, quas Saluator noster secum ascendens tulit atteri, aut putrefieri nequibunt: quia nullum, quòd eas corrumpat, esse potest, & quidquid alterum in cælo sit, corrumpi non poterit. Amplius autem Dei nutu vestes illæ permanent, & si naturalitatis eis ad corruptionem inducens repugnaret: Deus enim sic constituit, vt incorruptæ semper maneant. Simile factum à Deo in Sacra Scriptura reperimus: ipsa enim testimonia perhibet de Israelitis, quòd cum egressi fuissent de Aegypto quadraginta annis per varias vagati solitudines nulli populorum adhererunt, qui tunc sibi formidolosi erant, cum omnes sibi in festi oppido forent, vnde nec ab eis vestes, aut calciamenta habere poterant, Deus autem horum necessitati sufficere volens egit, vt eorum vestes toto illo quadraginta annorum tempore illæ consistenter nullatenus putrefactæ, nec attritæ, sed in eapenitus habituine permanerent, qua de Aegypto eas eduxerant. Calciamenta quoque eorum, quæ facilius atteri solent, hoc toto quadraginta annorum tempore læsa non sunt, nec attrita, aut vetustate consumpta quousque terram promissam Israelitæ intrauerunt: de hoc Deut. cap. 8. horum autem causæ latius à nobis ibi inductæ sunt. Si ergo in vestibus Iudæorum tanta fuit diuina dignatio, vt tanto tempore nulla atterente vetustate consumptæ forent: quanto verisimilius in vestibus Saluatoris nostri dicendum erat accidere debuisset. Aliud quoque ad hoc inducendum inuentum est, quoniam facilius est aliquid quod secundum se corruptibile est incorruptum seruari in cælo, quàm in terra, quia ibi contrarietas, aut contrarietatis nulla extremitas est: ideo nulla actio erit, cum omnis actio secundum naturam suam detur in contrarietate, vt patet ex Aristot. in 5. Physic. In Arabicis verò solitudinibus, per quas Israelitæ quadraginta annis vagati sunt, contrarietates solidæ erant, cum in tota elementalit regione contrarietas sit, potissimè in terra superficie, in qua abundantior exigitur contrarietatis virtus ad generationis, & corruptionis efficaciam. Si ergo Deus dignatione sua supra naturam communem modum operatus non fuisset, necesse erat Hebræorum vestes fuisse tanto tempore vetustate consumptas.

Improbatio responsionis predictæ. Cap. XVIII.

**Q**VAE autem hætenus de vestibus Christi dicta sunt, talio inuituntur fulcimento. Christus siquidem in empyrea sede vestes nullas habet: sola enim in vita æterna ea sunt, quæ ad beatitudinis complementum quidquam conferunt: vestes tamen Christi ad gloriæ constitutionem efficere nihil queunt, eas igitur nullatenus in felicitate Paradisi esse liquet. Hoc autem satis patet, quoniam habitudo ad aliud genus bonitatis pertinet, quòd est verum bonum: vestes autem, aut regendæ turpitudinis causa, aut excludendæ temporis intemperie inuentæ sunt: de hoc autem inferius magis agetur. Amplius autem, qui beata illa æterna vitæ felicitate fruuntur, perfecta ratione degunt, & secundum naturam rectitudinem: tamen secundum naturam ordinem perfectus est corpus humanum qualibet veste delino, & lana, aut quacunque materia contexta: rationi ergo consentaneum nõ est, nec quouis modo possibile, vt vestes de materia quouis fabricata hominibus ad felicitatē p̄nt: Christi ergo in felicitate Paradisi vestes nullas habebit. Identè, & ceteri beati viri.

Facile est in Cælo aliquid æternū seruari, & si sua natura corruptibile sit.

Ob hoc autem Boetius de Consolatione lib. 2. proſa quinta arguens contra eos, qui aliquam felicitatis particulam veſtibus aſcripſerint ait. Ita ne autem nullū eſt vobis proprium, ac inſitum bonum, vt in externis, ac ſepoſitis rebus bona veſtra quaeratis? ſic rerū verſa conditio eſt, vt diuinum merito rationis animal, non aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſupelleſtilis poſſeſſione videatur: & alia quidem ſuis rebus contenta ſunt: vos autem Deo mente conſimiles à rebus inſimis excellentis naturæ ornamenta captatis, nec intelligitis quantam conditori veſtro faciatis iniuriam. Ille humanum genus terrenis omnib⁹ præſtare voluit vos dignitatem veſtram infra inſima quæque detruditis. Item imperfecti ſatis ſignum eſt, vt aliquid corruptibile humano artificio conſtans id, quod tota beata trinitas effecerit perfectum redderet. Saluatoris tamē noſtri veſtimenta de lana, & lino conſtituiſſe patet, & ob hoc eas corruptibilitati ſubiectas patet; artificium etiam humanum eas ad eſſe perduxerat. Corpus autem Domini Ieſu incorruptibile eſt, cum per glorificationem ſuam immortalitatis corpus effectum ſit. Corpus quoque illud benedictum totius Sanctæ Trinitatis myſterio in virginis aluo miris modis conſectū extitit. Abre ergo eſt, vt illud ab imperfectis mortalibus conditionis veſtibus quidquam pulchritudinis, aut felicitatis conſequiri poſſit. Quod autem corpus Saluatoris noſtri totius trinitatis opere expletum ſit ſatis liquet, quoniā non fuit eo modo quo cætera humana corpora fabricatum: corpora quippe aliorum hominum ſemine maſculino cōmixto ſanguini menſtruali foemino ipſa virtute maſculini agente in foeminiū formatur: quotidianis enim actionibus foemineus digeritur humor, atque contemperatur, & ſolidatur quouſque perfectam formam humanam ſemē illud induerit, quod organizationem appellamus. In corporis Chriſti formationem longē differenter extitiſſe cognoscimus: ibi quippe nullum maſculinum ſemē extitit quod ſanguinis virginis menſtrualē contemperaret, digereret, atq; formaret in corpus: ipſam ſiquidem viro incognitam alma mater cōſtitetur Eccleſia. Vnde ex viribus naturæ hoc impoſſibile fuit, vt ille vir gero menſtruis formaretur ſanguis, vt per ſe in eius vero erat, ſed quod viribus naturæ defuit hoc ſupra naturæ limites agens totius beatæ Trinitatis im mēſa virtus effecit. In inſtanti enim quadam menſtrualis ſanguinis Beatæ Virginis à cœteris ſeiuncta particula in corpus perfectē organizatum formata eſt. Anima quoque eodem formationis corporis inſtanti creata, atque inſuſa membris eſt, ſuitque eodē inſtanti Chriſtus verus, ac perfectus Deus, & homo, ſed quidē corpore paruus. Dicit ergo Orthodoxorum fides, Chriſtum de Spiritu Sancto conceptum, quoniam Beatæ Trinitatis ope tota illa ſacraſſima generatio, aut paſſiua conceptio celebrata eſt. De his autem latius dictum eſt in expoſitione primi Paradoxi ſuper primam particulam. ſ. Vas clauſum. Quia ergo hoc benedictum Chriſti corpus à tota trinitate miris modis fabricatum fuerat, ſatis diſſentire rationi videbatur, vt ex corruptioni ſubiectis veſtimentis quidquam ei pulchritudinis accedere, aut felicitatis potuiſſet.

*Quadam attinentia ad ſuperiora. Cap. XIX.*

**A**MPLIUS autem ſi Chriſtum in felicitate Paradifi eiſdem quibus hic tegebatur veſtibus indutum aſtruxerimus, oportet vt pariter fateamur eas ibi alicuius neceſſitatis, aut vtilitatis, vel iuamēti cauſa manere: alioquin ſuperuacuum in Deo fatebimur quod ſtultum eſt in actione agentis ſecundum rationem: à Deo autem longe quæcunq; talia abſunt:

**F** ipſe quippe cuncta diſpoſitiſſimè in ordine puenienti producit. Has tamen veſtes Chriſto in felicitate Paradifi conferre nihil patet, eas ergo nullatenus habet. Hoc autem euidentius deducitur. Si enim Chriſtus veſtibus in celo empireo vteretur, vt inde quadā corporis inhonēſtæ, aut quandam continentis turpitudinem partes tegerentur, quas nudas veſtibus apparere illicitum foret, aut vt aliquid decoris velatis particulis ex hoc accederet, non collato ad hoc, quod ex his que dam partes turpitudinis velarentur. Horum autem primum eſſe nequit, quoniam hoc dato neceſſe eſt, vt fateamur cum felicitate Paradifi in Chriſto quaſdam adhuc manere particulas, quas indecorum ſit in manifeſto cerni, quod ſatis ab re eſt. Nec quidem in Chriſto dumtaxat, ſed & in ceteris quos æternæ felicitatis participes conceſſerimus. Status quippe gloriæ quemlibet, qui eius cōpoſ eſt, ad eam deducit perfectionem, qua in eo maior iam eſſe nequeat, nulla ergo huic perfectioni erit cōiuncta imperfectio: quoniam ſolidè beatum eſſe nequit, quod aliqua ex parte miſerum eſt. In corpore autem humano aliqua eſſe maculam, penalitatis cuiuſdā genus eſt, quam in felicitate perfecta eſſe impoſſibile eſt: in Chriſto igitur huiusmodi inhonēſtam, aut indecoram particulā nullatenus eſſe liquet. Secundum quoque ſupra dictum de Chriſto dici nequit. ſ. vt ideo in eo veſtes in Paradifi felicitate fateamur, quoniā eius corpori pulchritudinem quandam, & honorem donant: nam ſi quid alterum perficit, aut illud pulchrum reddit, neceſſe eſt, vt eo quod à ſe perficitur pulchrius, atque perfectius ſit. De veſtibus autem Chriſti ad eius Sacraſſimam carnem collaris huiusmodi dici nequit, quoniam caro eius quibusque veſtimentis pulchrior, & decentior eſt: nullā ergo cauſam eſſe apparet, quare rationi conuenienter dictum videatur, vt Chriſtus in ſedibus empyreis veſtes habeat: eas ergo non habet cum in eo fruſtra nihil ponendum eſt. Amplius autem veſtes turpitudinibus corporis tegendis inueniuntur. In Chriſto autem nulla corporis particula turpis, aut pudenda eſt, in eo igitur nequaquam veſtes erunt. Huius inductionis primum patet: quoniam omnium ratione degentium finis veſtium hic eſt, vt pudenda quoque, & in publicum prodire indigna tegantur: hic quoque fabricatarum domorum finis eſt: voluerunt enim mortales ſic honeſtius quedam, quæ publicam cognitionem formidant explere: ſic habetur Eccleſia. 29. cap. Initium vitæ hominis panis, & aqua, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Quod autem in Chriſto pudendum nihil, aut turpe ſit manifeſtum eſt: nam huiusmodi poenæ ſunt eius, in quo ſunt, in felicitate autem empyrearum ſedium penalitas nulla eſſe valet, cum omnimodam ibi felicitatem aſtruxerimus: ibi igitur conſequenter omnem maculam, aut corporis deformitatem diſitebimur: nulla igitur talis macula in Chriſto eſſe valebit, vt veſtibus egeat, aut ei vſquequaque proſint.

*Perfectior eſt ſtatus felicitatis Paradifi, quàm ſtatus originalis innocentia. Cap. XX.*

**A**MPLIUS autem perfectior eſt ſtatus felicitatis Paradifi, quàm ſtatus primordialis, atque originalis innocentie: in eo tamen nulla prothoplaſtis veſtis fuit, nec eis neceſſaria, aut oportuna videbatur. In vita æterna igitur beatas veſtes nullatenus aderunt. Huius inductionis maior apparet, quoniam in ſtatu originalis innocentie hoc dumtaxat hominibus bonum erat, qd à peccato adhuc immunes proſus erant, nec alicui penalitati ſubiecti erant, aut morti. Erat quippe innocentia iſta, aut originalis iuſtitia gratia à Deo

**A** Deo gratis collata prohibens ne mortalitas, quæ hominibus inerat ex principiorum ſpeciei ſue conditione noceret: erant tamen homines potentes peccare, atque cōſequenter mortalitati ſubiaccere, ſicut eis poſterius peccati merito inſiſtum eſt. Qui verò nunc in felicitate Paradifi inexcogitatis fruuntur bonis ampliora his bona habent, quoniam dotes gloriæ tam in corpore, quàm in anima tenent, quarum nulla in primordialis innocentie ſtatu fuit. Non enim vſque quaque homines primæuæ originalis iuſtitie tenēres ſtatum felices erāt, quoniam adhuc deficere poſſe eis inerat, cum poſterius ceciderint: felix autem circumquaque non eſt, qui aſualiter miſer effici poteſt. Nunc enim, qui felicitate Paradifi fruuntur, immortales ſunt, qui verò primæuam tenebāt iuſtitiam, mori poſſe promptum habebant. Item, qui ſtatum innocentie tenuerunt, & ſi tunc non peccauerant, aut peccabant, peccabiles tamen erant, ſicut eis poſterius factum eſt: qui tamen felicitatem Paradifi tenent, peccare nullatenus queunt, aut ea, quam tenent gratia carere. Præter hoc autem, qui primæuæ innocentie ſtatum tenebant, de felicitate æterna ſibi cōſcij, aut certi non erant, quoniam in eis factum eſt, quod peccaret: quo ſpem eius perdidit, niſi mediatoris Chriſti gratia redempti forent: qui verò perhenni felicitatis gaudia experiuntur, de ea, quam poſſident felicitate firmitudinis, atque certitudinis cōſcij ſunt, quoniam peccare nequeunt: illud tamen quo fruuntur ſoli peccato repugnat, vt eo auferri poſſet: qui igitur ſibi cōſcij ſunt, quod peccare nequeunt, perhennis felicitatis certa poſſeſſione latantur. Differentius ergo maior perfectiorque ſtatus eſt eorum, qui empyreas poſſident ſedes, quàm eorum, qui primordialis innocentie ſtatum aliquando tenuerunt. Huius autē ſecundum liquet: nam cum diuina poteſtas formauit Adā de limo terræ, nudum plaſtauit, nullum ei tribuens corporis tegmentum, vt dicitur Gen. 2. & 3. cap. Eū quoque cum de latere viri dormientis formauit, nullo adhibito carnis ſue tegmento eam eſſe dedit: vnde erant nudi, nec erubeſcebant, vt apparet Gen. 3. capit. Cum verò deliquerunt, exarſerunt in vtroque ad alterutrum genitalia membra, quodam paſſionali ad libidinem inſurgente calore: quemadmodum nobis euenire ſolet, cum in libidinem incitatur. Hunc autem prius nequaquam experti fuerant, nec tale quid accideret poſuiſſe arbitrabantur, quo pacto de eo, quod accideret, rubore ſuffuſi ſunt. Ob hoc autem genitalia, in quibus nouum illud acciderat adoperire volentes, de folijs ficus fecerunt ſibi perizomata ad tegendum dimidiam corporum partem. Hoc autem inſertur, quod cum natura inſtituta erat nondum vitio hominum infecta, veſtibus nec egnit, nec vſa eſt. Nulla n. tunc eos ad hoc neceſſitas adigebat: quoniam non erubeſcebant nuditatis ſue, ac ſi nudum eſſe malum nihil foret. Nec hoc quidem ideo quis factum putet, quaſi tunc homines nimis adhuc rudes quid bonum, honeſtum, aut verecundum foret ignorarent. tanta quippe tunc rationis viuacitate vigeabant, vt poſterius vigerunt: peccato tamen conſummato ruboris que dam penalitas mox conſecuta eſt, quo veſtium neceſſitas ad honeſtatem tuendam inducta eſt. Veſtium ergo vſus ex peccati ſequela provenit, ſcilicet, ex penalitate ruboris: à ſtatu autem felicitatis Paradifi omnis pena abeſt, cum ibi plenum conſummatumq; reperitur bonum: in illa ergo perhenni felicitate Paradifi veſtibus nullus vtetur, & cōſequenter nec Chriſtus nunc quibusque veſtibus reſtus eſt.

*Quadam attinentia ad ſuperiora. Cap. XXI.*

**H**IS autem addijcitur, cum diuina poteſtas hominem plaſmare voluit, cuncta ei neceſſaria cōtulit, veſtes tamen ei nullas tribuit: veſtium ergo homini nulla neceſſitas, aut opportunitas eſt. Quod ſi homini nato, & viuenti veſtes ad nihil neceſſariae ſecundum ſe fuerunt, etiam ei poſt mortem iam in felicitate Paradifi degenti multo rationalius conferre nequibunt, aut aderunt. Huius inductionis primum liquet: ſic enim Deus res conſtituit, vt ſingulis quod nature neceſſitas, aut opportunitas exigit, tribuerit: quæ autem opportuna non ſunt, ſed ſuperuacua non addiderit: alioquin cum condita ſubſiſtere nequeant, niſi cum eis, quæ opportuna, & neceſſaria quoque inſunt, tam diu quæ ſubſiſtunt permanere nō accideret. Hic autem prau⁹ ordo rebus impoſitus foret, ſcilicet, vt aliqua condita forent, quæ ordinis deſeptione deperdi neceſſe eſſet. Hoc autem in Deo aſtrueri neceſſe dixerim: cum teſte Ariſt. Politic. lib. 1. lucide diſciſerimus Deū, & naturam nihil ſuperuacui operari. Pari ergo cenſura dicendum eſt, nihil à Deo, & natura productum, cui neceſſaria quoque, aut naturali cōſeruatiōi opportuna adiuncta non fuerint. Si quid enim Deo, aut natura agente productum aſtruxerit, cui neceſſaria queque diſtearis conſeſſa, fatearis oportet, hoc fruſtra productum fore: hoc tamen quiſque conſiteri recuſabit: cuiusque ergo genito producto, aut creato Deo, aut natura agente, quidquid ſpeciei conueniens eſt conſeſſum fore conſiteri neceſſe eſt, vt ſic progenita, aut producta conſtare queant. Hoc autem inducitur. Nam ſi genitum, aut productum ad conuenientiam ſpeciei neceſſaria quæque non habeat, perituum eſt, neceſſario erat ſuperuacuum, aut eſt id gigni, quod conſeſſum delendum erit. Amplius autem Ariſto. 1. 2. Metha. ait, entia vniuerſi nolle male diſponi, ſed conuenientius diſponi, quo diſponi queant. Si tamen ſi vniuerſitatis res admiſtrari fateamur, vt cuiq; qd ad ſpeciei neceſſitatē ſunt non ſuppetant, & conſeruatiōi opportuna, prauo ordine diſpoſita forent. Cunctis ergo genitis creatis, aut productis à Deo, vel natura quæcunque neceſſaria ſint, addijci conſiteri neceſſe eſt. Hanc quoque aſſumptionem euidentius latiusque inducit Ariſtot. Politic. lib. 1. dicens, qd ſicut cunctoꝝ ingeniatrix natura cunctis, vt ſint prouider, machinas quaſdam, & argumēta eſſendit tribuens, ita & genitis rebus prouidet, vt ſeruentur. Vnde dicit naturæ eſſe virtutem prouiſiuam ad conſeruatiōem animalium, vt ſicut generationi conſtulit, ita eis genitis alimenta tenera præparat, procedentibus autem ſecundum ætatem firmiora quaſdam iam robuſtioribus nutrimenta miniſtrat. Ex hoc autem prouenire inquit, vt femellæ poſt partum lac in vberibus habeant, vt inde editos partus liquidiori, atque tenerrimo alant nutrimento: poſt autem ſolidiora que dam naturæ conuenientia adminiſtrat: de hoc quoque Ariſto. 1. Oecono. ait, omnia animalia à terra nutrimentum recipere, tanquam à matre: ipſa ergo terra, que nature pars qdam eſt, ſic nature ingenio diſpoſita eſt, vt cunctis viuentibus alimenta præbeat.

*Duplex modus neceſſitatis in homine. Cap. XXII.*

**P**OTEST autem & aliàs induci, quod homini plaſmato neceſſaria quæque ad conſeruatiōem ſuam tribuerit. Duplex enim neceſſitatum modus plaſmato homini inerat. ſ. ad conſeruandam humanā ſpeciem in ipſis indiuiduis, & ad indiuiduorum permanentiam. Ad indiuiduum verò quodlibet humanum conſeruandum cibus, & potus neceſſarius eſt. Nam

Chriſti corpus totius trinitatis opere expletum eſt.

Inuentio veſtis eſt, vt tegat pudenda.

In Chriſto nihil eſt pudendum.



Nam cunctis animalibus hoc inest, ut vitam alimento conferent: alioquin eis nulla per naturam possibilis est conseruatio. Necessitas autem speciei est ad permanentiam eiusdem, & quoniam prater indiuidua speciem permanere impossibile est dicente Arist. in predicamentis in predicamento substantiae, destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere. s. delectis omnibus indiuiduis, quae sunt primae substantiae, impossibile est aliquam primam substantiam permanere, quae ad genera, & species pertinet. Et quoniam in compositis, & mixtis nullum indiuiduum permanet in aeternum, cum quodlibet corruptibile sit ad permanentiam speciei per generationem esse necesse est; quae ex vno indiuiduo alterum originem trahat, ut sic quibusdam occasum facientibus alijs autem ex his sumentibus ortum in aeternam durationem permaneat substantia speciei. Et quoniam ad generationem huiusmodi potentia actiua, & passiu, & summè necessaria sunt: quae natura ministrat, sexuum quoque diuersitas. s. masculinum esse, & femininum: nihil alterum necessarium erit hominibus secundum naturam habentibus, quae conseruandorum indiuiduorum necessitas exigit, cum ipsa quoque conseruationem speciei. Diuina enim bonitatis dignatio plasmato homini horum singula tribuit: primum ei in eis, quae conseruandorum indiuiduorum ratio exigit prouidens, cum ei cibum, & potum tradidit ad horum escam, & cunctas arbores Paradisi illius cuius colonus positus fuerat concedens: cum inquit Gen. 2. cap. Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiae boni, & mali ne comedas. Ad potum autem homini Deum fontem Paradisi tribuit nondum vino in usum hominum deducto, sed huius aqua cunctis poculis salubrior erat: de hoc Gen. 2. capit. dicitur: Et fluius egrediebatur de loco voluptatis, vel secundum aliam litteram: Et fons egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita: nomen vni Phison, alteri Gion, alij Tigris, & quarto Euphrates. Quamquam autem Dominus prothoplasto de hoc Paradisi fonte bibere non iussisset, quoniam tamen cum colonum, & agricolam loci voluptatis collocauerat, ut patet Gen. 2. cap. cuncta, quae ibidem erant eidem concessisse, atque (si effecisse iuris videbatur, eis dempris, quae expressè prohibebat, sicut de arbore scientiae boni & mali cautum est. Identidem autem Deus prothoplasto, quae ad speciei conseruationem necessaria erant contulit, quod ad generationem spectat. Et quoniam solum virum gignere impossibile erat, cuius fundamentum patet ex praebitis in expositione primi figurati Paradoxo, ei foeminam generandi coadiutricem contulit huic enim iunctus generationis opus explere valebat. Sic enim habetur Gen. 2. cap. Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, scilicet, faciamus ei foeminam, quae similis sit ei in specie, sed non in sexu, & ista fuit adiutorium, scilicet, ad generationem, quae pertinet ad naturalem communicationem, & ad communicationem oeconomicam. Ex praedictis colligitur, quod cum Deus plasmato homini necessaria quaeque contulerit, vestes tamen nullatenus praebuit, eas homini necessarias, aut opportunas simpliciter non fuisse. Si ergo in statu innocentiae primae prothoplasto nostro vestes necessariae non exiterunt, nec collatae sunt, in statu foelicitatis perhennis Paradisi, qui perfectior, nec parum est, necessariae minus erunt. Eis ergo beati non tegentur, nec Christus quoque nunc tegitur.

Species per indiuidua non permanent.

In compositis, & mixtis nullum indiuiduum sempiternum.

De vestibus à Deo datis hominibus. Cap. XXIII.

AMPLIUS autem homini in innocentia, & natura instituta formato Deus vestes nullas dedit: peccantibus autem vestimenta tribuit, vestes ergo homini secundum se necessariae, aut opportunae non eiant, sed quoniam peccauit. s. ut penam verecundiae in genitalibus ex peccato consequentem tegetet: nudis. n. illis prodire in publicum magno eos faceret rubore suffundi, aut de se prorsus confundi. Hoc autem patet, quoniam ab exordio prothoplastis Deus vestes nullas tribuerat, sed ut litera Genesios testatur cap. 3. nudi erant, & non erubescabant: postquam verò iussa Dei transgressi peccauerunt prater perizomata de folis ficuum, quae ipsi sibi contexuerunt, Deus illis vestes fecit, ut apparet Genes. 3. cap. f. Fecit eis Deus tunicas pelliceas, & eiecit eos de Paradiso. Ad necessitatem vestes hominibus ex errore primo coparatae sunt. Ergo indiuiduorum, aut speciei in plasmatis hominibus secundum se vestes non proderant, sed propter peccati sequelam introducta sunt: in foelicitate tamen Paradisi peccatum nullum: penalis quoque nulla, nec rubor est, ibi igitur vestes esse conuenienter sustineri nequit. Prater haec autem si vestes cuiusdam pulchritudini corpori humano introductae fuissent, potius eas Deus prothoplastis ante transgressionem primariam contulisset, cum iustitiam originalem tunc tenerent, post peccatum tamen dedit, non ergo ad quaedam corpori humano pulchritudinem augmentandam contulit, sed ad ruborem nostrum occultandum, quem peccati merito prothoplasti, & tota eorum progenies membris genitalibus incurrerunt. Huius inductionis primum patet: nam cum formati homines in iustitia originali forent, in gratia Dei erant. Habebat enim eos sibi Deus gratos illos diligens, cum nondum quidquam peccassent propter quod ira Dei incurrerent. Post peccatum autem filij irae facti sunt odium Dei incurrentes cum Deus oderit peccatores: rationi ergo magis consentaneum videbatur, ut Deus quodcumque bonum prothoplastis ante lapsum, quae post transgressionem tribuisset: Huius autem secunda particula ex praebitis inducta est. s. q. Deus homini post peccatum vestes tribuerit ante in nuditate, sine rubore permanentibus eis: Quam ob rem inferri necesse est: vestes prothoplastis nullius augmentandae pulchritudinis causa dadas, sed tegendae turpitudinis necessitate, ne rubore suffundamur. In foelicitate autem Paradisi nulla penalis necessitas est: vestium ergo usus ibi nequaquam erit. Prater haec autem si Christum in empyreis locatum sedibus vestibus contentum censeamus, pariter quoque & in ceteris beatis cenferi par causa cogit: idem enim omnium ad hoc inductum, vel distractum erit. Quod si obieceris potiora Christi merita omnibus humanis meritis extitisse, quam ob rem rationi consentaneum fore cum vestibus contegi, ceteris in sua nuditate manentibus. Respondendum erit, proculdubio cunctis humanis meritis Christi merita potiora. Vnde si in foelicitate perhenni vestium usus, ut in hac mortalitate esset, solemniore nec in parum vestes Christi ceterorum vestimentis esse deberent: ipso tamen vestibus contento ceteros in sua manere nuditate nulli rationi concors est. Si ergo Christum vestibus velatum in polorum sedibus arbitrari velimus, ceteris quoque foelicibus defunctorum varia cultus tegmina apponenda sunt. De ceteris ergo non parua, nec cito extricabilis quaestio exorta foret: quomodo in resurrectione vestes habere possent: nam non erunt in eorum corporibus vestes, quas dudum habuerunt: quoniam vel nullas sepulti habuerunt, aut ille cum ipsis corporibus longa sepulchrali corruptione attrita distabuerunt. Nihil

Vestes hominibus ex errore primo coparatae sunt.

In Paradiso nulla est vestium necessitas.

fiuum usus, aut necessarius, aut opportunus erit, Christo tamen vestes valde congruunt vulneribus suis contegendis potissimè tegendo vulnere benedicti lateris sui, quoniam illud amplo patet hiato. Si quis autem hoc eliminare intendens astruat vulnera Domini Iesu post resurrectionem sic fuisse conclusa, ac si nulla ei vnquam illata forent, dicendum est stare non posse: nam post sanctissimam resurrectionem vulnera suscepta patentia, ut in passione fuerant, permanent. Hoc autem patet, ex eo quod Christus ad Thomam discipulum in se ipso manifestauit: nam cum Thomas de resurrectione Domini Iesu dubitasset, & nisi loca vulnerum tetigit, crediturum se distitatur: Christus haec quae pertinet in corpore suo monstrauit. De hoc Io. c. 20. dicitur: Dixerunt ergo alij discipuli, vidimus dominum: ille autem dixit: nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam: & post hoc dixit Iesus Thomae, infer digitum tuum hic, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Haec autem Thomas, ut Christus in se tetigit, quod ex sub dictis eiusdem loci manifestatur verbis. s. respondit Thomas, & dixit ei: Dns meus. Dixit ei Iesus, quia vidisti me Thoma credidisti. quia tetigisti: Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Amplius autem non solum post resurrectionem suam Christus in corpore suo vulnerum habuit cicatrices: & aliqua illatorum vulnerum thigmata, siue profundas habuit cauituras, sicut in vulneratis hominibus post curationem relinqui solet. sed patentes vulnerum hiatus habuit, sicut ea die, qua ei plagas impressere Iudaei. s. ut vulnus benedicti lateris eius lancea impressum interiora carnis ad viam cordis penetrans usque ad intima tunc patebat, Plaga quoque manibus in fixura clauorum imposita manuum totam substantiam penetrantes, tunc quoque ab opposito in oppositum perueniebant. In pedibus autem simili clauorum facta fixatione conformia vulnera adhuc extabant. s. ut a superficie in superficie penetrando veniretur. Sic enim adhuc in eo profundae manebant fixurae, ut per eas intuentibus lux, & rerum species viderentur: nulla carnis substantia interposita. Hoc autem in Christo admirabile erat ceterisque admirabilius in lateris fixura patebat, in ipso namque profundus hiatus carnis substantiam penetrans usque ad praecordia viam faciebat inuenti. Ex his tamen nullum, aut mortis, aut nocummenti Christo inuentum erat: nec ex hac magna corporis apertura sanguineus vllus defluebat humor: sicut in quolibet alio euenire necesse erat, qui talia pateretur. In Christo autem, siue in quocumque corpore glorioso ex his in hanc formam fixuras patentibus nullum vitae discrimen, aut vllum sequebatur nocummentum, etiam si ampliores, penetrabilioresque fuissent, imò & si praecordia cum ipso corde vitae nostrae radice ferro ab opposito in oppositum transfixa forent. Huius ratio est, quoniam corpora glorificata incorruptibilia, atque penitus impatiibilia sunt, quidquid eis intulit, aut euenerit.

Quaedam de Christi vulneribus attentia ad superiora. Cap. XXVI.

HAEC autem vulnera, ut praedictum est, relinqui patentia admirabile satis est: nec omnes id recipiunt: quin potius Doctorum Theologorum plerique, astruunt non patentia vulnera, sed pro vulneribus cicatrices relictas fore: sed inuiti etiam cõfiteri cogentur omnia vulnera Saluatoris, siue pedum, manuumque, & lateris post sacratissimam passionem relictas fuisse patentia, ut tunc erant, cum ei cruci affixo impressa sunt. Quod ex verbis beati Io. 20. c. ius liquet. s. Infer digitum tuum

Nihil ergo habes quod respondere queas, nisi ut cunctos angelos Dei pannorum cõfectores, vestium quoque fabros astruxeris, ut singulis beatorum vestes quibus velandi sint distribuere queant. haec autem abusio irrioria quaedam est. Patet ergo nec Christum in terra vuentium, nec ceteros, qui in vtroque homine aliquando futuri ibidem sunt, vestibus quibusdam tegi.

Dubitatio, quod foelicitas Paradisi non est futura sine vestibus. Cap. XXIII.

AD hoc autem quibusdam astruendum videbitur, foelicitatem Paradisi sine vestibus non esse futuram. Quoniam in honestum cuique liquet genitalia organa reuelata cunctis monstrari in patulo, quod si eos velaminibus careret esse oporteret, rubore suffundi eos de sua nuditate necesse erat: in foelicitate tamen Paradisi nullum poenaltatis arbitramur esse locum, vestium ergo ad turpitudinem contegendam usus erit. Huic respondendum est, quod si nuditas genitalium organorum quicquam ruboris, aut poenaltatis afferret, nos quoque cum ceteris sponte fateamur in illa foelicitate Paradisi vestium usum cunctis esse necessarium: ibi tamen nullo in alterutrum de genitalium nuditate viri suffundentur rubore. Ad foeminas quoque viris idem erit, ut nulli inuicem de talium nuditate vereantur: vestium ergo ibi nulla poterit esse necessitas. Hoc autem liquet, quoniam perfectior status foelicitatis Paradisi status primae innocentiae originali quoque iustitiae proculdubio est: in statu tamen iustitiae originalis verecundiae prothoplasti immunes erant, nihil de sua nuditate, quae tunc nuditas minimè putabatur, erubescerent. Erit ergo ut in perhenni empyrearum sedium statu omnia a beatis effugiat rubor, aut occasio erubescendi. Huius inductionis primam particulam notam fore arbitror, eamque paulo ante firmauimus. Secunda autem deducitur, quoniam in statu primae innocentiae prothoplasti nudi erant, nec tamen de sua in alterutrum nuditate confusi, dicente litera Genesios. c. 3. Nudi erant, & non erubescabant. In illa igitur quam plenam cunctorum bonorum aggregationem beatitudinem praestolamur, magis ab electis omnis ruboris materia diffugiet. Vestium ergo erit sublata necessitas, pariter & oportunitas. Nos enim de genitalium organorum nuditate suffundimur, quoniam in eis passionalis quidam ardor, & titillatio contra rationis surgit imperium. In foelicitate autem Paradisi nulla in electis passio, aut insurget, aut dominabitur: verecundiae ergo aberit locus. Sic enim assent Aug. 22. de ciuit. Dei: in vita aeterna non magis erubescemus de genitalibus membris, quam de pulchris oculis, aut manibus: ibique omnis anticus genitalium membrorum usus deficiet: quoniam nullus viri ad foeminam accessus, aut generatio erit, nec ad accessum villa carne nostra facta titillatio. Sic enim Christus respondit Saduceis contra resurrectionis testificationem arguentibus, dicens: erratis nescientes scripturas, nec virtutem Dei: in resurrectione. n. nec nubent, nec nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in caelo, ut patet Matt. 22. c. Ipsi. n. ut eis videbatur ad impossibile deducebant, aut graue inconueniens, obijcientes de muliere, quae a septem viris ducta est, si resurrectio est, cuius eorum in resurrectione erit: ipse autem respondit per interpretationem, ut patet ex dictis. In illa ergo foelicitate Paradisi patet nihil esse, de quo nobis rubore suffundendum est: vestium ergo nullus erit usus.

Dubitatio de vulneribus Christi. Cap. XXVI.

SUPERIORIBVS autem adhuc quisquam insitet dicens, quod si nulli eorum, qui beati erunt ve-

num huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Iussit enim Saluator noster discipulo suo Thomae in latus suum manum immittere: latus ergo patens erat atque in manu mitti impossibile foret: sed duntaxat super latus manum poneret, in cicatricibus lateris mittere autem non posset. Item hoc idem de fixuris pedum, & manuum constat, quod paruerint post resurrectionem: quoniam in praallegatis dicitur, & mitte digitum tuum in loca clauorum: non enim dixit, pone digitum tuum super cicatrices manuum, aut pedum relictas ex fixura clauorum, sed dixit, mitte: necesse est igitur, ut clauorum pateret fixura, in quas digitus mitti posset. Item patet, quoniam dicitur, in loca clauorum, quo infertur adhuc ibi manere loca clauorum. I. fixuras: nam si curatis conclusisq; vulneribus sole vulnerum cicatrices relictas forent, non dixisset in loca clauorum, quoniam fixurae erant loca clauorum, quia ibidem clauis extiterant: cicatrices autem vulnerum clauorum loca non erant, quia in eis clauis nulli fuerant, sed locorum clauorum signa. Ex his ergo infertur, quod vulnera Redemptoris nostri post sacratissimam resurrectionem, ita aperta penetrantiaq; relictasunt, ut in passione patuerant, cum crucifixus foret. Sic quoque nunc manent: unde & cum venerit iudicium facturus, illa bonis & malis in patulum, feret his aperte innuens, eos sufficienter redemisse effuso sanguine suo, qui per haec vulnera late staxerit, ipsi autem non attendentes, ut participaret bonum redemptionis illius perierunt. Tunc autem horrifono mugitu clamabunt omnes inferorum sedibus mancipantes in praecordijs suis indicibili dolore concussi, atque lugentes, quod tantum eis patens cruce non acceperint, quod obrem gehennalibus cruciatibus detrudendi in aeternum sunt. Sic patet Apocalypsis. c. 1. cum agitur de iudicio futuro super omnes gentes. I. Videbunt quem pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terrae. I. omnes tribus, & cognationes malorum, quoniam bonis solidam iam ibi gaudia haurienda erunt. Potissime quoque dicit, omnes tribus terrae. I. omnes tribus, quae tunc erunt in terra, quod duntaxat malis conuenit: ipsi enim soli in terra sedebunt cum iudicauerit filius hominis bonis in aere eleuatis cum domino iudicante. Sic ait Apostolus 1. ad Thessal. c. 4. I. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui viuimus, & residui sumus, in aduentu Domini non praueuiemus eos, qui dormierunt: quoniam ipse Dominus in insu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui, qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos, qui viuimus, & relinquimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Hoc autem non est intelligendum de ascensu vltimato bonorum in caelum post resurrectionem, sed de aduentu ad iudicandum: nam si de ascensu ad caelos sermo esset, diceretur, quod ipsi boni ascenderent cum Christo ascendente rursum in caelos; non tamen hoc dicitur, quin potius de Christo adueniente, scilicet rapiemur, obuiam Christo: ergo quando sancti rapiemur, adhuc Christus venit, & non redit in caelos: ad iudicandum ergo rapiemur, ut cum Domino in aere eleuati sint dum iudicant. Item patet hoc, quoniam ibidem dicitur, rapiemur obuiam Christo in aera: ecce aere terminum raptus huius diffiniuit. Si tamen de ascensu sanctorum in caelos sermo fieret, non dixisset rapiendos in aera, sed in caelum, aut Paradisum rapiemur: ergo ad aere, id est ad istum inferiorem aere propinquum superficiei terrae, ut Christo iudicanti assistant, malis plangentibus relictis super faciem terrae.

*Solutio dubitatio, quod Christus in vita aeterna vestibus tegitur. Cap. XXVII.*

**N**VNC autem ad septam argumentationem redeunt expositio quorundam dicimus, quod & si sancti cum resurrexerint nullis vestibus induentur: Christus tamen vestibus egebit ad necessitatem vulnerum tegendorum, potissime ad vulnus amplissimum lateris, rationi ergo consentaneum videbitur. Christum in vita aeterna vestibus cooperiri. Huic autem respondendum est, nullam esse Christo necessitatem, aut opportunitatem vestium gratia vulnerum tegendorum, quin potius in conueniens graue est aliqua veste Christum adoperitum esse, ut vulnera tegat. Sed potius dicendum est vulnera Saluatoris nostri in illa foelicitate Paradisi aperta cunctisq; manifesta manere: ad ipsa quippe foelices illi sanctorum chori magna cum iucunditate intuebuntur, in laudes mirificas prorumpentes, atque dicentes, quod per illa vulnera ipsi peccatorum suorum veniam meruerunt, atque in illi beatitudinis locum peruenere. Si enim dominus Iesus hic in corpore suo stigmata non recepisset, eos redimi non contigisset. Haec autem laudes beatorum propter vulnera Redemptoris nostri apparent ex ea visione, quam refert Ioannes in quatuor animalibus, & viginti quatuor senioribus: de quibus Apocalypsis cap. 5. cum dicitur, & cum aperuisset agnus librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli cytharas, & phialas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum, & cantabant canticum nouum dicentes: Dignus es domine aperire librum, & soluere signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos domino in sanguine tuo ex omni lingua, & tribu, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. Apparet ergo, quod omnes beatorum chori, qui nomine viginti quatuor seniorum, & quatuor animalium designantur, Deo laudes assidue referunt, quia in sanguine eius redempti sunt, quo infertur, quod vulnera eius cernant, per quae in laudum prolationes inturgant. Et quantum Redemptor noster Christus Iesus in toto sacratissimo corpore suo pro nobis plagatus sit iuxta testimonium Isa. 53. scilicet, A planta pedis usque ad verticem in eo non est sanitas. insignis tamen in latere, pedibus, manibusq; plagatus est. Ideo quantum ex toto corpore Redemptoris nostri fulgor quidam prodeat nobis penitus inextimabilis tanquam dos gloriosa pro susceptis cruciatibus: admirabilior tamen adhuc ab eis locis procedet in quibus differentius ceteris vulneratus est, scilicet, a manibus, pedibus, atque latere. Huic enim splendori sol contendere nequit, cum & ipsa corpora quorumlibet beatorum sicut sol fulgere debeant in illo admirabili, atque indicibili bono, iuxta testimonium Saluatoris. Hac igitur differenti luce vulnera Christi a ceteris partibus distincta notabuntur, ita ut tanta fulgoris, & pulchritudinis excellentia plena, atque superrefluentia, tementorum ope nequaquam egeant, quin potius cum in eis differant lux quam in ceteris corporis Saluatoris nostri partibus fuerit, ita in eorum aspectu beatorum gaudebunt chori: sicut in conspectu admirabilis vultus eiusdem, qui est delectabilis visu, & plenus omnium gratiarum, unde in eum angeli conspicerere desiderant: ut patet 1. Petri cap. 1.

*Christi vulnera in caelo beatorum gaudia praestant.*

*Contra eos, qui afferunt Christum vestes tenere, ut vulnera tegat. Cap. XXVIIII.*

**C**VM autem qui talia astruunt de Christo enunciant, quod vestes aliquas habeat ad vulnerum tegenda, stare nequit. Primo, quoniam si dominus Iesus in foelicitate Paradisi manens vestibus indigeret, nullo de vestibus beatis adoperito, Christum minorem in foelicitate ceteris confiteri necesse esset, quod falsum liquet, quoniam ipse ceteris, qui in foelicitate Paradisi sunt, beatorum est: si ergo ceteris vestibus non egeret, nec Christus eis indigeret. Amplius autem si vulnera Saluatoris nostri talia essent, ut vestibus ceteri eis opus foret, ut nulla ei de ipsis iudicis occasio insurgeret, adhuc Christus aliquibus poenalitatibus subditus foret: sed in foelicitate Paradisi defectus nullus, aut poenalitas manet: Christi ergo vulnera talia erunt, ut de eis minime debeat erubescere, & consequenter nec tegmentis egeant. Amplius autem si vulnera Redemptoris nostri talia fuissent, ut eis patentibus non immerito erubescendum fuisset, ea plene concuissent: & quod amplius est, nullum illorum reliquisset vestigium, ut nec quidem in cicatrice pateret vulneris argumentum: sed haec non clausa sunt, nec obducta cicatrix: quin potius ita patentia, ut in cruce fuerunt, derelicta sunt: nullam igitur Christo deformitatem inducebant. Item rationi magis consentaneum est, Christum de patentibus vulneribus suis gloriari, quam rubore suffundi. Nam cum quis viriliter pro patria bella agens ab hostibus aliqua exceperit vulnera, quorum cicatrices obduci nequeunt, & nisi fortassis ipse bella ageret patriae exitum ingrueret: nullum dedecus, aut honoris diminutionem propter relictas cicatrices habet: quin potius a tota communitate si recte agat abundantius honoratur, cum cunctis palam sit tuenda patriae desiderio haec vulnera inflicta esse. In Christo Redemptore nostro amplius adhuc praedicta constant: nam ipse generis humani a diabolo poena, & culpa redimendi causa haec vulnera in sacratissimo corpore suscepit, quae nisi suscipere dignatus fuisset, salus nostra fieri nequiuisset. Amplius ergo eum nos sic plagatum honorare debemus, quam si nulla vulnera suscepisset.

*Si Deus in caelo vllis vestimentis tegetur, longe preciosiora essent his, quibus in terra utebatur. Cap. XXIX.*

**H**IS autem addicitur, quod si Redemptor noster in foelicitate Paradisi aliquas vestes habiturus esset, non indueretur eis quibus dum inter nos viueret amictus fuit, sed alijs longe preciosioribus. Nam quaeunque in statu foelicitatis Paradisi sunt, excellentiora valde sunt eis, quae apud nos sunt, ita ut de eis nec sufficienter admirari nobis detur, cum nobis adhuc incongnita sint: iuxta illud 1. Corint. c. 2. Sed sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Et Isa. cap. 64. Auribus non audierunt, oculus non vidit Deus praeter te, quae praeparasti expectantibus te. Necesse est igitur, ut si vestium vsus in vita Paradisi degenibus esset, illae admirandi pretij, & nunc inestimabiles nobis forent. Si autem hoc generaliter dictum est, quid specialius de vestibus Saluatoris dicendum foret, quae ceteris preciosiores esse ratio exigebat? vestimenta tamen Saluatoris nostri, quibus dum in carne adhuc mortali viuens opertus est, pauci extiterunt valoris: Christus siquidem non ut honoraretur, aut inter ceteros mortales vestium insignitate polleret, in orbem venerat. sed ut humilitatis, atque paupertatis nos ediceret amatores, quod in se primo

edocuit. Sic patet Matth. cap. 20. Non veni ministrari, sed ministrare: sed qui ministrat minor est quam qui recumbit, ut patet ibidem. Unde ipse testimonium perhibens de Iohanne Baptista, de se quoque perhibuit, quod preciosis vestibus non vteretur. Sic habetur Mat. c. 11. Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Si tamen ipse vestibus mollibus, & preciosis vteretur, non protulisset, quod mollibus vestiti in domibus regum sunt: ipse quippe in nullius regis domo erat. Si igitur mollibus vestiretur, verba sua inepta prolata forent: apparet ergo Saluatorem pauperem fuisse habitu contentum. Nec quidem duntaxat in habitu paupertate vsus est, sed in toto viuendi ritu eam maxime emulatus est. Sic de eo dixit Zacharias cap. 9. Exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator: ipse pauper, & ascendens super asinum, & super pullum filium asinae: haec autem in Domino Iesu impleta fuisse Evangelistae testantur, ut patet Matt. 21. cap. & Luc. 19. Liquet igitur vestes, quibus Saluator noster toto tempore, quo inter nos mortalis fuit, indutus est, abiectas, aut saltem preciosas non fuisse. Si tamen vestimentis in foelicitate empyrearum sedium adoperiendus foret, oportebat ea preciosiora omnibus humanis vestibus supra cunctam existimationem nostram esse: quantum ergo aliquibus vestibus amictus esse deberet, eis tamen non velaretur, quibus dum viueret vsus est. Horum ergo inepta positio stare nequit, scilicet, quod Christus eisdem, quibus hic operiebatur vestimentis, in vita aeterna tegatur, atque cum eis in caelos ascenderit.

*Nec Christus, nec alij beati in Paradiso vestimentis teguntur. Cap. XXX.*

**M**AGIS autem adhuc in radice inducitur, nullum eorum, qui beata vita degunt in foelicitate Paradisi, nec ipsum Christum vllis vestimentis esse adoperitum, nec his quidem vestibus, quas hic viuentes habuerunt, nec alijs, quae eis post ascensum in astriferas domos donatae sint. Superuacuae quippe penitus forent, quia nullis defectibus, maculis, aut deformitatibus tegendis accederent: nam & si in vita foelici aliquos defectus, & deformitates in corporibus faceretur, qui vestibus tegendi forent, ea tamen sic adoperiri prorsus esset superuacuum: nam beatorum oculis ista dos gloriae erit, ut perspicacissimi sint, nec solum quae in superficie patent contemplantur, sed etiam quae interius velata sint. Nec duntaxat, quae vestibus adoperita sunt, illis in patulum erunt, sed & quae intra corpora, scilicet ut quilibet beatus alterius interiora, & singula quae intra corpus sunt cernat, ita ut nihil magis pateat vni beatorum alterius vultus, & oculi, & corporis exterior superficia, quam cor, interiora, & quaecunque sunt in tranea membra occultis naturae sedibus collocata. Nec his tantum modo contenta erit sanctorum beatitudo, sed & cogitationes suas, quae spiritualia entia pure sunt, in alterum contemplantur; desideria quoque, & affectus singulorum cunctis in commune patebunt. Hoc autem ex magnitudine dotium gloriae. Nisi enim sic foelix illa constitutur vita, perfectum degentium bonum non erit, cum quis alterius cogitationes, & affectus scire desiderans, quod pereret minime adipisci valeret. Quo inferretur beatitudinem illam plenius bonum non esse, cum aliquid exterius relinquere, quod adhuc desiderari posset. Vestimentis ergo quam beati in foelicitate Paradisi tegetur, prorsus nihil edicerent, cum nihil ab aliorum oculis occultare valerent. Tunc igitur vestes superuacuae ponentur

*In Paradiso singulorum generalia & interiora admirari poterant.*

tur, eis ergo beati non vtuntur: in foelicitate namque...

Christus dum vixit vestibus vsus est, & quaedam de quibusdam...

QVANQVAM autem Redemptor noster nunc vestibus nullis in Paradisi foelicitate tegatur...

ram vultus ducunt, eos immobiliter tenere non valentes...

Alius necessitatis modus impulit Christum vestes habere.

ALIVS autem necessitatis modus in vestibus Christo fuit: ipse siquidem in benedicto corpore...

tiorem rectissime arbitrentur: nulla igitur hoc modo...

Opiniones, ac obiectiones quaedam penes superiora.

NVNC autem forsitan quispiam opinabitur, in foelicitate Paradisi nullis vestibus contentum fore...

Improbatio opinionum superius positarum.

HIS autem qui circa praedicta utrunque subterfugere moliantur, dicendum est, has positiones...

Quid acti sit de vestibus Christi postquam in caelum ascendit.

A & Mar. 15. Cum enim in cruce poni debuit, milites Pilati, qui eius in passione custodes, atque cruciatuum...

Corpus Christi quomodo tumulatus est.



expralibatis patet. Quod si quibusvis astruendum videretur Christum, & beatorum choros in perhennitate felicitatis vestibus contegendos, non eis, quibus hic vsti sunt adoperiri eogruerat, sed alijs longè solenioribus, atq; preciosioribus, vt in prælibatis inducti est: nequaquam ergo Christo resurgenti necessariae, aut opportunae erant vestes, quibus dum inter nos viueret contactus est. Dicendum ergo est Christum resurgentem nudum fuisse, in eademque nuditate cunctis apparuisse, quibus eum sacer canon Euangelistarum apparuisse commemorat. In ea quoque habitudine coelos conscendit, in aeternum sub eadem nuditate mansurus. hunc quoque tenent modum corpora sanctorum, quæ cum dño Iesu ad aeterna illius felicitatis gloriam, cum surrexerint, rapiuntur. Nec à quoquam, qui sapiat obijciendam nobis reor Christi resurgentis, & apparentis nuditatem, tanquam sub inhonestate quadam ducendam. Nullus enim in eo erat deformitatis, aut ignominia signum, quod nudus apparuerit, quin potius maioris gloriae testimonium erat in benedicto corpore eius, quam si quibuslibet vestibus contactum foret. Corpus namque sacratissimum Redemptoris in resurrectione sua maximam omnium corporum coepit pulchritudinem: ita vt in tota rerum vniuersitate nulla ei æquari valeat pulchritudo, quam tanquam dotem gloriae tunc induens, nunc quoque tenet. Hoc dato, rationabilis erat tam admirandam pulchritudinem aspicientium oculis cernendam dari, quam corruptibilibus vestibus adoperitam fore. Vnde hanc iniuriam post resurrectionem cunctis, quibus hoc Deus manifestare dignatus est, corpus Redemptoris nostri nudum apparuit, sicut verè nudum erat. Tanta erat tamen fulgoris in corpore illo admiranda reuerentia, tamque superexcellens decor, vt nulla in eo deformitatis, aut turpitudinis macula notaretur, quanquam nudum esset, sicut in nostris corporibus videndum esset, si positus velaminibus publicè conspicienda darentur. Sic enim Psalmista testatur Psal. 102. Amictus lumine sicut vestimento, id est, quod corpus Redemptoris, ita gloriae, & fulgore tegebatur, ac si vestibus velaretur, honorabilis tamen.

*Obiectio quadam alia penes superiora.*  
Cap. XXXV.

**Q**VIBVSDAM autem fortassis videbitur, & si Christus resurgens, atq; in coelum conscendens, nullis de materia panni vestibus adoperitus foret, vestimenta tamen de aerea substantia fabricasse, iuxta figuram ei placitam, vt sic adempta nuditate honestum corpus eius videretur. Hoc autem inducitur ex conformitate ad angelos apparentes. Cum enim Saluator noster ad coelum ascendens suorum oculis conspectus parumper esset, demum ab eorum emanuisset obrutibus, duos misit angelos, qui discipulos de loco ascensionis expedirent, ne longo ascendens desiderio tenerentur, dicentes. Viri Galilæi, quid statis aspicientes in coelum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in coelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in coelum. Hos autem duos viros, qui & angeli erant, in vestibus albis apparuisse sacra scriptura commemorat, vt patet Actuum 1. cap. de Christo igitur satis rationabiliter dicendum videtur, vt sicut angeli apparuerunt, sic & ipse in vestibus albis apparuerit. De angelis quoque, qui erant in sepulcro iam resurgentis domini Iesu, quod in vestibus albis apparuerint scriptura refert, vt patet Ioan. 20. scilicet, quod Maria flens inclinavit se, & prospexit in monumentum, viditque duos angelos sedentes in al-

bis. His autem respondendum est, quod sicut dominus Iesus in coelum ascendens, & à mortuis resurgens, nullas de panno, quæ proprie sunt vestes, habuit, ita & de aerea substantia nulla habuit tegmenta, nec ex qualibet alia materia confecit quicquam oportori, quod inducitur ex eo quod habetur Ioan. 20. cap. Apparuerat enim die primo resurrectionis discipulis suis congregatis in vnum propter timorem Iudaorum, ianuis clausis, & cum eis non erat Thomas: Dixerunt autem postea Thomæ, vidimus dominum. Ille autem dixit: Nisi videro in manibus eius fixuras clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum venit Iesus ad discipulos suos, & erat Thomas cum eis: & dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Hæc autem sicut Christus Thomæ imperavit, ita & facta sunt, quod ex verbis vtriusque colligitur. Subiungitur enim: Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Hoc autem non dixisset, nisi quod ante ignorabat euentissimè cognouisset: quod lucidius inducitur ex sequentibus verbis Christi, scilicet: Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati, qui non viderat, & crediderunt. Si tamen corpus domini Iesu vestibus contactum foret, non vidisset Thomas vulnera Saluatoris nostri, nec manum mississet in latus de superiectis tegmentis. Apparet igitur Christum post resurrectionem suam in vestibus nullis apparuisse, sed purè nudatum, amictum tamen gloria, & splendore.

*Obiectio quadam de Christo.* Cap. XXXVI.

**A**D HVC autem quispiam prædictis contramittetur inquitens, resurgentem dominum Iesum in vestibus albis visum fuisse, sicut colligi videtur Lucæ 24. cap. Cum discipulis suis congregatis in vnum apparuit die prima resurrectionis introiens ianuis clausis, ipsi autem eum phantasma esse arbitrari sunt, scilicet aliquid, quod non erat verum solidum corpus, sed spiritus corporis gestans effigiem, alioquin illum intrare potuissent negarent, aut nescirent. Christus autem, vt eis suspicandi tolleretur occasione, ostendit eis veritate corporis sui, cum dicitur: Iesus autem stetit in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Conturbati verò, & conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum: palpate, & videte, quia spiritus, carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ex quo iam videtur ipsum, tunc vestibus contactum fuisse: nam si prorsus nudatus exiisset, discipuli in ipso intrari possent an corpus ex carne, & ossibus constans haberet, vel si phantasma esset, cum eis loci propinquitate iungeretur. Insuper tamen, quod carnem eius palparent, & viderent, si vera caro, & ossa haberet: apparet ergo tunc carnem suam aliquibus vestibus contactam fuisse: ita vt ab eis clarè videri non posset. Si enim caro penitus nuda pateret eis, Christus horum nihil diciturus erat. Amplius autem hoc ex eadem litera patet, cum subditur, & cum hæc dixisset, ostendit eis pedes, & manus. Si tamen ista omni posito tegmento paterent, non monstrasset eis dominus Iesus pedes, & manus, sed ipsi perspicuè conspexissent. His autem respondendum est, quod discipuli Saluatoris nostri eum nudum prorsus conspexerunt, totamque carnem eius lucidè intuebantur: nec eis carnem suam tentandam, palpandamque obtulit, ac si eam clarè non

*Est spiritus loqui possit palpari tamè ne queunt.*

non intuerentur, sed in hoc eis designabat in promptu esse, vt caro sua ab eis palparetur, si experimento discere vellent, quod eis hesitantibus, nondum fides monstrauerat: ad hoc enim visus exactissimum non præstabat experimentum, nisi & tactus argumentum subderetur. Horum autem radix apparet ex his, quæ induximus in quarto figurato Paradoxo in expositione super particulam: Qui vidit. Cum enim spiritus corporum phantasmata sumunt de aerea substantia sibi corporum solidorum simulacra fabricantes, in eis videri, & voces formare possunt: palpari tamen nequeunt: & si quis conetur illum manibus atrectare, tangenti manus elabitur, nihilque inter ipsas tenentis manus poterit reperiri: velut si ventorum flatus quicquam manum conetur includere, conatus effectu frustrabitur, quoniam cum exactissimè inclusit, nihil prorsus inclusum inueniet. Conformiter autem in corporum phantasmatis, quæ spiritus interdum accipiunt, esse necesse est: hæc enim ex aerea substantia sumpta sunt, atrectari ergo nequeunt. Et hoc conantes eludunt. nam & ista corpora nihil moueantur, nosque in illa apprehensum manum tenaciter iniecerimus, nihil prorsus illorum apprehendemus. Sunt enim corpora magnam habentia raritatem: nec enim tantam habent densitatem atque soliditatem, vt apprehendentium manibus interclusa tactui non cedant. In his ergo corporum virorum solidorumque phantasmatis visus eluditur, ea vera humana corpora indicans, cum in eis nullam a veris corporibus deprehēderit esse distantiam. In eis tamen tactus nullam potest pati fallaciam. Si enim vera corpora fuerint, atque solida vt corpora hominum verorum, manibus attractari apprehendi & intercludi poterunt, sicut cætera humana vera corpora patiuntur: quod si corporis humani phantasma, & non corpus sit, etsi videri queat plenam humanæ speciei præsentans effigiem, tactum tamen attractantem non patietur, sed cum palpare conetur, etiam si præsens sit, euanuisse iudicabitur. Et quoniam Saluator noster Christus Iesus veritatem resurrectionis veluti in re constabat, ita & in existimatione nostra plenissimè monstrare voluit, exactissimam maximamque probationem, quæ in hoc genere dari posset, in se ostendere dignatus est. Hoc autem erat si se manibus atrectandum offerret: decreuit igitur se videntibus discipulis palpandum exhibere: non quidem ac si eius carnem, & vulnera non conspicerent, sed vt resurrectionis suæ efficacitatem impenderet probationem.

*Argumentum resurrectionis inducitur, quod dicitur suis discipulis.* Cap. XXXVII.

**S**ACRATISSIMEA autem resurrexerat suæ post hoc Christus alterum dedit argumentum, quod non erat tam efficaciter resurrectionis inducitur, sicut tactus, scilicet, quod coram discipulis suis comederit. Nam cum Christus discipulis suis dixit: palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere, ipsi credentes, & propter reuerentiam domini Iesu non tetigerunt carnem eius, in hoc autem eis magni meriti locus fuit. Hoc autem liquidatur: nam si palpassent, & ideo creditissent, fides sua experimento humano ortum habuerat, vnde nullius meriti esset. ipsique nimis increpandi forent, Alpa. Toft. Parad.

atque eos Christus increpauisset, sicut Thomam discipulum, qui nisi palparet credere non constituerat, increpuit dicens: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui me non viderunt, & crediderunt, vt patet Ioannis vigesimo capitulo, ac si apertè diceret: Thoma, parum aut nihil meruisti in hoc quod palpans carnem meam resurrectionem meam credidisti, illis autem merendi magnus erit locus, qui nihil videntes simpliciter credent.

Alios autem discipulos quibus primò Christus apparuit dicens: palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, nequaquam increpauit. Euidenter ergo conclusum patet, eos simpliciter credidisse, nihil manibus attractantes. In hoc autem nimis apud Christum meruerunt aliquid fidei relinquentes. Ob hoc autem Christus alterum eis resurrectionis suæ argumentum demonstrare dignatus est, scilicet, quod coram eis comederit, dicens: Habetis aliquid quod manducetur? at illi obtulerunt ei partem piscis asfi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. vt habetur Luc. capitulo vigesimo quarto. Hoc autem euidenter notabat ipsum viuere: nam cibum sumere solis animalibus inest: necesse erat ergo eum verum, atque viuentem hominem fore cum comederit.

Hoc autem, etsi conueniens argumentum resurrectionis esset, minoris tamen efficacitæ erat, quam tactiva attractatio. Nam quanquam spiritus in corporis veri phantasmate sumpto cunctos actus, qui ad veram cibi sumptionem exiguntur, non expleat, nobis tamen verè omnia explere videtur, ita vt distinguere nesciamus, an verè cibum sumat: singula namque in eo videntur, quæ in comedentibus contemplamur. De his latius super Exodum capitulo septimo disputauimus. Sic enim cibum sumperunt tres angeli, qui venerunt ad Abraham sub illice Mambre, quos scriptura viros vocat. vt habetur Genes. 18. Horum enim trium angelorum eadem die ad vesperum duo declinauerunt in Sodoma recepti in domum Loth consobrini Abraham, ubi azyma & carnes comederunt, vt habetur Genes. decimonono capitulo. De Christo autem conformiter fieri potuisset, scilicet, quod quanquam homo verus non esset, sed spiritus in assumpto corporis veri phantasmate, comedentis effigiem discipulis monstrare potuisset, & si vere cunctos comedentium non expleret actus. Quamuis ergo sumptio cibi in Christo post resurrectionem suam eisdem resurgentis signum dedit, non tam efficaciter hoc monstrauit, quemadmodum tactus, qui falli non poterat.

*Obiectio quadam penes superiora.*  
Cap. 38.

**A**LIVIS autem adhuc obijciat, quod discipuli carnem Christi tetigerint, attractantes cum eis primo apparuit, & dixit: Palpate & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quia palpantes adhuc non crediderint eum verè surrexisse, quod apparet Luc. vigesimo quarto capitulo, cum dicitur, & cum hæc dixisset, ostendit eis manus, & pedes, & sequitur adhuc autem illis non credentibus ait, habetis aliquid, quod manducetur? videtur ergo secundum signum traditum, quia primo non crediderint.

Si enim primum signum non experti fuissent palpantes, sicut eis Christus dixerat, truitra, imò inconuenienter

nenienter valde subinstructum videretur, scilicet, ad huc illis non credentibus ait: Habetis aliquid, quod manducetur? quod liquidè comprobat eos primum accepisse, sed per hoc non credidisse.

Respondendum est, quod discipuli Christi videntes eum cum ipse locutus fuerit eis, atque ostendisset manus & pedes, non dubitauerunt, nec palpauerunt, nec ideo eis secundum signum in ciborum sumptione datum est, quia primum acceperint, eique non crediderint, sed quia Christus ad eorum consolationem hoc adunxit, cum nolissent tangere vulnera eius attrahendo sicut Thomas tetigit. Quod autem discipuli non palpauerint vulnera eius, apparet ex dictis beati Ioan. vigesimo cap. ubi cum apparuisset eis Iesus non assistente Thoma, dixerunt Thomae veni: vidimus dominum. Ille autem dixit eis: nisi videro in manibus eius fixuras clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & manum meam in latus eius, non credam. Ex his ergo inferitur, quod cum Thomas hoc diceret, si discipuli Christi vulnera sicut postea Thomas attraxerunt, tetigissent, respondissent ei: nos misimus manus in latus, & digitos in loca clavorum: sed ipse audiens ab eis, quod vidissent non credidit addens ad hoc, quod mitteret digitum & manum in vulnera, ergo manifestè apparet, quod alij hoc non fecerint, alioquin stultè ipse hoc superaddideret, si iam ceteri vulnera tetigissent. Cum verò obijcis, quod discipuli palpauerint, quia Christus dixit, palpare, & videre, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sic me videtis habere, & subinfertur: Adhuc illis non credentibus, dixit: habetis aliquid quod manducetur? ergo experti sunt datum signum, aliàs non diceretur, quod non crediderunt. Respondendum est, quod non refertur ista clausula, scilicet, adhuc illis non credentibus & c. ad illam, clausulam, palpare & videre. Tunc enim sensus esset, qui arguitur, sed ad aliam clausulam immediatam, scilicet, & cum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes, & non dicitur, quod ipsi palpauerint. Sic ergo non experti sunt discipuli signum, quod Christus eis offerebat in attrahendo carnem eius, sed eo ostendente manus & pedes viderunt, nihil de eius carnibus contingentes.

Cum autem obijcitur, quod non crediderint, quia dicitur, adhuc non credentibus illis. Respondendum est, quod istud non credere non erat aliqua infidelitas, quæ est repugnantia ad veritatem, quæ credenda proponitur deliberata intentione, sed dicitur non credere admiratione quædam. Ex magnitudine quippe rei visæ permouebantur. Qui autem admirantur, nondum ad aliquid fixam mentem habent, nec tamè alicui repugnant. Discipuli igitur non negabant Christum surrexisse, quod infidelitas foret, sed quia aliquid magnum erat, quod videbant, erat adhuc eorum mens contrerita, & ista in quibusdam esse solet media habitudo inter simpliciter assentire & negare. Sed adhuc in apostolis existimandum non est, hanc fuisse incredulitatem, quæ est non assentire propter admirationem quandam ex terrore, sed ex gaudio quodam: tam admirabile enim apostolorum corda repleuerat gaudium, ut seipsos capere præ exultatione non potentes vix ad assentiendum veritati, de resurrectione Christi attendere possent. Potentiæ namque nostræ finitæ sunt: ideo cum vni attendunt, alteri attendere nequeunt. Hoc autem non attendere ad veritatem resurrectionis Christi inducebat, ne determinate assentirent, & hoc tollit perfectum assensum, qui vocatur fides. Scriptura autem interdum largè sumens, omne, quod perfectam fidem non continet, infidelitatem, vel non credere vocat. Quod autem

Infidelitas quæ doque est qd medium ter simplici ter affert & negare.

hoc modo discipuli non crediderunt, patet Luc. vigesimo quarto capitulo, cum dicitur, adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio. Ecce enim infidelitatem illam non protulit esse simpliciter infidelitatem, sed admirationem, & gaudium. Adhuc autem non credere, quod ex admiratione provenit: non semper equum est. Si quis enim admiratus terrore concutitur, & ob hoc non simpliciter assentiat infidelitati magis accedit, quàm si præ admiratione gaudij nondum assentit. Nam gaudium de aliquo bono concepto est. Terrorem autem de præsumpto, aut expectato malo. Qui verò in præsentia magnæ, atque delectabilis rei admiratione terrore concutitur, nondum quicquam assentit: nam si conciperet prorsus gaudendum de præsentia bono erat. Infidelitas ergo ibi, & si non plenissima, satis tamen grauis est. Qui verò in præsentia enunciati boni admiratur, & gaudet: & si omnino non credat, quia potentia intellectiva vni intendens ad alterum se determinare non valet, tamen satis credit. Non enim gauderet, nisi bonum sibi, quod dicitur qualitercunque adesse crederet. In apostolis autem vtraque incredulitas fuit, & vtraque abolita est. Primum siquidem admirati, & contreriti sunt viso domino Iesu, & tunc non crediderunt, sed magis putauerunt esse phantasma. Sic patet Luc. vigesimo quarto, cum dicitur: Iesus stetit in medio discipulorum suorum, & ait præ vobis, ego sum, nolite timere: conturbati verò, & contreriti existimauerunt se spiritum videre. Et dixit eis, quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Postea autem Christus ostendit discipulis suis manus & pedes, & illi magis animo quietati omnem terrorem, qui inuaserat eos, de cordibus expulerunt, & pro terrore gaudio repleti sunt, tunc iam aliquid credentes: nec tamen plenè credebant, cum magis gaudio concepto, quàm veritati resurrectionis attendere. De hoc eodem cap. dicitur: palpare & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit illis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & admirantibus præ gaudio, ait: habetis aliquid, quod manducetur? Ad extremum autem & ipsa quædam incredulitatis pars, quæ cum gaudio existebat ablata est, cum quietato aliquantulum illo subitaneo gaudio de magnitudine rei conceptæ, ad seipsos redierunt, & plenè cognouerunt Christum surrexisse. Hoc autem fuit cum præteritis signis. Christus etiam alia superaddidit, eos informans interpretatione scripturarum, & cibo sumpto coram eis. Hoc apparet cum dicitur eodem capitulo. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit, habetis aliquid, quod manducetur? & illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis, & cum comedisset coram eis, sumens reliquias dedit eis: Et postea sequitur quomodo eis exposuerit scripturas resurrectionem confirmantes. Patet ergo apostolos vulnera domini Iesu non palpasse, nec circa resurrectionem visis manibus, & pedibus infideles existisse.

Discipuli Christum nudum viderunt.

Cap. XXXIX.

PRÆDICTIS adijcitur, quod quanquam Saluator noster apostolis dixerit, quod carnem suam palparent, fueritque eorum arbitrij eam tetigisse, aut nullatenus attraxisse, ex eadem tamen litera beati

beati Luca manifestè colligitur, quod discipuli Christum nudum intuiti sint. Dicitur enim palpare, & videre, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Discipuli igitur antequam quidquam tangerent, redemptoris carnem conspiciebant. Alioquin enim non dixisset, sicut me videtis habere. Falsum enim atque publicum foret. Nunc verò his datis inquiretur an discipuli gloriosam redemptoris nostri carnem veste detexerunt, eamque quidquam tangerent, vel quidquam de carne detexerunt, ut intueri possent. Quod si astruamus eos Christum minimè attraxisse, cum litera dicat, quod carnem suam viderunt, confiteri necesse erit, ut carnem suam nudam tunc fuisse fateamur, ita ut nulla ex panno, aut aerea substantia veste tegetetur.

Si autem dicatur, quod apostoli Christum manibus attraxerunt, stare nequit: quoniam in prælibatis inductum est, quod eum non tetigerint. Sed & si eum apostolorum manibus attraxerunt fateamur: induci necesse est, ut etiam sic nudus extiterit: ipse namque dicebat: palpare & videre: quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quanquam ergo eum manibus attraxerunt: prius tamen necesse est ex his verbis, ut carnem eius viderent. Nam & si dicamus apostolos tetigisse Christi carnem: concedendum tamen non est, ut eam primò tetigerint, quàm eis Christus iussisset. alioquin audaces nimis viderentur, & irreuerenter se habentes, nec impunè laborarent: nam verbotenus increpati forent, sicut Thomas apostolus increpatus a Domino est, & sicut Maria Magdalena, mitius licet quadam ex parte verbis admonita. Ipsa quippe inquirens dominum apud sepulchrum in hortu, cum eum cognouisset, illius pedibus procumbens osculari parabat: sed a Domino increpata est dicente: noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum: vt patet Ioan. vigesimo capitulo. Sic enim discipuli dominum tangere presumptes non vocati increpati forent, & adhuc amplius, quoniam viri erant. Amplius autem quoniam multi erant omnesque errabant. Grauior enim plurimorum culpa, quàm vnius est. vnde peccata communitatum cæteris sunt duriora, quanquam iura humana interdum poenas in peccatis multitudinum laxauerunt. Scilicet patet extra de clerico excommunicato, vel deposito ministrare, in capitulo, latroes de cuius examinatione in præsentia omittendum duxi. Præter hæc autem grauius horum delictum foret, quàm Mariæ Magdalene. Hæc enim redemptorem nostrum exactissima cum deuotione pedibus illius prociens, de osculari voluit. Si autem discipuli domini Iesu eius carnem non admoniti attraxerunt, grauius peccare viderentur: quoniam nullius deuotionis causa eis hoc inerat, nec ut eius pedes, aut manus humiliter oscularentur, sed vt de eo experimentum caperent, an verus homo foret. Si ergo Maria Magdalene, quæ de eius resurrectione non hæsitans deuotionis solius causa osculari volens ire accedere ventura est, quanto magis discipuli, qui de eius resurrectione adhuc infideles solius experimenti causa attraxerunt, grauius equidem increpandi forent.

Discipuli non nisi admoniti Chri cor pus tange re poterat post resur rectione.

Dicendum ergo necessariò videbitur, quod si discipuli domini Iesu carnem attraxerunt: eam tamen quousque admoniti forent, non tetigerunt: nam alioquin increpati forent, quod non extitit, ante ergo quàm iussi forent non tetigerunt, prius tamen quàm eis se palpare iussisset dominus Iesus eius carnem benedictam illi clarè viderunt. Nam cum eis hæc præcepti aut, vt verius dicatur, permissionis cum Alph. Toit. Parad.

iudam diceretur, carnem tamen Saluatoris videbāt, vt in eiusdem verbis patet, cum dicitur: palpare & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Tunc ergo cum diceretur verba caro apparebat, quo inferitur carnem benedictam Christi nudam discipulis apparuisse. Ex verbis ergo beati Ioannis vigesimo capitulo inferri necesse est, quod Christus discipulis suis nudus apparuisset, scilicet nulla veste, aut de panno aut aerea contextus substantia qualitercunque verba accipiantur.

Obiectio de angelis, qui vestiti apparuerunt.

Cap. XL.

SIC autem de Christi apparitionibus diffinito, respondendum est, cum obijciebatur de angelis, quos ad expediendum apostolos de loco ascensionis Christus misit: hos enim candidis vestitos scriptura commemorat, de Christo autem quod nudus resurrexerit apparueritque hætenus astruebatur. Huic autem quispiam forsitan respondebit, Christum nullis indutum vestibus surrexisse, & apparuisse, quoniam ei vestes nullatenus necesse erant. Ipse enim verum habebat corpus, in quo videri posset. Angelis autem, vt viderentur vestes necesse erant. Ipsi enim in substantia sua corpulentiam nullam habent, qua videri possint: angelus enim substantia spiritalis atq; induisibilis est, & per hoc inuisibilis. Nullam enim in potentia visua immutationem facere potest. Vt autem viderentur angeli, oportet vt aliquid corporeum assumant, hoc autem est id, quod induti erant, scilicet, vestes candidæ, angelis igitur erant necessaria tegumenta. His autem respondendum est stare non posse, nam vestes angelorum non ideo assumptæ sunt, vt eos, qui aliàs inuisibiles erant visibiles redderent: quin potius ex horum responsione in eos conuenienter arguitur: nam si angeli vestes assumpserunt, vt viderentur, necesse erat vt aliquid alterum haberent, secundum quod videri possent præter vestes. Nam de his inquiretur ex quo vestes angelorum confectæ forent, & respondebitur, quod de aere, ad quod necessariò inducitur corpora ab angelis facta visibilia fore, cum eadem in vtrisque materia sit, & eiusdem condensationis. Quo adhuc inferretur vestes angelis ad hoc necessarias non esse, quoniam corpora vt visionem terminarent sufficiebant. Si autem astruere collibitum sit angelos, qui ex aere vestes sumperint nulla corpora ex aere fabricasse, sed quod vestes duntaxat assumpserint stare nequit.

Quomodo ex aere corpora fabricari poterant.

Primò quoniam si corpora ex aere non illi angeli assumpserint, nihil discipulis domini eloqui potuissent, ad quod destinati fuerant. Locutio enim organa interpretatiua exigit, quibus virtus interpretatiua coniuncta sit. Vestes autem de aere fabricatæ, non sunt taliter se habentes, vt eis aliqua virtus

L 2 inter.

interpretatua vniri possit, necesse est igitur, vt cor-  
 pora aerea assumpta sint, quibus vestes illæ candidæ  
 inhaerent. Hoc autem dato vestes angelicæ non  
 ideo sumptæ erant, vt in eis angeli visibiles redde-  
 rentur, sed vt ab eis corpora assumpta tegerentur.  
 Amplius autem si angeli corpora ex aere non assum-  
 pissent, vestes quoque nullas assumerent, sed ange-  
 los vestibus indutos fuisse planum est: vt habetur A-  
 ctuum primo capitulo. Oportet ergo, vt corpora  
 quoque assumpserint. Huius inductionis primum  
 patet: quoniam angeli substantiæ spirituales indi-  
 uisibiles sunt, vestiri ergo nequeunt: nam vestiri soli-  
 dorum corporum est, velut si quis diploidem, & tuni-  
 cam, cætera quoque indumenta, & calceos aeri  
 induendo fabricaret. Hæ enim vestes per se mane-  
 rent, nullusque eis indutus foret. De vestibus autem  
 ab angelis sumptis hoc dici nequit: angeli namque  
 eas mouebant. Secundum vero huius inductionis  
 patet: nam Actuum primo dicitur, quod apparue-  
 runt angeli in vestibus albis. Has autem vestes, ita  
 ipsi mouebant eisque tegebantur, ac si aliquis viro-  
 rum contactus foret. Infertur ergo eos corpora ex  
 aere fabricasse. Præter hæc autem, & si dari posset,  
 quod angeli vestes duntaxat non assumptis corpori-  
 bus accepissent, inconueniens valde videretur. Non  
 est enim hic ordo in rebus: nam si difficultas confi-  
 ciendorum ex aere corporum aspiciatur, tanta in fa-  
 bricandis vestibus duntaxat difficultas est, sicut si  
 corpora fabricarentur. Corpus quoque decentius per  
 se fabricatum esset, operationique conuenientius,  
 quam vestes sine corpore: conueniens ergo nullatenus  
 erat, vt angeli vestes assumpserint non assumpto  
 corpore, sed magis vt corpus sine vestibus haberent.  
 Dicendum ergo patet illos angelos corpora solitaria,  
 nullis velata tegumentis accipere potuisse, in quibus  
 terminata que vellent efficere potuissent: non igitur  
 vestes assumpserunt, vt visibiles forent, sed vt assum-  
 pra corpora velarent. Vestes tamen sacra scriptura  
 eos habuisse refert: corpora igitur assumpserunt.

*Quare angeli vestes sumpturunt ad discipulos descen-  
 dentes. Cap. XLI.*

**A**D HÆC autem dicendum est, non fuisse  
 hanc, quæ exprimitur, causam, quare angeli  
 vestes sumpturunt ad discipulos descendentes, Chri-  
 stus autem resurgens vestes non assumpserit: sed quo-  
 niam conuenientius erat Saluatorem nostrum post  
 resurrectionem suam nudum apparuisse, angeli autem ad  
 hoc nihil causæ habebant. Nam & si tam Christus,  
 quæ angeli nullis ad se tegendos cooperandos degeant  
 velamentis: quoniam tamen quæcunque apparitione-  
 nes sunt, secundum conditionem eorum, quibus est  
 apparitio, fiunt. Omnes autem homines quibus appa-  
 ritiones istæ fiunt, tecti vestibus degunt: angeli  
 ergo cum eis apparent vestibus semper adoperti esse  
 cernuntur. Ex aere quippe corporum solidorum  
 phantasmata capiunt fabricantes eo modo, de quo  
 latè super Exodum septimo capitulo disputauimus.  
 Post hæc autem ex eodem densato aere vestium si-  
 mulachra sibi fingunt, in quibus nobis amici viden-  
 tur. Christus autem eiusdem modi vestibus resur-  
 gens velari debuerat, nisi aliquid in eo præfuisset cau-  
 sa, quod induceret, vt omni posito tegumento vide-  
 retur. Causa autem nuditatis Christi in sua resurre-  
 ctione, quando aliquibus visus est, fuit, vt suam ve-  
 ram monstraret humanitatem, ita vt cognosci pos-  
 set eum esse verum Christum Iesum, qui a mortuis

*Causa cur  
 Christus  
 post resur-  
 rectionem  
 voluerit  
 nudus vi-  
 deri.*

**F** surrexisset. Eo quippe mortuo cuncti discipuli de  
 resurrectione dubitauerunt. Sola autem beata vir-  
 go, & Domina nostra inconcussam resurrectionis e-  
 ius futuræ fidem tenuit. Cum verò deus Iesus  
 resurrexisset, veritatem resurrectionis suæ elucidare  
 voluit, eorum ambiguitates auferens quibus resur-  
 gens apparebat: vnde hæc specialium apparitionum  
 suarum causa fuit, vt illi, quibus resurgens videbatur,  
 eum surrexisse minimè dubitarent: sed magis resur-  
 rectionis testes eam cæteris, quibus id absconditum  
 erat, reuelaret, vt patet Luc. vigesimo quarto capitulo.  
 Si autem Christus resurgens vestibus adopertus vi-  
 deretur, sicut angeli apparentes habent, caro sua  
 & vulnera nequaquam patuissent eis, quibus appa-  
 rebat: quo magna suspicandi daretur occasio, hunc  
 non esse Christum a mortuis resurgentem, sed phan-  
 tasma quoddam: sicut discipuli primo videntes arbi-  
 trati sunt, vt patet Luc. vigesimo quarto capitulo.  
 In eo enim vestibus adoperto argumenta resurre-  
 ctionis suæ apparere non potuissent: non enim tradi-  
 di posset caro palpanda, nec vulnera patefierent, præ-  
 fertim autem vulnus, quod lateri incussum est. Hanc  
 tamen corporis sui ostensionem Christus Thomæ  
 discipulo egit, vt patet Ioan. vigesimo, dicens: infer  
 digitum tuum huc, & mitte digitum in fixuras cla-  
 uorum, & manum tuam in latus meum, & noli esse  
 incredulus sed fidelis. Vestes enim redemptoris ma-  
 num in latus mittendam exclusissent. Identidem  
 autem nec argumentum resurrectionis suæ, quod  
 discipulis congregatis in vnum exhibuit, monstra-  
 re potuisset tegumentis amictus, scilicet, palpare &  
 videre, quoniam spiritus carnem, & ossa non habet,  
 sicut me videtis habere, vt patet Luc. vigesimo qua-  
 rto capitulo. Vestiri Iesu enim discipuli carnem con-  
 templari nequiuissent, ipse quoque ista conuenien-  
 ter dicere non potuisset: nudus ergo tunc erat, &  
 sic eum surrexisse cunctisque, quibus apparebat videri  
 decebat. Hoc tamen si specialiter non interdi-  
 disse, Christus resurgens a mortuis vestibus tectus vi-  
 deretur, quod si nunc aliquibus videretur, vestitus appa-  
 reret. Sic eum post ascensionem suam in caelos  
 apparuisse commemorat sacra scriptura canon Apo-  
 calypsis capitulo primo. vbi dicit, quod cum esset in  
 exilio in insula Pathmos Dominica die, audiuit post  
 se vocem magnam dicentem: quod vides scribe in  
 libro, & mitte septem ecclesiis, & post hoc conuer-  
 sus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem  
 candelabrorum similem filio hominis vestitum po-  
 dere, & præcinctum ad mammillas zona aurea: non  
 ergo tunc omni posito velamento apparuit, sicut in  
 resurrectione, sed magis vestibus adopertus.  
 Quod si obieceris hoc in imagine cõtigisse, nihilque  
 fuisse realiter factum, aut visione oculari a beato  
 Ioanne comprehensum. Aliquis fortassis respon-  
 dendum opinabitur: hanc beati Ioannis visionem  
 reale fuisse, solum autem in imagine fuisse conce-  
 pra ea, quæ in apertione libri septem sigillorum enar-  
 rata sunt, ea quippe realiter videri contingere impos-  
 sibile erat: nam cuncta futura erant, aut quasi cun-  
 cta: quæ ergo non sunt, realiter videri nequibant, sed  
 in imagine, visio tamen eius, qui ambulabat in me-  
 dio septem candelabrorum aureorum realis fuerit.  
 Hoc etiam carnis oculis contemplatus sit. Hoc e-  
 nim satis rationabiliter dici posse videtur, sed his non  
 intendo. Adhuc tamen, & si visionem hanc sola  
 imagine factam concesserimus nullo intercedente  
 reali, satis infertur, quod intendimus, scilicet, quod  
 Christus post resurrectionem vestibus tectus appare-  
 re debuerit, nam ea, quæ in imagine videntur, simi-  
 lantur ad ea, quæ in re apparent.

*Si ergo*

**S**i ergo in visione secundum imaginem Christus in  
 vestibus albis apparuit, si realiter videndus foret, in ve-  
 stibus quoque albis appareret: semper namque ima-  
 ginariè facta ad rerum expressiones sunt. Signa autem  
 signaris conformantur, apparet ergo, quod si  
 Christus alicui videndus esset, vestibus amictus appa-  
 reret. De ea autem apparitione quam per quadra-  
 ginta dies ad multos habuit, nullis tegumentis spe-  
 cialis ratio data est. Ex prædictis ergo conclusum pa-  
 tet, quare angeli discipulis apparentes ascendente do-  
 mino Iesu in vestibus albis visi sunt, ipse autem posi-  
 tis tegumentis ab omnibus conspectus est.

*Christus nec in sepulchro, nec in resurrectione vllas vestes  
 habuit. Cap. XLII.*

**E**X PRAEDICTIS autem longis quanquam  
 inductionibus collectum patet, quod sicut Sal-  
 uator noster, nullas in sepulchro vestes habuit, ita  
 quoque & resurgens de panno, aut substantia aerea,  
 nullis tegumentis adopertus sit: sed purè nudus appa-  
 ruerit. Nunc autem ad extremum de solis femo-  
 ralibus Saluatoris alicui magis curiosè quàm vtiliter,  
 vel deo ut inquirendum videbitur, quid factum sit.  
 De quibus quod in sepulchro fuerint, nemini ambi-  
 guum esse potest, qui quidquam attendit: nam de  
 his dici nequit, sicut de vestibus eiusdem, quas diui-  
 sione quadrifaria & insuper tecta forte milites in præ-  
 cium assumpserunt custoditi Iesu: vt patet Ioan. de-  
 cimo nono cap. Nemo namque tam durus foret, vt  
 immemor humanæ verecundiæ, tam detestanda ag-  
 gredi ausus foret, nec si quisquam auderet, hoc Chri-  
 stus passurus erat, vt in prælibatis dictum est, manserunt  
 ergo in sepulchro. Ad hæc autem, quanquam  
 respondendum fortassis non esset, ne tamen curiosis  
 defuisse videamur, dicendum est, quod vt prædictum  
 est, femoralia Saluatoris cum eo in cruce affixo relata  
 sunt intacta a militibus Pilati: eo quoque de cruce de-  
 posito, vt fuerant, permanserunt. Irrationabile enim  
 prorsus erat, vt tales partes corporis in Saluatore no-  
 stro ab aliquo tangerentur, sed centum libris ynguen-  
 ti, myrrhæ, & aloes delibutum corpus eius syndone  
 inuolutum est, vt patet Marc. decimo quinto. Cum  
 verò Saluator noster surrexit a mortuis, linteamen,  
 quo fuerat aduolutus, in sepulchro relictum est.  
 Sudarium quoque, quod capiti eius circumliga-  
 tum fuerat, vt habetur Ioan. vigesimo capitulo, cum  
 dicitur: Venit ergo Simon Petrus sequens eum, &  
 introiit in monumentum, & vidit linteamina posi-  
 ta, & sudarium, quod fuerat ad caput eius, non cum  
 linteaminibus positum, sed separatim & inuolutum  
 in vnum locum. Cum autem de singulis mentio fiat,  
 de femoralibus penitus subicit scriptura. Aliquis  
 autem fortassis dicit: Saluatorem nostrum femora-  
 libus genitalia tectum celos ascendisse. Sed hoc stare  
 nequit, omnia quippe inductiua, quæ in prioribus  
 posita sunt, ne Christus & cæteri beati, in perenni pa-  
 radisi foelicitate degentes, vestibus adoperti sint, in  
 hoc militant. Eadem namque inconuenientia infe-  
 res, si Christum femoralibus tectum astruxeris, vel  
 si reliquis eum vestibus velari fatearis. In hoc fir-  
 miter tenendum est, Christum in celum ascenden-  
 tem nullis femoralibus fuisse contactum, sicut nec  
 cæteras vestes habuit. Dubitandum tamen satis vi-  
 detur an femoralia in sepulchro cum linteamine, &  
 sudario relictæ forent: de eis tamen scriptura subti-  
 cuit, talia nempe erant, de quibus nulla erat refer-  
 re vtilis, aut honesta eruditio. Huius ratio esse pote-  
 rit: nam sicut in ipsa carnis resurrectione Saluatoris

*Alph. Toft. Parad.*

**A** nostri corpus incorruptibile esse cepit, ita & cuncta  
 ad corruptibilis hominis statum pertinentia relictum  
 erant, nec Christo aliqua harum particularum ex  
 panno, aut quæuis corruptibili substantia tegumenta  
 oportuna erant. Nam iam insistentibus æternæ felici-  
 tatis dotibus, tantum de eius corpore fulgor proce-  
 debat, vt has corporis partes tegere, & prorsus cunctis  
 videntibus oculare valerent, si honestatis quippiam  
 allatura foret huiusmodi facta contextio. Huius quo-  
 que satis videtur verisimilitudinis locus ex verbis bea-  
 ti Ioan. vigesimo cap. cum dixit: Et vidit linteamina  
 posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, nõ  
 cum linteaminibus positum: sed separatim & inno-  
 lutum in vnum locum. Fortassis enim in hoc sudario  
 femoralia tanquam minus honesta, inter cætera  
 tegumenta palam vt cætera relictæ non sunt, sed in  
 sudario colligata, ideo quanquam linteamina in vno  
 collecta non erant, sudarium collectum, & separa-  
 tum a cæteris erat. Alicui autem fortassis turpe vi-  
 debitur tam particularia speculari, sed a nobis hoc  
 excludendum erit: quoniam non spontè talia enun-  
 ciamus, sed ne curiosis satisfactum non fuisse videatur.  
 Poterit autem quispiam opinari secus, scilicet,  
 redemptorem nostrum femoralibus tectum surre-  
 xisse, in eisque apparuisse, atque mansisse quousque  
 in celum assumptus sit. Cum vero in celum ascen-  
 derit, ea in aliquam secretam partem orbis eiecerit,  
 nulli reperienda, aut plena resolutione in materiam  
 præiacentè conuerterit, ita vt cum ad celos ascendit,  
 nec vestibus vllis corporis, nec femoralibus adopertus  
 fuit.

*Quod ex duabus positionibus dictis secunda veritatem  
 non contineat. Cap. XLIII.*

**N**VNC autem his duabus positionibus vltèrius  
 insistendum est, quæ earum verisimilior sit.  
 Qualibet autem superficiteus specularibus ratio-  
 nabilis apparebit. Dicendum tamen est secundam  
 non æquè rationi fore consentaneam. Prima autem  
 huius suauius saltem ratio est: sicut Christus resur-  
 gens, ex omni parte plenam induit immortalitatem  
 omni reiecta corruptibilitate, ita quoque decens fuisse  
 patet, vt cunctæ corruptibilitatis conditiones, &  
 adimenta extrinseca corruptibilis status tunc ademp-  
 ta forent: femoralia tamen Saluatoris corruptibili-  
 lia corpora erant, mortalisque status conseruatiua,  
 tunc ergo reijci decuit. Amplius autem si Saluator  
 noster resurgens femoralia habuisset, in eo superna-  
 cula necessariò essent: nihil tamen Christus frustrato-  
 rium vnquam egit, quoniam Deus est. Deus autem  
 & natura parens nihil vnquam frustra faciunt,  
 iuxta Aristot. primo Politicorum. Quod autem in-  
 utile prorsus esset Saluatorem nostrum resurgentem  
 femoralibus amicti, induitur. Si enim in horum  
 viu aliquid vtilitatis esset, hoc esse necesse erat: quia  
 turpe quoddam videretur, vt genitalia organa nuda  
 forent, & in eadem nuditate aliquibus conspici reue-  
 lata. Hæc tamen Christo non congruunt, in eo nam-  
 que resurgente cunctus fulgor & decor corporalis,  
 qui in aliqua creatura esse valebat, apparuit: quo da-  
 to nihil in eo videri poterat, de quo erubescendum  
 sibi foret: nec quod cæteri videntes aliquo suffunde-  
 rentur rubore. Aliquid autem ad erubescendum  
 manere incitatum, penalitatis genus est. A Chri-  
 sto tamen cunctæ penalitates exclusæ sunt, cum eum  
 plenè beatum astrui necesse sit.

*Femoralia enim genitalium organorum duntaxat  
 occultatiua sunt, quo dato, quæretur an apparenti-  
 L 3 bus*



bus genitalibus redemptoris nostri aliquid ei ad erubescendum pararetur incentiuum: aut vnde videntes confusione replerentur, daretur materia, aut nec ei rubor villos, nec videntibus verecundie motus inerat. Quod si dixerimus nullum esse ruboris incitamentum, si Saluatoris nostri pudenda organa patefierent, velut in foelicitate paradisi nullam nobis ruboris materiam ingerunt, vt quæque corpusculi nostri membra cunctis in commune cernantur, cum omnes nostri corporis partes iam honestate donatae sint, omni impuritate atque inhonestate abolita, quam in eis patiebamur, dum mortalis adhuc vitæ conditio ageretur. Hoc autem dato, superuacuum manifestè foret Saluatori nostro, post resurrectionem femoralia relicta fuisse. Si vero erubescendum Christo asseramus, si post resurrectionem suam genitalia vasa eius nuda paterent, & quod hæc videntes nimio confunderentur rubore (quod concessu indignum est) dicendum erat, de corpore Saluatoris tantum profilire fulgorem, vt cuncta, quæ cum viderentur inhonestè essent particulariter tegerentur, ne cui facultas esset horum quippiam cõtucri: vnde hoc oportunius tegendis particulis illis esset, quàm femoralia, quæ tanquam necessaria tegumenta resurgenti fuisse ponuntur: superuacua ergo illa essent, quod palam inductum est, in Christo resurgente ea non fuisse. Amplius autem hæc femoralia, quæ asseruntur, nequaquam Christo resurgenti oportuna erant, quicunque ponatur modus: nam si rubor vilius esset, genitalia organa Saluatoris nuda prorsus cõspici, quæ femoralia tegenda erant: etiam si femoralibus contexeris: semper inhonestum aliquid reliquisset. Christus enim resurgens omni posita veste visus est, siue de panno, siue ex aerea substantia, sicut in prælibatis illatè patet. Si ergo ei femoralia apposueris, vt has particularis contegas, quas nudas relinqui inhonestum asseris, nondum plenè eas honestaueris, femoralibus ea contegens velamentis, quod in cunctis viris, qui honestatis zelatores sunt, euident constat. Inhonestum quippe eis, nec impurum asseritur, si quis prorsus nudatus solis femoralibus contactus sit, sed vt aliquatenus tanta nuditas honestetur, oportet ab umbilico vsque ad aliquam crurum particulam velamentum aliquod appensum esse. Si ergo Christum resurgentem, ideo femoralia habuisse astruxeris, vt harum particularum tolleretur rubor, non adhuc ei desiderij sui contingebat effectus, sed conuenientius videretur vt sindonem quoque, qua in sepulchro aduolutus fuerat, in resurrectione apparens habuisset. Hanc enim corpori ab umbilico infra pendentem corpori suo coaptans conuenientius ruborè abstulisset. Hoc tamen non egit, quoniam linteamina & sudarium resurgente domino in sepulchro relicta sunt, vt patet Ioan. 20. cap. ergo nec femoralia Christo resurgenti manserunt. Sed a corpore benedicti Iesu tantus pcedebat fulgor, vt has contegeret partes, & quascunque alias, quas velari & conspectibus subtrahi, honestum foret, nec cuiusuis corruptibilis substantiæ ope ad tegendum quid quid in corpore suo erat, opus erat, sed iustius erat, vt ille admirandus fulgoriam gloriosi corporis redemptoris in corruptibilis facti, quicquid in eo velandum erat (si quid tale esse poterat) contegeret, vt incorruptibile seipso manens, nullius corruptibilis honestaretur velamento. Prima autem positio conuenientior est, sed nec penitus fortassis conuenit, rationabilis siquidem erit, vt dicatur femoralia Saluatoris in sepulchro nequaquam permanisse. Omnia quippe, quæ in Saluatoris tumulo remansissent, discipuli eius ceterique, fideles educerent, atque sub diligenti custodia honorabiliter propter Saluatorem nostrum custodirent.

quod quidem de femoralibus minimè conueniens erat: in femoralibus redemptoris nostri nihil quippe tale erat, quod alicuius reuerentiæ obseruationem mereretur, nec de eis aliqua fieri mentio debebat. Si tamen ibi mansissent, atque cum sindonibus sudarioque educerentur, necesse erat, vt in aliquo honore ponerentur, aut vsibus inhonestis, & vilibus applicarentur. Vtrinque autem inconueniens surgit: nam non decebat vt aliquibus malis abiectisq; vsibus manciparentur: quoniam redemptoris nostri fuerant. Rursus autem inconueniens erat, ea aliqua veneratio ne digna haberi, quia foeminalia erant. Dicendum ergo fortassis conuenientius videbitur, quod Saluator noster cum resurrexit, aut priusquam resurrexit, in nihilum prorsus conuerit illa, aut in præiacentem resoluit materiam, vt nulli creaturæ ad vsum aliquem applicarentur. Nō enim decebat ex supra sumptis rationibus. Post resurrectionem autem in totali nuditate permansit vestibus nullis vtens, nec foeminalibus qualitercunque contactus: sic quoque visus est eis, quibus apparuit, vt in præcedentibus explanatum est. Ex his autem satis collectum patet, quid de vestibus Saluatoris post resurrectionem suam actum sit, & si eis vestitus cœlos conscendit, vel an Christus ceterique beati in illa felici paradisi amenitate nudi prorsus sint.

Dubitatio de modo ascensus hominum in celum.

Cap. XLIII.

CLVM autem in prælibatis de domino Iesu qualiter in coelum ascenderit prælibatum sit, nunc consequenter de modo ascensionis ceterorum inquirendum erit. Cui respondendum est, quod hominibus duplex in celum ascensus patet: primum quippe ascensum facimus, cum anima luteo soluta carcere coelum libera petat, vel prius purgatoria clementia exercitiam exclusis vetustatibus æthereas sedes sola petit. Secundum vero ascensum asserimus cum in generali carnis resurrectione animæ corporibus sociata in æthereas regiones ferentur. In hoc autem dicendum multum distare, cum animæ corporibus seiunctæ coelum libera petant, aut gehennali incendio, vel purgatorij mancipantur penis, aut homines corpore animaque constantes celum, aut infernas petunt sedes. Diuersitatis huius ratio est, quoniam animæ cum seorsum sunt, spiritus puri sunt: cum vero homines sunt corporea entia sunt: necesse est ergo, vt alia hominibus, alia alijs conuenientia sint. In his autem consideratione dignum sit, quod cum anima corpore soluta, aut polorum celsitudinem, aut tartareas sedes, vel purgatorias penas petit, non prope rat illuca seipsa mota, sed ab aliquo illuc fertur.

Quod conuincitur ex modo orandi Ecclesiæ: nam cum pro aliquo, vt in vitam æternam eat, oratur: præcuma talis conceptio est, vt angeli illam animam assumentes in illam paradisi amenitatem ducant, offerentes eam in conspectu altissimi. Hoc autem ex multis collectis & orationibus in mortuorum exequijs patet. Idem autem in quibusdam responsorijs, & offerendis, quæ ad agenda defunctorum pertinent, ecclesia cantat. Dicitur enim in quadam offerenda: Sed signifer sanctus Michael representet eam in lucem sanctam, quam olim Abraham promissisti, & semini eius. Amplius autem de inferno hoc patet: nam animæ, quæ infernas petunt sedes, inuita illuc eunt, cum illic plenè calamitatis locus sit: nemo tñ est, qui talia desideret. Spūs ergo qui inferno carceri mancipant, illuc ire nō appetunt: nolentes ergo

Duplex mortalibus in celum ascensus.

Dæmones dam natos spiritus ad inferos trahunt.

Anima a corpore se iuncta a se ipsa nō fertur in destinatum sibi locum.

eos illuc ire impossibile est, necesse est igitur, vt inuita illuc trahantur: sed nullus sibi ipsi iniurius, vel violentus est: oportet ergo aliquem alium dari, qui illuc renitentes inuita que animas nocentum trahat. Deo autem ista nequaquam competunt: ipse quippe Dominus, & non minister, aut factelles est: actus ergo isti puram executionem concernentes ei non competunt, sed magis sententiare & iubere: suis verò ministris executio delegata est. Aliæ autem altioris indaginis, & speculationis causæ sunt, propter quas Deo nequaquam congruit: vt animas ad aliquem locorum destinatum ferat, sed vt hæc ministris voluntatis eius executoribus hæc iubeat. De his autem nobis nunc inquirendum nihil erit. Præter hæc autem, sicut penas infligere iudicis actus non est, sed meri executoris: iudicare verò ei conuenit, ita & reos trahere ad cruciatus iudicantis actus non erit, sed delegatorum ad hoc ministrorum. Deus autem iudex est viuorum, & mortuorum, & princeps omnium regum terræ: vt patet Apocalipsis primo cap. Qui verò ad gehennalia pertrahuntur incendia, æterno carceri mancipantur, vbi factorum suorum plenam recipiunt vicem. Deus ergo per se eos illuc non trahet, sed eos illuc pertrahendos suis satellitibus demandabit. Illatum ergo ex supra dictis patet, spiritus, qui tartareos petunt cruciatus, seipis illuc non tendere, sed ab alijs trahi: Deus quoque seipso agens, eos illuc non trahit. Ab angelis ergo bonis, aut prauis illuc ferri necesse patet. Sed ab angelis pacis, quos angelos lucis, & Dei appellamus, illuc eos duci non conuenit: nam malorum spiritus, qui æternis incendijs mancipandi sunt, ad Ciuitatem Dei nequaquam pertinent, nec eis illo modo illuc redeundi facultas patet: prorsus ergo ratione caret, vt angeli lucis, qui ciuitatis Dei ciues sunt, quorum fors tota in gaudijs ducenda est: harum infelicitum atrocissimarumque pœnarum ministri sint, vt ad æternam miseriam rationales spiritus trahant. Ex his autem inferitur, quod dæmones, qui diuinæ iustitiæ apud inferos ministri sunt, has miserabiles animas ad penas trahant: nam velut eis, quod inferendarum pœnarum apud inferos ministri sunt conuenit, ita quoque vt trahendum ad supplicia spirituum executio conuenire debet. Hanc quoque ministracionem infligendæ æternæ miseræ animabus nocentibus, diuidi in plura genera ministrorum conueniens non est, scilicet quod sicut angelis lucis, qui ciuitatis Dei concius sunt, pœnarum executio in inferno non expedit: quoniam hoc pacto eos ibidem morari necesse erat, quod non expedit: ita nec eis conueniens erit, vt nequæ spiritus ad suppliciorum loca trahant. Dicendum ergo videtur, quod dæmones vniuersas nocentum animas, qui illuc aliquo modo peruenturæ sunt, trahunt. Angelis autem lucis non conuenit. Hoc autem multipliciter accidit: primò quidem, quoniam dæmones totius naturæ humanæ æmuli valde sunt: ideoque quemcunque possint, punire nimis cupiunt. Iterum autem quoniam à Deo huiusmodi ministris mancipati sunt, sunt quoque promptissimi cuique morturo assistentes, vt videant si quid iuris eis super illum est: quod si misera bilis ille ac nequam spiritus a corpore nocens egreditur, Deo iudicante, æternis gehennæ incendijs mancipandus, mox vt à corpore egreditur, in dæmonum incidit potestatem: qui illico rapientes atrociter gehennæ immergunt cruciatibus. Si autem felix spiritus omnium carens labe terrenum deserat habitaculum, etsi dæmones ei morienti diligenter assistant, nihil ibi sui iuris reperientes, in eum nihil agere quæunt, quoniam angelus lucis felicem illam animam suis viribus defensam reddunt. Ad hoc autem obstat illa atrocisq; inuidia dæmones huic felicitati inuidentes dolent.

Alph. Toft. Parad.

quod eam cruciandam accipere eis fas non sit. Ex prædictis ergo euidenter inducitur, quod anima, quæ gehennæ cruciatibus immerguntur, seipis illuc non tendunt, sed ab alijs deferuntur.

Quod non seipis, sed ab alijs ducti in purgatorium eant anime. Cap. XLV.

NUNC autem de animabus, quæ carcere luteo soluta purgatoria clementia exercenda sunt, idem dicendum reor, quod seipis illuc non moueantur, sed ab alijs ad ea trahantur loca. Hoc autem inducitur, quoniam purgatorij carcer atrocium pœnarum locus est, sicut gehennalis miseria. Sicut ergo nulla animarum libens inferorum sedes peti: ita & nulla purgatoria loca volens adibit. Nam in purgatorij sedibus tanta cruciatuum immanitas est: vt ab inferorum qualitate modicum, aut nihil distet quantum ad cruciatuum magnitudinem, & duriciem: sed ex duratione distandi rationem assumpserunt. Nam gehennalibus atrocitatibus in æternum permanere adiacet, atq; necesse est: purgatorij verò exercitativa penaltates, etsi nimis eas protendi contingat, extremi examinis non excedunt diē. Aliquæ autem pauco tempore manent, vt anno vno, aut biennio, aut plus minusve sicut insectæ, aut imperfectæ satisfactionis modus exigit eorum, quæ hic contritione delata, satisfactione tamen prius abolita non sunt. Sunt quoque minores, quamquam & si atrocitatis quantitate non distent, minus tamen sentiuntur: quoniam eos, qui talibus exercentur pœnis, certa futuræ beatitudinis spes lætificat. Eis enim, qui in purgatorij penaltatibus affliguntur, certa futuræ felicitatis spes inest. Sciētes autem se peruenturos ad eum locum, in quo felicitas summa est, hoc quoque nullatenus disturbari posse, magnis gaudijs exultant, cum ista cogitantes se super se vertunt. Eis verò, quibus in gehennali incendio locus est, nulla futurorum gaudiorum delusoria saltem spes subrepere potest. Desperant enim se inde posse vnquam egredi, quoniam eis tenacissime in pena ista inheret scientia, eos scilicet inde nunquam exituros. Cum autem hac commoti cogitatione se super se flectunt, hoc furioso tumultu inexcogitabiliter affliguntur: estque illis hæc pœnarum fortassis atrocior. Habent quoque spiritus nequam gehennalibus incendijs mancipati æternum remorsum scelerum, scilicet malorum præteritorum memoriam: nec hanc sibi penaltatem seuisissimam adimere queunt. Secundum hanc autem penitent dolentque: nec tamen conteruntur, ita vt eis verus, atque fructuosus dolor sit, sed dūtaxat sciunt se praua patrauisse, & horum merito cuncta eis infelicia euenisse. Hic tamen motus: contritionis actus non est, quia iste sibi impossibilis est, cum à gratia Dei debeat principiari, sine qua bonum nullum agere possumus: iuxta illud Ioannis decimo quinto, sine me nihil potestis agere, id est nisi ego præuenientem gratiam ad operandum tribuero, vobis operari bonum impossibile est. Hic autem conscientie vermis, aut morsus nequam virorum spiritus apud tartareas sedes inest mabiliter affligit: nam penis exterioribus additi, etli Deum nemo directè odisse possit, quoniam ipse totius boni fons est, cui voluntas repugnare nequit: in quantum tamen eum harum pœnarum auctorem, & iudicem, atque constitutorem credunt, eum quodam odij fomite prosequuntur. Dæmones quoque non dispari ratione, quin potius ampliori seuisissimoque odio prosequuntur: ab eis quippe gaudens tibus de earum miseria sibi penas inferni vident: sed his infligis se exolas non habet, quin potius miserent: vrgente tamen conscientia sceleris seipsas atrociter

Conueniunt, & differunt inferni pœna, & purgatorij.

Deum directè nemo potest odisse.

L 4 exolas

exofas habent. Recolunt enim se scelera patrauisse, & horum exigentibus malis, iustissime, quae tolerant, patiuntur: hoc pacto seipfos sibi malorum sub imagine praesentantes necesse est, ut se oderint. Malum enim cognitum nemo amare potest. Hic autem scientis conscientiae vermis, imò furiosa compunctio, caetera cruciatuum genera sua atrocitate deuincit: nam cum quis alterum sibi molestum sentit, ei nocere quoad possit, conatur, & si nocere non contingat, eum saltem exotum habet, seipsum tamen non odit: cum tamen aliquis grauissima scelera patrauit, si infanda atque horrenda valde sint, seipsum exotum habet. Sic enim ait Arist. Ethic. lib. 9. scilicet, Quibus autem multa, & dura opera sunt, & propter malitiam odiuntur, fugiunt viuere, & intermunt seipfos, aut fugiunt. Recordantur enim multorum & difficultium, & talia altera sperant secudum seipfos entes. Cum alteris autem entes obliuiscuntur, nihilque amabile habentes, nihil amabile patiuntur. Penitudine enim replentur prauis: nec utique ad seipsum bene disponitur prauus, propter nihil habere amabile. Ex hoc autem accidit, quod aliquando videtur. Et ut aliqui grauium infandorumque sibi consilij scelerum, non potentes seipfos tolerare, affligente conscientia patraui sceleris, se interimat. Sic in Iuda Saluatoris nostri discipulo, atque proditore factum est, cum do minum atque redemptorem innoxium vendidisset: hu ius tam horrendi memoratus, aliorumque infandorum, quae ante apostolatam susceptum peregrisse fertur, ut credimus: grauius intra seipsum premente conscientia affligebatur, praeter in quietudine amari cordis in seipsum conuictus, atque exotum habens, abiens laqueo se suspendit, & crepuit medius, atque effusa sunt viscera eius. Non dissimile autem huic conscientiae prauae in se sequens exemplum patet in Oedipo Laii regis filio, & reginae Iocaste in Thebana ciuitate prouincia Beotiae, quae in Graecia est regnum. Hic enim Laium patrem suum bello petens occidit, matrem autem incestans gemina grauidauit prole. Inde quippe gemelli Eteocles, & Polynices orti sunt. Horum autem infelix Oedipus sibi conuictus praua in se desequente conscientia: oculos funditus sibi eruit lucis communis indignos. His autem aliud de rebus excidij genus additurus erat se de altissimis scopulis in mare Ionium precipitare volens, nisi Antigona filia caeci patris iam ductrix facta a prauae conceptus inhiuisset: De hoc Seneca tragedia quinta, quae dicitur Oedipus carmine primo: De his late dictum est in libro de Amore & amicitia super Platonico documento ad regiam celsitudinem. Hic autem conscientiae prauae cruciatus, in animabus gehennali incendio mancipatis est, quo inestimabiliter affliguntur. Hunc autem sacra scriptura, & doctorum sanctorum loquendi modus, vermē conscientiae vocat: de quo Itaque cap. ultimo: Ver mis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, sed erunt usque ad futuritatem omni carni. Hic autem cruciatus stimulus in animabus purgatoria clementia exercitibus nequaquam est, ipsi quippe in charitate Dei, & proximi decesserunt: De patris quoque iniquae plenae doluerunt. Hoc autem duntaxat eis restat, ut plenam, quam non egerunt penarum peccatorum suorum satisfactionem in purgatorio igne expleant. Ex hoc autem nullus eis conscientiae morsus obrepit: de cunctis namque patris malis plenae doluerunt corde compuncti, dum in mortali vita manerent, seipsum ergo exotias non habent. Nullum ergo in hoc interiore cruciatum tolerant, qui purgatorij ignibus exercentur, exterius tantummodo afflictum. Ex hoc magna spiritum in gehennali punitionum igne, & eorum, qui purgatorij punitionibus alligati distantia cruciatus liquet,

Quaedam attentionia ad superiora. Cap. XLVII.

AMPLIUS autem qui purgatoriae afflictioni temporaliter subditi sunt, multipliciter ab angelis conciuibus felicitis illius ciuitatis Dei consolationibus recreantur: ad eos namque saepe veniunt: ea quae in orbe apud charos, & propinquos sunt explanantes. His autem attenti afflictionum suarum atrocitatem leuius ferunt. In eis vero qui gehennali carceri mancipantur, horum nihil est: quoniam angeli lucis nihil eorum, quae apud charos sunt reuelant, nec alterum quidpiam pandunt: unde consolationis vilius subrepat occasio: nequaquam enim isti ad ciuitatem Dei pertinent, cuius angeli lucis, & beatorum animae conciuēs sunt. De hoc Luc. decimo sexto capitulo. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui velint transire ad vos, non possint, & inde hinc transire. Haec autem de his, qui in inferno, & paradiso sunt intelliguntur, scilicet, de sinu Abrahae, qui tunc paradisi tenebat locum: quanquam non plenae monstraret integritatem felicitatis. In praedictis autem nimis differt inter penas gehennalis carceris, & purgatorij ignis: in atrocitate autem in quibusdam nihil differre videntur: quin potius quosdam in purgatorij ignibus esse contingeret acrius cruciatos quibusdam, qui gehennali seueritate puniuntur. Veluti si quis vnico mortali patrauit, quod valde graue non est, impenitens migravit a seculo, infernis sedibus mancipatur. Huius autem cruciatus, & si sine careat: durus tamen valde non est: si alijs communibus contulisset volueris. Si autem quisquam mille patris sceleribus, ad eorum expiationem nihil egisset, moriens vero de patris dolens conteretur, ab omnibus inquinamentis solutus penas euadebit inferni, purgatorij petens ignes: ibidem de commissis penitus satisfactionem expleturus. Maiorem ergo esse necesse est eam penam, quam iste purgatoria acerbitate punitus tolerat pro decem millibus scelerum patrauerit, quam eam, quam infernali mancipatus sedi pro vnica, nec graui quidem culpa tolerabit. Ad magnitudinem ergo penarum in atrocitate eis, qui in tartareo carcere, aut purgatorio igne sunt, nihil differt. Aliud autem est, quo in purgatorio exerciti ab eis, qui in tartaris cruciantur in penarum qualitate distinguuntur, quoniam qui apud tartara sunt, demonibus tortoribus affliguntur: eorum quippe quotidianus intuitus atque consortium molestum valde est. Hoc autem & si nihil addideris eis, quasi quidam consumatus cruciatus est. Hoc autem Christi sermone differtur Matth. vigesimo quinto cap. vbi cum verba quibus Deus ipse malis in die iudicij locuturus est, describeret, ait: Ite maledicti patris mei in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hic enim penalitatum conditiones edisserens, consortium demonium per seipsum velut quoddam atrocitatis genus collocavit. Apud purgatorium ignem tortores demones nulli sunt. Haec enim Deus non finit fieri: demones quippe animabus bonorum nimis inuidet: quoniam hereditatem perennis felicitatis adepturi sunt, a qua ipsi miserabiles, perfectioris tamen naturae, deiectioni sunt. Affligerent ergo vehementer demones animas bonorum viro rum, atque hoc pacto vicisceretur suscepturum offensionum: hoc tamen irrationabile satis est: demones ergo apud purgatorios ignes nullatenus esse constat.

Cōtingit aliquem i purgatorio acrius angri quā aliquem i inferno exitentem.

Inhibitiū est demonibus in purgatorio existētibus animas intueri.

Quod

Quod existentes in Purgatorio anima non torquentur a demonibus. Cap. XLVIII.

SVPRADICTIS autem adicitur, irrationabile valde esse, quod cum quisquam hostem deum censu subiecerit, hostili potestati atque diuini subdatur, commune tamē bonorum apud purgatorios ignes exercitorum demones, contra quos eis pugna erat, iuxta Apostolum deuicerunt: non ergo animae demonum potestati subdantur. Nam hoc dato quolibet alia penarum ablata atrocitate, eis hoc grauis pena foret, scilicet quod ipsi demones in mundo subiecerint, eorum suggestionibus non fauendo, eorum rursus dictioni subiaceant: ut in eas torquendo desuuiat: molestus quoque duceret a demonibus per annum purgatorij cruciatibus exerceri, quam alias per duos, aut tres torqueri annos: velut quilibet hominum praeligeret, nec in parum, alicui incognito viro salutis: quam quod suo quouis modo hosti subdatur. Hoc pacto si demonibus facultas esset, ut animas in igne purgatorio exerceant, in eas vberius sequentes recepturum viciscerentur offensionum: haec quippe quoad vixerunt, demonibus ad praua suggerentibus obstitere, quo nimis eas sibi offensas sentiebant, molestē ducentes, quorum consiliis non assenserint. Hic enim superbiorum modus est, ut se nimis grauatos existiment, atque deiectionis, si quis eorum sententię derogauerit: Demones autem superbiae tenent celsitudinem. Dicit enim Iob quadragesimo primo, de demone sub nomine Behemoth: Ipse est rex super omnes filios superbiae. Demones autem ad probos viros hoc frequentatū est, ut eorum suggestionibus non assentiant. Oderūt ergo demones itudiosos in virtute viros, eisque nimis vbiunque offensi forent, si qualiscunque daretur facultas: haec tamen Deus non iustinet. Si autem post mortem iudiciorum viro rum animae demonum potestati in purgatorio ignibus exercendae concederent, in eas pro sua desequerent atrocitate, omnem inique cogitationis explentes sequitiam. Hoc autem rationi satis diffonum esse patet: non ergo sunt demones animarum purgatoria clementia exercitarum tortores. Nec hoc duntaxat demonibus inhibatum est, ne animarum exercendarum habeant facultatem, sed & illis interdictum est, ne ad eas videndas vadant, cum in ipsis purgatorij ignibus puniuntur, eis quippe in sua afflictione positos, demones astare nequeunt, ne de eis patientibus gaudeant, quandam quoque vindictae speciem inde trahant. In hoc enim magna animabus esset molestia, cum hostes suos de earum afflictione cernerent congaudere. Demones ergo torquendarum animarum apud purgatorij loca facultatem nullam habent, nec eis quoque cum puniuntur inter sunt. De his sanctus Thomas super quartum distinctione vigesima prima. Eadem quoque animae purgatorij manentes receptaculis, ab angelis lucis nequaquam torquentur. Hi enim in charitate existentes, animas purgatorij manentes locis diligunt, quoniam eas ciuitatis Dei conciuēs fore certissime sciunt. Aegre igitur angelici spiritus ferrent, ut illas animas in purgatoria quadam atrocitate punirent, quas paulo post in vita aeterna conciuēs habituri erant. Sed e contrario eas, quo ab eis concessum est consolantur, referentes talia, quibus leuius, quae tolerant patiantur, de quibus supra dictum existit. Solus ergo Deus est, qui his purgatorij receptaculis animas manentes torquet, non quidem tanquam Deus eis actualiter punitiones infligat, quidquam agens, sed quoniam diuina iustitia ab exordio illum indeficientem succendit ignem. Ibi enim nullo ministrante, illi diuino alligatae incendio pro meritum qualitate, quousque commissorum

A satisfaciendorum mensuram expleuerint, cruciantur. Tunc eis liber in aethereas sedes patebit accessus.

Obiectionis ratio superius allata. Cap. XLVIII.

NUNC verò ceptum resumatur argumentum: purgatoria sedes atrocitatis magna locus est, velut tartarea receptacula. Ad penarum autem loca nemo libens accedit, ad purgatoriarum tamen penarum receptacula animas ire patet: eas ergo illuc non per se ire, sed ab aliis trahi necesse est. In hoc autem velut in superioribus distindendum est, scilicet quod si cur Deus animas gehennalibus mancipandas sedibus, seipso illuc, non trahit, quoniam officium hoc nequaquam est iudicis, sed ministris: ita quoque animas purgatorij mansionibus exercendas seipso non trahit, sed ministris suis hoc exequentibus imperabit. Ministri autem Dei in his, quae spiritalia sunt, angeli lucis & demones sunt: nec tamen idem vtriusque ministerij genus traditum est, sed quibusdam hoc, aliis verò alterum. Nunc autem de animabus in purgatoria ducendis supplicia dici nequit, quod a demonibus illuc trahantur: animae quippe bonorum post defunctum corpus ad ciuitatem Dei profus attinent: demones autem ciuitatis oppositae certissimi ciues sunt: nihil ergo eis communicationis est, nec quidquam operis demones cum bonorum animabus habere queunt, quae purgatorij incendiis affligendae sunt. Amplius autem idem ex praeposita ratione patet: Deus enim nequaquam permittit, ut animae bonorum a demonibus igne purgatorio affligantur, ne qualircunque ibidem de eis vindictam sumant: ex eodem quoque incentiuo eidem interdictum est, ne animarum puniendarum purgatoria seueritate intersint afflictionibus. Differentius ergo inhibatum erit: ne demones bonorum animas ad supplicia purgatoria trahant, quoniam tractus ad penam punitionis quora pars est: pena autem inuoluntaria est in tolerante: si ergo demonibus pertrahendi bonorum animas in supplicia facultas tributa foret, in hoc penae quandam explentes particulam, de ipsarum animarum angustia letarentur. Hoc autem ipse bonorum animae molestē ferrent, ut a suis hostibus punirentur, tantumque in hac perditione penalitatis tolerarent, quantum in aliqua purgatoriarum penarum suscepturū erant. Dicendum ergo, quod a demonibus illuc nequaquam trahantur, sed angeli lucis hoc efficiant. Modus autem hic est, quod cum in charitate decedens commissorum suorum aliquam adhuc particulam pro satisfactione descendam habet, angeli lucis decedenti intersunt abigentes inde aereas demonum potestates, & spirituales nequitias. Ipsi quidem demones si sequendi permitteretur facultas, animam egredientem susciperent, ut tartareis suppliciis mergerent: voluntas tamen effectu caret. Angeli enim lucis eam in purgatoriam ducunt mansionem, ibi eam in incendio relinquentes purgatoria exercendam seueritate quoad iuxta praefinitum a Deo tempus, & penarum qualitatem distindam satisfactionem expleuerint. Nec tamen angeli lucis animabus ibi adsunt, ut puniant, ut in prioribus declaratum est. Cum verò praefinitam penarum quantitatem earum, quae purgatorio exercentur igne, expleuerit, angeli lucis assistentes eam in aeternae lucis mansiones vehunt.

Ministri Dei in spiritalibus

De animabus liberè celum petituris. Cap. XLIX.

DE animabus autem, quae carcere luteo solutae mox liberè celum petiturū sunt, ut in ceteris distindendum

Aia a corpore egrediatur, quid de ea futurum sit quærat

finiendum est, quod seipfis in q̄thereas nequaquam tē dant sedes, sed ab alijs perducantur. Anima quippe egressa à corpore, quid de ea futurum sit ignorat, cum ex alterius hoc dispositione dependeat: oportet ergo ut alterum eam ducentem assignemus in quamcunq̄ue tritum mansionum ducenda sit. Cum ergo æternæ felicitatis gaudia anima corpore egressa aditura sit, angeli lucis eam comitantes eunt illam ante faciem altissimi præsentantes. In hoc enim angelis nimis gaudere datur, cum sedium suarum ruinas de bonorum spiritibus repleri vident. Ob hoc ergo rationi satis consentaneum est, angelos obuiam animabus in vitâ æternam euntibus exire: præsertim angelo custodi animæ illius hoc comperet. Iste enim laboris sui fructum expertus, s̄ q̄ custodita ab eo anima hæreditatē salutis assecuta est, nimis gaudet: animæ quoque gaudenti congruet scians laborem suum non fuisse superuacuum. Susceptis enim consilijs, & auxilijs eius anima saluationis fructu potitur. Hic autem angelus præcipuus comitatus animam illam benedictam sistet eam coram domino offerens ei labores suos. Dicendum ergo est bonorum animas angelorum manibus in cœlum duci. Angelis autem tenebrarum in hoc nulla ministerij facultas attributa est: ipsi quippe animas bonorum in purgatorias sedes ducere nequeunt, ubi est tormentorum locus, quantus differentius nequebunt perducere ad gaudia beatorum? Nec enim de monibus permisum erit felicitatis illius gaudia contemplari. Ex prælibatis ergo probabili satis inductio ne collectum reor: animas de corpore egressas ad quâcunque prælatorum trium locorum perducendeat, per se non tendere, sed illuc ab alio duci.

Quomodo animæ carne soluta ad tria loca se conferant. Cap. L.

**HVIC** inquisitioni amplius inherentes inquiremus, quis modus est, quo in præfata loca animæ carne solutæ, de quibus nunc sermo est, eant. In quo supponendum reor, vel ut ad sequentis inquisitionis hypothese in ubi tria præfata ponantur loca. Nescienti enim ubi hæc loca sint, inconueniens speculatio esse nequit: quomodo animæ in hæc tria ducantur loca. Et quoniam hæc tria loca eē, cōmunis suppositio est, de quolibet eorum ubi esse dicatur sigillatim inquirendum est. Hoc autem, quoniam de animarum post mortem gaudijs, & passionibus inquisitionum est, cum de locis horum experiendorum inquiratur, duo præsupponere necesse est. Primum est animas post corporum mortem manere, quoniam non enti nullum, aut bonum, aut malum accidere potest: alterum verò est aliquam post mortem animabus lætorum, aut tristitiam distributorem, & arbitrum esse: nam cum animæ ex natura sua hoc non habeant, nisi eis aliquis, qui post mortem læta, aut tristitia distribuatur, apponatur: animabus gaudium, aut tristitiam post mortem manere impossibile est. Apud eum igitur, qui animas negat post corporum mortem manere, sed eas cum corporibus vno concludi defectu, quæstio ista locum nullum habet. Si enim animas subsistere deficientibus corporibus negauerimus, eis aliquid bonum, aut malum accidere impossibile est. Idem autem si secundum, s̄ Deum esse diffiteamur, inducetur: nam si ad læta, & tristitia distribuenda arbiter necessarius est: neminem ad tantum negotium constitui licet, nisi ipsum rerum principem Deum, quæ esse negauerit, pariter quoque bona, aut tristitia animabus post mortem negabit accidere. In quo considerandum est, quosdam physicorum, an Deus esse dubitasse: alios verò Deum esse totaliter negauisse, quo-

**F**rum Diagoras, & Prothagoras, ob hoc indignissimi Phylosophorū in hac re sic distinauerunt, vt alter Deos esse in dubiū reuocaret: alius autem omnino non esse diceret, De his Lactantius de natura Deorum lib. primo cap. secundo. Horum quoque Epicurus est: qui Deos esse omnino negauit: vt ait August. de Ciuitate Dei lib. decimo nono, ita vt non immerito de his apud Plalmistam Psal. 13. & 52. dicatur: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. His igitur de inquisitione panarum, & gaudiorum animarum post mortem, locorumue, in quibus hæc exercentur cura, nulla est, quoniam non existente Deo, nemo esse poterit, qui animabus post mortem gaudia, aut p̄nas distribuere queat. Hæc autem positio quoniam inepetissima est, in eam niti arguendo non expedit. Per se enim eius liquet ineptitudo: hanc quoque conuincit Aristot. duodecimo Metaph. in fine, ubi processu quodam naturali agens de ordine, & principatu rerum ait: entia vniuersi nolle malè disponi: mala est pluralitas principum: bonus est ergo vnus princeps. Hunc autem, qui vnicus super omnia præfideret, quicunque ille sit, nos Deum appellamus: Deum igitur esse patet. Item non oportet in hos argumentorum multorum esse aculeos: nam Deum esse, vt ab inuestigatione syllogistica aliquando quiescamus, naturaliter argutum est, nec solum Deum esse, sed etiã esse æternum, & alia pleraque attributa. De his Apostolus ad Romanos cap. primo: Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius deitas. Intenta ergo supposito quæstionis nostræ ex hac parte labefactari nequit: quia Deum esse cunctorum prodiit assertio. Ex prædictis autem suppositionis intentæ ad inquisitionem de tribus locis animarum primum fundamentum collectum est, scilicet Deum esse.

Cōsuetudo opinionis phys. pereram de Deo sententium.

Opiniones multiplies de natura animæ. Cap. L. I.

**SICVT** autem in hoc primo fundamento Physicorum quosdam delirantes comperimus, ita & in secundo supposito plurimorum deliratio exoritur. Quidam namque, quamquam Deum esse fateantur: animas tamen esse post mortem negant, quoniam eas tales substantias esse faciunt, quibus post corporum separationem manere impossibile sit. Quidam enim animam nullam substantiam verè subsistentem esse dicunt, sed quandam corporis armoniam, qua corpus debito subsistit ordine. Hoc autem Aristoxenus poeta magnus, & musicus dixit: & quidem aliquid veritatis continens, sed ab arte sua non multum recessit. Alij enim animam cor esse asseruerunt, alij autem cerebrū, alij sanguinem, alij aerem, quo spiramus, & respiramus: quorum positiones, & pleraque alias Arist. recitat primo de Anima, & Tullius primo lib. Tusculanarum quæstionum. Si tamen horum alicui crediderimus, animas cum corporibus deficere, atq; ex hoc non manere nostram de animarum receptaculis quæstionem, liquet. Si enim anima corporis armonia sit, cum ipsa morte corp⁹ resoluatur, animam manere impossibile est: cum armonia nulla sit in eo, quod corrumpitur, aut prorsus corruptum est. Cor autem, aut cerebrum si animam asseramus, eam aliquando perituras esse satis patet: nam cerebrum cū quædam carnis medullosa particula sit: aliquando dissolui necesse est. Cor identidem corporis membrum quoddam est: ceteris ergo morte solutis, illud incolumen residere satis fallum liquet. De aere autem nemini ambiguum fuerit, si eum animam esse dicamus: nam cum ipsa vita inspiratio, & respiratio clauditur,

igitur animam interemptā esse patet: hanc vulgariorem tamen positionem esse scimus: nam cum inspirationem, & respirationem in omnibus animalibus esse cernant, in eis tamen, qui iam vita functi sunt, hoc nullatenus esse patet: aerem igitur mollissimum inspiratū, & respiratū animam tradiderūt. Hæc autem insipientes positionem tenuere, vt patet Sapient. 2. capit. Dixerunt enim impij cogitantes apud se non rectè: exiguum est, & cum tedio tempus vitæ nostræ, non est refrigerium in fine hominis: nec est, qui agnitus reuersus sit ab inferis: quæ ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus: quoniam fumus status est in naribus nostris, & sermo scintille ad commouendum cor nostrum, quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus noster tanquam mollis aer diffundetur: & transiet vita nostra tanquam vestigium nubis, & tanquam nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, & à calore illius aggrauata, & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum nostrorum. Vmbre enim transitus est tempus nostrum, & non est reuerfus finis nostri: quoniã consignata est: & nemo reuertitur. Ecce enim impij iniquitatem de statu animarum in visceribus conceperunt, sed festinim in iustitiam parituri sunt. Sequitur enim ibidem. Venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt: & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter vino p̄cioso, & vnguentis nos repleamus, & non pertranseat nos flos temporis nostri: coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum sit pratium, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo exors sit luxuriæ nostræ: vbiq; relinquamus signa lætitiæ; quoniam hæc est pars nostra, & fors. Ecce. n. animam mollissimum aerem putauerunt. Ab hoc autem in Græco animæ nomen trahitur. Animos enim eadem lingua ventus est. Iam verò qui animam sanguinem esse dicunt, quid ambigendum sit prorsus non habent: nam ipsum sanguinem in morte gelari liquet, in puluerem ac sordidam tabem post paululū conuertendum. Quidquid ergo horum asserueris, necesse est, vt animæ æternitatem, aut permanentiam post mortem tollas. Has insipientium positiones reprobatur Tullius libro primo Tusculanarum quæstionum animæ immortalitatem confirmans: sed rhetoricis quidem suasionibus magis quàm naturalibus fulcimentis: solidioribus vtique fortassis idem inducere valeremus, si in id nunc conaremur, sed ad aliud tendendum est. Solidius autem Arist. more suo inducit animæ immortalitatem, improbens antiquorum fati inspidas positiones in libris suis de Anima. Immortalitatem autem animæ, quoniam non est de conditio ne materiæ, sed ab extra, & diuina, omnes phylosophi, qui aliqd sapiunt cōsistunt, vt Plato, & Anaxagoras, Socrates, & Peripateticus Arist. & Stoicy generaliter. Ex prælibatis secundi fundamenti veritas patet ad inquisitionem de locis animarum corpore solutarum, san à corpore solutæ animæ remanere queant.

De statu animarum. Cap. L. I.

**V**T autem quod inquiratur, solidius, atq; vberius, enucleatis quibusdam principijs, cognoscatur, de animarum statu inquirendum est, vt sic de locis, de quibus intentio inquirendi fuerat cōcludatur. In quo interdum naturali vtamur iudicio: nō quidem catholice fidei derogantes positioni, sed eā magis adornantes, atque, vt possumus, eam ex naturalibus euidentioribus facientes. Præsertim admonente Apostolo Petro Cano. prima ca. 3. Estote parati reddere rationem omni poscenti vos de ea fide, & spe, quæ in vobis est. Ex principijs ergo naturæ, hæc conclusio danda est. Eorū,


quæ in vita acta sunt, bonorum siue malorum, restat, animabus post mortem naturaliter locus gaudij, vel dolorum. In cuius ampliori euidentia considerandū est, q̄ catholici in hac parte tenent specialem modum loquendi, quàm omnes qualitercunq̄ loquentes. Dicunt enim animas post mortem immortales remanere, easque post multa tempora, cum Deo placuerit, ad diem iudicij à Deo assignatum ad corpora redituras, quod resurrectio vulgariter appellatur. Et tunc si fidelium firma positio nihil vterius addidisset, satis liquebat post eam resurrectionem gaudium, aut tristitiam hominibus pronenturam: sine his enim vita hominis duci nequit. Quantum verò ad corporū resurrectionem, speciale in catholicis est: nulla enim phylosophorū positio hoc recipit: iō cū Paulus apud Athenas in Ariopago phylosophis resurrectionem corporū prædicaret, delectati sunt primò viri illi. Athenienses promoti dulcedine eius, quod dicebatur, quia verè propositio ista delectabilis est ei, qui credit, vt patet prima ad Thessalo. cap. 4. vbi Apostolus iubet nos condelectari adiuicem in sermonibus de resurrectione. Deinde videntes resurrectionem repugnare omnibus, quæ ipsi sciebant, aut scire se putabant, & eis, q̄ naturaliter fieri posse existimabant, deriserunt etiam quidam de Stoicy, & Epicureis, eum seminatore verborum appellantes, id est q̄ sola verba diceret nullam realitatem, aut veritatem continentia. Alij autem eum annunciatores nouorum demoniorum dicebāt, quia Iesum, & resurrectionem prædicaret. De his Actu. decimo septimo cap. Resurrectio autem corporum à nemine Phylosophorum negatur, tanq̄ naturæ repugnet. Nulli enim principio naturæ repugnat, sicut latissimè induci posset: si ad hoc nostra nunc flecteretur intentio: sed ob hoc eam fieri, aut futurā esse negant, quia nullum agens secundum naturam est, quod tantæ virtutis sit, vt resurrectionem corporum causet. Sic namque in naturalibus, multa phylosophi concedunt, quæ fieri non repugnat, sed nunquam futura esse asserunt, quoniam nullam tantæ virtutis potentiam esse credunt. Sic enim nullus, terram secundum se totam moueri, credit includere contradictionem, cū quælibet eius particula moueri possit, & multa moueantur. Arist. tamen noster primo de Cælo, & Mundo dicit, terram non posse moueri, quia non est aliqua potentia potens eam pellere de medio mundi.

Animabus post mortem lætitiæ, & angustia inierunt. Cap. L. I. I.

**HIS** autem positis, quæ de resurrectione corporum sacrosancta orthodoxorum Ecclesia confitetur, satis liquet animabus post mortem læticiam, aut angustias inesse: hoc tamen phylosophi non confitentur. Sed & si nobis phylosophi non assentiant in resurrectione corporum, quoniam ignorant infinitatem diuinæ potētia, qua mortuos suscitare possit, & immensitatem bonitatis eius, qua id efficere velit: tamen concessio eo, quod ipsi nobiscum sentiunt, scilicet animarum immortalitatem, satis inducitur, quæ intendimus, scilicet animabus post mortem delectationes, aut p̄nas manere. Nam animæ manentes post mortem, & si in corporibus non mancant, intellectiue tamen, & volitiue sunt, quia igitur aliquid volunt, aut illud assequuntur, aut semper id tenent, aut non. Si semper bonum, quod semel assequuntur tenent, delectari eas necesse est: quia ad boni consecutionem naturaliter sequitur delectatio. Si autem bonū, quod semel assequuntur, aliquando perdidierint, tristari eas, atque p̄nalitatibus affici oportet. Quoniam si curaliquid nobis bonum præsentia sua delectabile est,

Loquētes de resurrectione delectantur.

Quod necessario animæ post mortem lætentur, vel doleant.



ita



ita & absentia sua tristitiam afferat oportet: quoniam bonum, quod inerat, ablatum est. Si autem animas post mortem manentes, quod volunt, non assequi fateamur: necessarium est eas tritari, quia & in nobis uiuentibus tristitia est, cum quæ desiderauerimus non euenierit. Rursus autem anima post mortem intellectiua est: intelligit ergo quoniam oculos non erit: <sup>Quæ post mortem anima intelligat</sup> quoniam semper intelliget: nullius. n. carneæ molis oppressione grauabitur. Hic enim corruptibilitate corporis ab intellectu impedimur, & retardamur: iuxta illud Sapient. 9. cap. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Deposita ergo omni aggrauante corporis mortalis ineptitudine, anima semper in intellectu vacabit. Nam intelligere secundum se delectabile est, & ipsa anima separata non habet aliqd secundum quod fatigetur, quia non est iam potentia unita corpori, sicut cum in nobis est, quia tunc propter conditionem deficientium organorum fatigatio in intelligendo causatur. Post mortem autem separata, quia nunquam fatigabitur, semper intelliget. Hoc autem dato, aut id, quod anima intelligit post mortem, est sibi bonum, aut malum. Si autem, quod intelligit malum sibi est, necessarium est, ut hoc intelligendo tristetur, cum malum sibi inesse sentiat, in quo est vera tristitia. Si autem, quod intelligit bonum sibi sit, erit necessarium, ut intelligendo delectetur, quoniam bonum condelectatiuū est naturaliter eius potentia, in qua est. Ex principiis ergo naturæ necessaria illatione inductum patet, concessa animarum immortalitate, pœnalitatibus quibusdam animas defunctorum affici, aut gaudiis quibusdam frui.

*Quare Arist. an gauderet, vel pateretur anima post mortem, subicit. Cap. LIII.*

**A**mplius autem cum de ceteris, quæ naturalia sunt, aut naturalium rerum quodammodo conditiones tangunt, Arist. nos plenissimè, et si in omnibus sententiose tractauerit, de hac re omnino subicit, scilicet an post mortem animabus gaudia, vel dolores ulli manebant. Quod magis inducitur ex industria factum: nam si id, quoniam de hoc agere non curaret, subiciisset, & si non plenè interdum aliqd tamen expressisset: de hoc tamen nihil unquam differuit: videtur ergo non ex negligentia, aut inaduerentia omisisse, sed ex electione subiciuisse. Quod duobus incitantibus factum videtur. Primò ex ipsius Arist. magna prudentia: ipse namque ut ex singulis eius libris patet, ubique loquatur solidissimis, atque multum euidentibus utitur rationibus. In materia autem de penis, & gaudiis animarum à corpore solutarum, & de locis pœnarum, & gaudiorum, & conditione eorum ambiguum valde est eis, qui solis naturæ innituntur fulcimentis. Cum hæc ex quadam Dei summi rerū iusti arbitri sententia prouenire debeant, & cum ipse liberum agens sit diffinitum, in his naturaliter loquentibus nihil astrui potest, sed reuelatione quadam indigent, ut sciatur: cum nullius liberi agētis factum, quāquam secundum perfectam rationem reguletur, antequam fiat, perfectè cognoscere possimus. Aristoteli autem nihil tale inerat, cum solis rationis practicæ, & speculatiuæ principiis niteretur, sed si quidpiam sibi reuelatum foret velut alicui prophetaur, cui ipse firmissime assentiret; tamen adhuc nō tetigisset, in stylo ponens, sicut naturales, & metaphysicas, & dialecticas plurimas posuit traditiones. Nam ipse hoc solum describat, quod manifestis probationibus induci poterat. Hoc autem quanquam sibi cōstaret, illud tamen aliqua syllogistica necessitate indu-

cere non valebat: prælegit igitur de his penitus subtricare: quā aliquid templete enunciare. Credendum est tamen eum aliquid intellexisse: nam illi, qui natura ingenio pollent, satis naturaliter indicant, hoc conueniens esse. Non enim rationabile videtur, ut actus humani, qui in hac vitæ æquam præmiorum: siue in bono, siue in malo non susceperunt vicem, in æternum sic maneant: sed ut magis post resolutum morte corpus, animæ eorum vices iustas accipiant. De hoc autem, quid intellexerit nihil refert.

*Secunda causa quare Arist. de animarum corpore solutarum statu subicit. Cap. LV.*

**S**ecundum verò Arist. nostri motium, ut de animarum corpore solutarum statu subicitur fuisse videtur, quoniam ipse veritatem introductor, atq; eruditor esse voluit: modorū tñ uiuendi humanorū destructor litigiosus esse noluit. Nā etsi aliqd plenè Arist. de hac re intellexisset, & id fortassis necessariis fulcimentis inducere voluisset: tamen quia in hoc repugnare videretur omnibus politiis, quæ tunc erant, etiam si aliqua tunc conuenienter secundum illud tempus ordinata videbantur. Si enim post mortem bonum aliquod, aut malum inesse animabus asserat: illud maius bonum esse, aut malum animabus patet, quā id, quod in vita experimur, cum ea, quæ uiuentis sentimus bona, aut mala secundum corpus sunt, quod non est principale in nobis. Post mortem autem quidquid illud sit, siue bonum, siue malum, maius esse necessarium est: quoniam animabus aduenit, in quibus, vel rotum esse nostrum, iuxta Platonicam positionem est, vel maior pars, & principalior esse nostri: iuxta Arist. Ethic. li. 9. & 10. Ideo hoc supposito, cū maius bonum humanum post mortem sit: illa erat conuenienter instituta, & ordinata politia, quæ inducebat homines ad hoc, ut post mortem bene se haberent. Eas autem, quæ ad hoc optimè se haberent, optimas esse patet. Quæ autem de hoc nihil attenderet inordinatissimas esse politias. Et quia earum politiarum, quæ Arist. tempore consistebant, nulla aliqua tenus ad bonum illud, quod post mortem euenit homines dirigebat, nulla bene statuta videretur. Repugnaret ergo in hoc omnibus hominibus, quæ tunc erant præterquam Iudeis, qui pauci erant, & hanc spem futuræ vitæ semper tenuerunt. Quanquam inter eos Sadducei non credebant resurrectionem, nec spiritus aliquos, aut angelos concedebant, de quo Matth. 22. & Actuum 23. capi. deuitauit ergo Arist. aliquid de animarum statu post mortem enunciare, etiam si sibi aliqd quid utcunque cognitum foret.

*Quare Arist. egerit aliqua de animarum statu post mortem.*

*Cap. LVI.*

**N**ec in hoc tamen nobis omnes consentiunt. Aliqui enim dicunt Arist. aliqua de statu animarum post mortem fuisse locutum, obiectantes nobis in primis librum de Pomo, qui & de morte Arist. nomen assumpsit, & est vltimus in paruis eius naturalibus. Quibus respondendum est, hunc non esse Arist. librum, quod ex eius stylo satis claret: nam liber de Pomo, nihil nisi quandam nullius ponderis historiam continet. Totus autem Arist. stylus magnis obscuritatibus, & sententiarum difficultatibus plenus est. Distant enim inter se Arist. & libri de Pomo sententiarum granitate, & styli, velut si quis Tullianam, aut Demostenis eloquentiam cuius barbarica vix verba sonare scienti coequaret. Amplius & in tententia hoc

hoc patet. Totus enim liber de Pomo sententiis Arist. in aliis libris repugnat: nam ibi Deum Abraham, & Isaac, & Jacob concedit, & profert, quod ab omni phylosophante profert alienum est. Nulla ergo ratione concesserim hunc librum aliquam Arist. sententiam continere: sed magis ab aliquo Arabico confectus est. Stylus enim eius Arabicam redolet eloquentiam. Sed adhuc quisquam in hoc obiciet, inquit Arist. felicitatem, & infelicitatem posuisse post mortem: & consequenter solutis à corpore animabus penas, & gaudia tribuisse. Sic enim haberi videtur Ethicorum libro primo in cap. Posterorum autem, amicorumque fortunæ, cum ait. Fortassis autem inquirendum videtur circa eos, qui defecerunt, an communitent bono aliquo, vel oppositis. Videtur autem, etsi redundat in ipsos, quodcunque bonum, siue contrarium, fragile quoddam, & paruum vel simpliciter, vel illis esse: sit autem non tale, & tantum: ut eos, qui nō sunt felices esse faciat, aut eis, qui sunt auferat beatitudinem. Ponit ergo aliqd redundare bonum, vel oppositum. Aliquos ergo videtur post mortem ponere felices, quibus non potest tolli felicitas, per quæcūque bona, vel mala adueniant, & alios esse post mortem infelices, quibus felicitas prouenire non possit, quantacunque permutatio fiat in pronepotibus, vel amicis uiuentibus. Huic respondendum est, Arist. hæc nō posuisse, ac si per hæc intelligat aliqd felicitatem, aut infelicitatem esse post mortem, sed intendit de felicitate, quæ in vita est, quod per ea, quæ pronepotes, aut amici alicuius faciunt, vel suscipiunt, nō efficitur ipse felix, vel infelix, sed nō tollit eius præterita felicitas, vel infelicitas. Ob hoc autem introducit ea quæstio, quam Arist. mouet Ethicorum libro primo cap. Pronepotum autem fortunæ. Posuerat enim conditiones felicitum in vita, & felices uiuentes diffiniuit: cuiquam tamen fortassis dubium videretur, an sicut nemo felix dici potest, quādiu uiuit nisi in bono finierit, an sic post mortem dicendum foret: & an fortunæ, vel infortunia amicorum, vel pronepotum felicitatem tollerent eis, qui felices mortui sunt, & an eis, qui felices non sunt, felicitatem apponerent. Respondet ergo, quid prohibet dicere: felices secundum virtutem perfectam operantem, & exterioribus bonis sufficienter ditatum non contingenti tempore, sed perfecta vita, vel apponendum, & victurus sit, & finiturus secundum rationem, quia futurum immanifestum nobis. Felicitatem autem finē ponimus, & perfectum omnino. Si autem ita est, beatos dicemus uiuentium, quibus existunt, & existent, quæ dicta sunt. Beatos autem ut homines. Cōstat ergo ex immediatè dictis, eos solos beatos ponere, qui uiuentes sunt. Si autem aliqui beati, vel miseri post mortem sint, nihil tangit. Ex superioribus concessum est, quod secundum numerum cōcessa animarum immortalitate, necessarium est eas post mortem delectari, vel tritari. Sed adhuc non constat sū numerum an concessa animarum immortalitate, post mortem dolores, aut amaritudines quascunque inflicitas pro peccatis animæ tolerant, an pro bonis actibus delectentur.

*Ex verbis Arist. ostenditur animas post mortem, vel dolere vel tritari. Cap. LVII.*

**A**ccedentibus autem nobis ad intentionem Arist. dicendum est, quod etsi Arist. ex præpositis incētiuis de statu animarum post mortem explicite nihil locutus fuerit: ex verbis tamen suis, in vna velut formam redactis, necessariò inferitur animas peccatrices post mortem peccatorum suorum penas tolerare. Bonorum autem virorum animas

A magna gaudia experiri, hoc quoque secundum naturam esse necesse est. Inducendi autem modus talis sit: animæ post corporum solutionem si in mortales manent, necessarium est, ut semper intelligant, cum intellectus non sit potentia fatigabilis, cum est separatus à corpore. Nunquam ergo fatigabitur: non habens coherentiam ad conditiones organorum. Si ergo aliquod bonum sibi intelligunt, necessarium est, ut delectentur. Si autem intelligunt aliquod malum, necessarium est, ut tristentur, sed necessarium est, ut mali post mortem intelligant semper malum, & boni necessarium est, ut bonum semper sibi intelligant: ergo impossibile est, quin malorum animæ post mortem non tristentur, & doleant valde. Bonorum autem animæ semper lætentur. Hoc autem ex nulla alia causa malis euenit, nisi pro peccatis: imò ipsa peccata inferunt eis istas penas, quas ferre compelluntur, qui mali sunt. Quod patet, nam in uiuentibus sic est, quod cum aliquis est cum alio, delectatur & tristatur secundum ea, quæ in alio reperit, & collocatur. Cum autem solitarius est, necessarium est, ut delectetur, & tristetur secundum ea, quæ intra ipsam sunt. Ideo si iste, qui solitarius est, bonus est, semper actibus bonis infestens, delectabitur intra seipsum, quia veniunt sibi in mentem actus boni, quos fecit, de quibus non modicum delectatur. Aduertit quoque præsentis actus bonos: sperat etiam similiter se in futurum meliora alia operaturum: ex quibus gaudiis immensis replet, magis ista recogitans, quā quando cum aliis est. Quo fit, ut qui valde boni sunt, magis velint solitari interdum esse quā cum aliis. Et hoc vocatur conuiuere sibi ipsis, de hoc Arist. Ethic. libro nono ait: Etenim conuiuere sibi ipsi talis vult delectabiliter ipsam facit. Operaturum enim delectabiles, & theoretatis mente abundant, condoleatque, & condelectatur maximè sibi ipsi. Impenitibilis enim ut est dicere. Si autem aliqui mali sunt, quando solitari sunt affliguntur: quoniam veniunt eis in cogitationem mala, quæ fecerunt, & ea, quæ quotidie facinora patrant: sperant, quoque se semper deteriora patraturos. Ex his autem nimis affliguntur, & seipos odio habent, atque fugiunt, inquirentes alios cum quibus communicet, ne sic magnis angustiis crucientur. Cum verò nequeunt profusus has declinare cogitationes, seipos nimis exosos habentes, atque ferre non potentes, occidunt. De his Arist. Ethic. lib. 9. ait: quibus autem multa opera sunt, & dura, & propter malitiam odiuntur, fugiunt viuere, & interimunt. Seipos autem fugiunt. Recordantur. n. multorum, & difficilia, & talia altera sperant secundum seipos entes: cum alteris autem entes obliuiscuntur, nihilque amicabile habentes, nihil amicabile pariuntur. Pœnitudine enim replentur, prauis verò utique videtur prauus, nec ad seipsum amicabiliter disponi propter nihil habere amabile.

*Quadam attinentia ad superiora. Cap. LVIII.*

**S**icut in uiuentibus de conuictu, & gaudiis, atque tristitia dictum est, ita & in animabus à corpore carere solutis dicendum est, in vtriusque enim, atque amplius ibi esse necesse est. Nam animabus ad seipos conuiuere abundantius est, quā uiuentibus: quoniam uiuentes adinuicem colloquuntur, & quibusdam corporalibus communicationibus conuiuunt: condelectantur quoque, & contristantur de his, quæ sunt in alterutro. In animabus autem post mortem: quoniam sū phylosophorum positionem, quā nunc discutendam suscepimus, corpora non manebunt, necessarium est, ut sibi ipsis magis conuiuunt, & conuertentes se in seipos.

Et

Et tunc necessarium est, vt animæ bonorum in se conuerſe cernant bona, quæ fecerunt, quæ in eis maner, & de his intente valde delectentur. Rursus autē non reperiunt in se malum aliquod, quod earum delectationem interpellet, atque impendiat. Oportet ergo, vt delectatio illa sincera, atque permanens sit. Cum ergo huiusmodi animæ in æternum maneat intelligentes, ab actuali intellectu nunquā cessantes, nec fatigatæ, & bonum suum, quod est eas fecisse bonum dum viuēbant, semper eis maneat, necessarium est, vt in æternum sine aliqua intermissione delectentur, cū nullis eis tristabilis actus intercidere possit, de quo do-

Acritus dolent dānati dum recordantur de præteritis.

leant. In animabus autem virorum prauorum post mortem è contrario fieri necesse est, ipse quippe in æternum sicut animæ bonorū intelligentes manent: & quoniam sibiipsis conuiuunt, necessarium est, vt de eo, quod in ipsis est delectentur, vel tristentur. Et quia prauorum animæ post mortem nullum bonum inuenire queunt, in quo delectentur: sed sola mala, & facinora, quæ dum viuērent patrauerunt, necessarium est, vt ista recogitantes multum tristentur. Et adhuc autem amplius intensiusque dolebunt, quā mali homines de seipsis in vita, quando eis in mentē veniunt quæcunque scelera perpetrata. Homines namque in vita quædam desideria passionalia habent, secundum quæ feruntur in malum quoddam apparens delectabile, & in facinora. Ratio autem, & intellectus in eis sunt, quæ ad optimum deprecatur iuxta Arist. primo, & nono Ethic. Si igitur iste habentes partem sensitivam repugnantem parti rationali, ita acriter de patris sceleribus interdum dolent, quanto ferocius dolebunt animæ post mortem, in quibus non est aliqua pars affectiva, sed solum intellectus, & voluntas. Nam tunc nihil est, quod impediatur intellectum, & voluntatem à dolore malorum patrauerunt, & odio quodā, necesse est, vt tunc ratio nostra, pro patris malis in æternum doleat. Viuentes tamen cū multa, & nepharia valde fecerunt, eorumque sibi conscij sunt, cū eorum recordantur, interdum occidunt seipſos non potentes se tolerare. Quis ergo, aut quantus erit ille dolor, & amari cordis angustia, quā necessario patitur animæ illæ miserabiles, quæ hinc magnis cum sceleribus deceſſerunt. Necesse est enim hunc dolorem maiorem esse, quā sit mors, & cū ista angustia sit eis continua, & vsq; in æternum, quia non est in potestate earum nō intelligere, aut recordari, hoc necessarium est, vt in animabus miseris peccatricibus post mortem maior semper maneat dolor quā sit mors: vnde vel lent ipse miserabiles animæ mori si possibile esset, ne tam diuturnis afficerentur malis.

Necessarium est animas decedentes in peccatis desiderare mori. Cap. LIX.

QVOD autem secundum naturam sit necessarium animas decedentes in peccatis desiderare mori, si possibile eis foret, apparet, quia secundum numerum bonum appetimus, & magis bonum magis appetimus: sed minus malum est, magis bonum in comparatione ad maius malum. Propositis ergo duobus malis inæqualibus, necessarium est, si numerum, vt illud, quod nobis minus malum est, appetamus, sed maius malum esse probatum est dolere, quem in quotidiana perpetuaque patrauerunt malorū memoria aia peccatrices post mortem sustinent, quæ cū que mors: necessarium est ergo, q magis vellent mori, vt vivere in illo acerrimo diutinoque dolore. Quod si dicat aias decedentes hinc cū sceleribus posse post mortē euitare cogitationes, atq; memoriam scelerū, vt non tristēt de eisdem, stare non potest: nam tan-

ta libertas est aia nostræ in vita, quanta post mortem est: sed in vita illi, qui sceleratissimi sunt, quando solī sunt non possunt euitare memoriam scelerum suorum: ideo fugientes tristitia, quæ sunt in cōicando sibiipsis, fugiunt seipſos, quarentes alios, cū quibus cōicent: etsi nequeant semper alios habere, cum quibus communicent, nec suorum possunt memoriam facinorū deuitare, interdum occidunt seipſos. Sic ergo inerit animabus post mortem, quod nequibūt, præteritorum malorum memoriā deuitare. Nec inest eis remedium, quā in viuētibz est. Si n. ad alios cōicatio nobis sit, aliquo mō tollimus, aut lenimus dolores, & angustias in fitas nobis: aīabus autem in alterutrum cōicatio nulla est, sed sibiipsis vacat: ideo necessarium est, vt semper illis afficiantur angustias. Quo fit, vt illæ miserabiles, nec tñ miseradæ aīæ, quæ hinc magnis cum sceleribus deceſſerunt, in æternum patrauerunt scelerum affigantur dolore, non potentes illam acerrimam memoriam deuitare. Hæc autem est altissima speculantiū phylosophorum sententia, scilicet ipsa met bona nullo alio addito sibiipsis premia sunt, & ipsa scelera sui ipsorum penæ sint. Cū ipsa bonorum gestorum memoria nobis delectationem, qua in æternum gaudere necesse sit, tribuat: & ipsa perpetrata scelera angustias atrocissimas nobis infligant, quas pati necesse sit in æternum. Hæc autem naturaliter purè dicta sunt, nullo fidei fundamento suscepto: quā nūc vt principia naturæ non vt fidei fundamenta sestantes, eloquimur, & si nihil fidei catholicæ obuiemus: multa quoque ex eadem radice similia dici possent, de quibus sufficiant, quæ dicta sunt. Ex eis quidem, q natura sola, pene, & gaudia animabus corpore solutis manent, constat.

Quod furia infernales animi commotiones in damnatis sint. Cap. LX.

HOC autē in se experientes doctissimi inter poetas, in penis inferni tres furias locauerunt vtrices scelerum. Sunt autem furia animi commotiones & memoriæ scelerū, aut verius ipse cogitationes, quas tres furias posuerunt, secundum q scelerati viri tres motus afflictiuos, nullo exteriori apposito malo, in aia patiuntur. scilicet præteritorum malorum memoriam, presentium cogitationem, & futurorum malorum ipse: de quibus Aristot. Ethic. libro 9. sicut prælibatum est. Hæc quoque in se quilibet vir doctus experitur. Poetæ autem ista considerantes tres furias posuerunt: quod veraciter sic est, quoniam & scelerati viri istas tres furias viuentes patiuntur, in inferno autem in omnibus sunt. Harum tamen futiarum causam phylosophi, & poetæ ignorabant: sed hæc à Deo venit: nam indidit nobis Deus vim quandam aīæ, quā conscientia, aut sinderesim appellam, si quam necessarium est de malis tristari, & malorum præteritorū habere memoriam, & per has memorias sibiipsis mali displiceant, vt sic nulla, nec in presentibus bonis, quibus mali frui intendunt, eis perfecta contingat delectatio. Sic enim ait August. Iussisti Domine, & sic est, vt pena sit sibi omnis inordinatus aīus. Hæc autem, quæ naturaliter dicta sunt, fidei catholicæ multum consonant, cū fides catholica solidissima veritas sit. Vero autem oīa consonant existentia iuxta Arist. Ethic. libro primo, vnde hæc oīa, quæ nunc dicta sunt à fide catholica asseruntur, sed & plura alia apponuntur, quæ ex fide reuelata sunt. Hæc tamen, quæ naturaliter dicta sunt, si q decedentes in sceleribus necesse est, ipsorum malorū memoriam, & ipsorum assidua cogitatione torqueri, & hanc esse eis æternam atrocissimam, atq; indefinentem penam: sicut in studioſis actibus finientes vi-

Bona ipsa nullo alio addito sibi ipsis premia sunt.

Conscientia vis aīæ quædam.

ram, oportet ipsorum bonorum delectatione in æternum teneri, nec vlla tristitia hæc iterpollari bona, hæc dico penam, q naturaliter loquentes posuimus sacras scriptura vermem, & scientie corrosione vocat. Nā sicut vermis corrodendo perforat, & destruit ita ista scrupolositas in æternum affligendo perdurat. De hoc Isa. cap. vltimo. cū de statu miserorum in gehennali mancipatorum incendio agatur, dicitur. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Vermem autem corrodentem conscientiam appellauit. Vocatur quoque ista pena, quæ naturaliter inducitur, penitentia apud inferos: si q scelerati malorum suorum memores anxiantur, de hoc habetur Sapient. ca. 4 & 5. vbi de dolore, quem pro sceleribus suis mali concipiunt plenè agitur, cū dicitur: Venient in cogitationem peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex aduerso iniquitates eorum, tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui le angustia uerunt, & qui abstulerunt labores illorum: videtes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatio ne in sperata salutis gementes, & præ angustia spiritus dicentes: hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ: lumen non illuxit nobis, & sol intelligentiæ non ortus est nobis: lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, vias difficiles ambulauimus. Viam autem Domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid nobis contulit? Transferunt enim omnia illa tanquā vmbra, & tanquam nuncius præcurrrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cū præterierit non est vestigium inuenire, nec semitam carniæ illius in fluctibus: aut tanquam auis, quæ trāsuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itine ris illius: sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerem, motis alis tranſuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius: aut tanquam sagitta emissa in locum destinarum, diutius aer continuo in se reclusus est, vt igno retur transitus illius. Sic & nos nati continuo desinimus esse, & virtutis quidem nullū signum ostendere valuim: in malignitate nostra sumpti sumus. Talia dixerunt in inferno, qui peccauerunt: quā impij spes tanquam lanugo, quæ à vento tollitur, & tanquam spu magis acilis, quæ à procella dispergitur, & tanquā memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

Quedam attinentia ad superiora. Cap. LXI.

SIC ergo post mortem animabus sceleratorum virorum manere supplicia: animabus autem bonorum gaudia sine fine relinquere ex solis fundamentis naturæ ex prælibatis inductum sit. Et si ex superioribus super animarū immortalitate fundati, earum gaudia, & punitiones post mortē induximus: quidam tñ aīarum concedentes immortalitatem, quādā asserunt per corpora aīarum demigratione, oēm penitentiam excludunt, in quibus Pythagoras auctor est. In quo vnā conclusionem posuerimus horum insaniam repugnantem. scilicet aīarum demigratio continua per corpora, iuxta Pythagoreorum positionem, non potest stare: nec aīarum post mortem tollit punitionem. Hæc autem vt euentus comprobentur, attendendum est, q Pythagoras inter antiquos magni satis Phylosophus, animæ immortalitatem posuit: penarum tñ inflictionem excludit, dixit nāque aīabus post mortem nulla remanere supplicia, aut gaudiorum fructum, sed eas conti-

Memoria scelerū in inferno penitentia ē.

nua demigratione per corpora labi dixit, scilicet cū hominem mori cōtinger: aīa eius egrediens mox alterius hoīs corpus intrabat. Eueniebat tamen, vt interdum aīæ de humanis corporibus egredientes: in alia humana corpora introirent: interdum autem in volatilibz, aqua tilium, & gressibilibz sicut eis fors obtulisset. Propter hoc at Pythagoras frugalitati vitæ nimis studuit, alios ad eam amandam, ac inſectandam admonēs. Carniū verò cibos valde deuitandos admonuit. De hoc Seneca Episto. lib. 20. Epist. 108. Hanc quoque Pythagoricā positionem recitat Ouid. Metamor. 15. dicens.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora, sunt fruges sunt dedecentia ramos Pondere poma suo, tumidæ in vitibus vna.

Addit quoq; Pythagoras aīam insaniam, scilicet aīam suam in prioribus sculis in aliis fuisse viris. scilicet q aīa illa fuerit in Euforbo milite Troiano. Sic quoque eum fuisse mortuum in bello Troiano, deinde autem quibuidam factis transmutationibus ad eum peruenerit. Hanc positionem recitat Ouidius Metamorph. 15. dicens primo non esse timendas penas inferorum post mortem, quā nullæ sunt: sed ista sunt figmenta poetarum incutientium hominibus timorem, cū ait.

O genus atonitum gelidæ formidine mortis, Quid stygia, quid vmbra, quid numina vana timentis? Materiem vatum, & falsi pericula mundi, Morde carent animæ semperque priora relicta Sede nouis habitant domibus, manentque receptæ, Ipse ego nam memini Troiani tempore belli, Phanthoïdes Euforbus erant, cui pectore quondam, Hæsit in aduerso hasta minoris Arida.

Primus auctor Pythagoras migrationis animarum. Cap. LXII.

NEC huius positionis auctor Pythagoras in hac re solitarius exiit. Alios. n. huius dementiæ habuit lectatores, hæc quippe de transitu aīarum positionem Ennius Latinorum poetarū ferè primus tenuit, vt de aīa Homeri solentissimi poetæ Græcorum iactant di aliquatenus daretur facultas. Fuit siquidem Homerus excellentissimus Græcorum poetarum. Ennius autem, qui in Latinis primo in urbem Romanam tempore Scipionis Africani ductus est, fuit de prioribz Latinorum poetis. Vt autem ea, quæ diceret abundantiori soliditate, atque auctoritate teneretur, animam Homeri, atq; Pythagoræ se habuisse perhibuit, quorum alter inter poetas, Alius verò inter Phylosophos sui temporis, præcipuè in Phylosophis Italiæ claruit, Phylosophorum siquidem Italorum Pythagoras origo exiit: vt ait Augu. de Ciuitate Dei. Addidit quoque Pythagoras, istam animā prius fuisse in Euforbo. Sed secundum enarrationem Persei nō ponitur gradus animæ in Euforbo, sed q fuerit ista anima in Euforbo, & post eum nullo interposito primo loco, dicitur fuisse in Homero, qui Meonides dicitur, secundum loco in quodam Cigno, tercio loco in Pythagora phylosopho Samio, quarto loco in quodam pauone 5. loco in Ennio poeta dormiente in Parnasus montibus apud fontem Pegaseum inter musas. Saryricus autem Perseus veritatem rerū acutius speculatus eius positionem improbavit, irridens eam satyrarum modo, vt patet in sexta satyria sua, quæ incipit: Admouit iam. cū ait:

Cor iubet hoc Ennij postquam deseruit, esse Meonides quibus pauone ex Pythagoro.

Horum

Horum autem Persianorum versuum sensus est, quod Ennius factus est Meonides quintus, id est, excitatus fuit a somno, in quo aduenit ei anima Homeri, & fuit factus Meonides, id est, Homerus: Dicitur fuisse Meonides quintus, id est, quintus Homerus: quia fuit quintus ab Homero, recipiendo illam animam, sicut post Euripidum, in quo animam illam Pythagoras fuisse assererat, fuerit in Homero: in quo tempore, an fuerit facta aliqua successio aliorum, non enarratur: sed dici oportet: deinde secundo loco fuit in quodam Cigno, tertio autem loco fuit in Pythagora Philosopho Samio, quarto loco in quodam pavone, quinto loco in Ennio poeta. Vnde Meonides quintus, igitur ab Homero, qui Meonides dicitur, fuit, suscipiendo animam eius quinto loco. Dicitur etiam pavone ex Pythagoreo, quia Ennius animam Homericam, quam suscipisse testatur, ex pavone quodam immediate suscipit, ut patet ex superiori enunciatione. Dicitur autem pavone Pythagoreus, quoniam post Pythagoram mox in pavone animam illius transmigravit, a quo in Ennium derivata est.

Quod opinio Pythagore de migratione anima de corpore in corpus sit falsa. Cap. LXIII.

NUNC autem enarrate positioni ex parte infistentem, dicendum hanc Pythagoreorum sententiam tollentem animarum gaudia, & dolores, de migratione quadam facta per corpora, insaniam potius quam physicam fore positionem: nam animae a corporibus separatae aliis corporibus vniri non possunt, nisi illis, quae reliquerunt, ut catholici concedunt, & satis hoc induci poterit. Non quidem, quod necessarium sit animas corporibus reuniri, sed quod non est aliquod inconueniens, nec militat contra naturalia fundamenta animas corporibus reuniri, quamquam philosophi reunendas negant: quia ut dictum est, nullam tantae virtutis potentiam esse existimant, quae sufficit hoc inducere: animas tamen post mortem aliis corporibus vniri quam eis, in quibus fuerunt, tam catholici, quam physici negant. Hoc autem satis naturaliter induci poterit: primo autem probatur animam, quae in corpore vnus hominis fuerit, non posse informare alterius hominis corpus, qui nouiter gigni debeat, vel quo modocunque se habeat. Et, ut hoc fortius inductum sit, concedamus quadam, quae naturales nullo modo concederent propter esse valde difficilia, scilicet Deus possit animam vnus hominis ponere in corpore alteri. Nam licet Deus possit animam, quae in vno humano corpore fuerit in alio ponere: hoc quidem concederetur diffinitiuè, scilicet intra corpus illud sit, & non extra. Nam sic de intelligentiis dicitur, & naturales hoc dicunt diffinire intelligentias sibi locum: tamen non erit in corpore illo vnita formaliter, ad hoc quod det esse illi corpori. Multum namque differt intelligentiam, aut spiritum aliquem esse in aliquo corpore diffinitiuè, vel formaliter: nam de angelis procedimus, quod possint esse in corporibus humanis, vel bestiarum: eos tamen ibi formaliter esse impossibile est. Quod patet: nam quoniam angelus substantia simplex sit velut anima humana, coniunctus tamen in se totam naturam speciei: ideo non potest alicui rei formaliter vniri, ut det illi esse: nam dare esse formaliter alicui rei est dare esse per intrinsecum. Hoc autem non pertinet ad id, quod est totaliter ens in actu, quemadmodum angelus. Nam entia, quae sunt totaliter in actu, possunt deriuare actionem, quae consequitur totalem perfectionem rei: non tamen possunt deriuare esse, quia hoc soli formae competit, quae non est perfectio esse continens, sed est perfectio aliterius. Vnde id, quod alteri esse datur in Aristotele de Anima, actus illius est, sed non est ens in actu, quod autem in actu est,

Formaliter esse in corpore, & diffinitiuè esse in corpore differunt.

alteram rem actuare nequit. Quoniam cum aliqua res actuatur suscipiens esse formaliter, actus, & quod actuatur faciunt vnum ens simpliciter. Non enim manet subsistens aliquid horum duorum compositionem, sed tertium, quod resultat: hoc autem modo in omnibus compositionibus accipitur tertia species, scilicet anima, & corpus se habent in compositione, ut actus, & actuum: compositione tamen facta non est anima ens illud quod est, nec corpus est ens, quod subsistit, sed homo.

Quod aliquod actu existens alteri non possit dare esse formaliter. Cap. LXIII.

SOLIDA autem sententia est, quod ea, quae in actu sunt, actuare nihil queunt dando esse in compositione. Nam si id, quod est ens in actu daret esse formaliter alteri, necesse erat, ut ex compositione non resultaret vnus ens, sed duo entia: quia illud quod erat ante ens in actu, maneret vnum ens actu subsistens conuertibile contra alia entia. Et cum per illam compositionem alteri ens causeretur, esset illud alterum ens distinctum ab eute perfectio, quod subsistebat ante compositionem. Essent igitur per compositionem duo entia: sed hoc non potest stare, quia ipsum quod actuabile erat, & per se subsistere non potens, poneretur tanquam vnum subsistens per se. Si autem fortassis aliter hoc statuamus, scilicet ut id, quod erat ens in actu per se, & actuabat, & id quod actuabatur, constituerent vnum ens in actu simpliciter & perfectum, sicut anima, & corpus constituent hominem, necessarium tunc erat, ut id, quod erat ens in actu, efficiatur non ens in actu perfecto, ut non subsistat per se, sed ipsum cum eo, quod actuat, constituent vnum tertium ens in actu, & simpliciter. Et sic iam quoniam actuaret non esset ens in actu per se existens, sed solum esset actus, & perfectio alterius tanquam pars, vel perfectio eius quod sit.

Ens in actu haud actuare potest.

Ideo constat non posse ens in actu alterum actuare, sed id quod non est ens in actu, & est actus, dare autem alicui esse formaliter, est informare illud: ideo non potest ens in actu dare alteri esse formaliter: angelus autem est ens in actu, & continens in se totam rationem speciei. Est ergo impossibile, quod alicui corpori humano, vel alicuius pecoris esse det, quamquam intrinsecum sit. Apparet autem adhuc amplius manifestissimis naturae exemplis: nam anima adueniens corpori nondum animato datur illi esse simpliciter, & facit esse hominem: tamen si homo viuens vniri sibi corpus non viuens, non dabit esse illi corpori, ut sit ens viuens, quia homo ens in actu est, & non actus. Anima autem est actus, & non ens in actu, & est tanquam perfectio, & pars alicuius: homo autem est tantum totum & nullius perfectio. Nam si homo esse dare posse, quoniam embryo est in alio materno, & disponibilis ad aëre susceptionem, mater, quae est ens in actu, daret esse illi embryoni facere illud esse ens perfectum, sicut postea est anima adueniente, sed non habet completum esse embryo, donec anima adueniat, quae non est ens actu, sed actus & perfectio & pars: ideo satis apparet, quod entia in actu non possunt dare esse formaliter alicui, sed solum ens imperfectum, quod tamen est actus vel perfectio. De angelo tamen satis patet, quod potest esse in corpore aliquo tanquam motor illius: nam & demones, & angelos saepe scimus mouere aliqua corpora. De anima autem humana conformiter dicendum est, quod potest poni per virtutem diuinam in quolibet corpore, ut ibi sit diffinitiuè, & forte ut moueat si tantae potentiae est, ut mouere corpus ipsum sufficiat. Hoc modo anima humana in lapide, & ligno, aqua, & ferro atque corporibus bestiarum esse potest. Nec in hoc aliquid inconueniens est. Sic dicunt catholici animas alligatas esse igni infernali. Et Gregorius quadam animam in gelu inuenit peccatorum suorum cruciatus tollerantem. Philosophi quoque

quoque asserunt intelligentias celestibus orbibus alligatas esse, quod est in aliquo loco diffinitiuè, & non formaliter esse. id est, dando esse formaliter: omnes tamen catholici, & Physici negant animam humanam posse vniri lapidi dando esse humanum, manentibus qualitatibus lapidis. Iduritie, & frigiditate, dato quod perderetur substantialis forma lapidis. Nam durities lapidis, & frigiditas, & carentia distinctionis organorum repugnant armoniae, quae anima requirit, ut vniantur alicui ad dandum esse, ideo impossibile est, quod illi vniantur ad dandum esse.

Quod anima humana non potest vniri alteri corpori humano, nisi suo. Cap. LXV.

NUNC autem magis accedentes (licet per quasdam longas probationes, quoniam sic natura rei exigit) ad id, quod intendebamus, dicendum est, quod sicut impossibile est animam humanam vniri alicui corpori non humano, quia in eo non potest reperire armoniam, quam ipsa requirit: quia impossibile erit vniam animam humanam alteri corpori humano vniri si in eo non reperit dispositiones armoniae suae: sed in nullo corpore potest animae dispositiones armonicas, quas requirit reperire, nisi in corpore illo, cuius est. Impossibile est ergo quod anima exiens de vno corpore humano, in alterum aliquod ad informandum introeat. Quod vero dispositiones armonicae, quas anima requirit, esse non possunt nisi in illo corpore, in quo primo vniri patet, quia illa armonia, qua anima corpori vnibilis est, nona reperitur nisi in illo corpore, cui vnita fuerat. Quod inducit, quia anima recipit esse vniam distinctam numero contra omnes alias animas ex vnibilitate, quam habet ad materiam signatam, cum non recipiat esse vniam numero a specie sua, quia tunc differrent animae humanae in specie, sed sunt omnes in eadem specie: ergo non accipiunt indiuiduationem ex natura speciei, sed ex vnibilitate ad materiam signatam, quae est alicui extrinsecum. Et quia signatio materiae, quae est in vna materia non sit in alia, cum duae partes materiae sint inter se distinctae: & qualibet partes materiae ad inuicem differunt, ex quibus sunt corpora humana, & alia composita, necessarium est, ut altera vnibilitas sit ad vniam partem materiae, & alia ad alteram. Necessarium est ergo, ut ea, quae per istas vnibilitates esse suscipiunt, diuersa sint. Non poterit ergo vna anima habere vnibilitatem ad plures partes materiae, quia tunc sequeretur, quod vna anima esset plures animae: nam si anima suscipit esse vniam in se per vnibilitatem ad hanc signatam materiam, oportet ut si alteri materiae vnibilis fuerit, altera anima sit: & si multis partibus materiae vnibilis sit, necessarium est, ut eadem anima plures animae sit. Dara autem vnica vnibilitate in qualibet anima, etiam si ponatur in alio corpore, quam in eo, cuius erat, non poterit vniri illi: nam nihil vniri potest alicui nisi quod ei vnibile est, anima autem solum est vnibilis illi corpori, in quo erat formaliter ad dandum esse: ergo in quocunque alio ponatur, est impossibile, quod anima illi formaliter vnita sit ad dandum esse, ergo illa anima, quae in vno corpore fuit, non potest transire in alterum corpus, ut in illo sit, & esse tribuat.

Ratio ex accidentibus confirmans precedentem conclusionem. Cap. LXVI.

HVIUS autem satis poterimus exemplari uti positione in accidentibus: nam formae accidentales inter se distinguuntur. Et accipiunt esse vniam per subiecta, nam ideo ista albedo, & illa sunt duae albedines, quia sunt in duobus subiectis. Si autem essent in eodem subiecto, esset eadem albedo. Sicut ergo albedo vnus subiecto

alterius subiecti albedo esse nequit: quia pereunte substantia illa, cuius est albedo ipsa albedo deficeret: ita cum anima qualibet recipiat, quod sit ista anima per vnibilitatem ad illud corpus: si reciperet, quod esset in altero corpore, iam defineret esse ista anima, quae erat, & sic non esset iam illa anima, quae fuerat, sed inciperet esse alia anima per aliam vnibilitatem, quae est causa identitatis, vel diuersitatis: aut si dicerem, quod ista anima est eadem, quae habet vnibilitatem ad alterum corpus, cum per nouam vnibilitatem in corpore esse anima noua, esset vna anima due aëre; quod includit contradictionem, sicut quod albedo, quae est in vno subiecto sit albedo, quae est in altero subiecto, aut vna albedo esset duae albedines. Siquis fortassis praedictis respondeat, non esse simile de indiuiduatione animarum, & indiuiduatione accidentium: quia accidentia transigrare nequeunt, ut quae in altero subiecto fuerint ad alterum transcant, quia corrumpentur, in animabus autem non sequeretur corruptio ad separationem. Respondendum est, quod quantum accidentia vnus rei indiuiduata transire possint, & poni in aliqua alia re, non informant tamen illam, ut albedo existens in papyro, si tolleretur, & poneretur in lapide, non informat lapidem, nec esset albedo lapidis, quia deficeret in lapide ratio subiectualitatis. Quod accidentia illa essent a lapide, & emanarent ab eo. Sicut patet de accidentibus hostiae, quae ablata penitus substantia panis, in aere remanent: aerem tamen non informant, cum non dicamus aerem esse album albedine hostiae, nec quantum quantitate hostiae, nec circularitatem hostiae. Sic enim de anima nostra rationali est: quantum ipsa a nobis ablata, in aliquo alio corpore poneretur: tamen illud non informaret, sed esset ibi, sicut demones sunt in ventre quorundam hominum, quos arpeuticos appellamus, & eorum, qui habent pythones, sicut de quadam puella legitur Actu. 16. capitulo de cuius ventre Paulus demonem pythoneum exclusit: demones tamen non informant: sic anima posita in alio corpore non informaret, nec vegetaret: quia deficit ratio vnibilitatis ad illud corpus, cum non sit ista materia signata, in qua & in qua suscipit ista anima, quod esset vna anima humana. Et si hoc modo vna anima poneretur in corpore illo, cuius non fuerat a principio anima: quoniam ibi staret, non esset illud corpus viuens, sed putreficeret sicut cadauera, existente tamen interius anima rationali: quoniam nihil magis differt illam animam esse interius, quam nihil esse intra, cum non sit illius corporis anima. Evidenter ergo contra insanam Pythagoreorum doctrinam conclusum est, vniam animam non posse transire per diuersa corpora ad illa informandum.

Si anima Sortis aliud corpus, quam suum informaret, Sortes qui fuit, amplius non posset esse, nec corpus quod informaretur, diceretur eius, qui fuit. Cap. LXVII.

EX his autem, quae contra ineptam Pythagoricam positionem arguendo conclusimus, sequitur, quod si possibile esset in resurrectione corpora hominum informando animas transmigrare, tot essent homines, quot ante fuerant, sed de prioribus nullus staret. Demonstratum enim in superioribus est: animam vnus corporis non posse in alterum corpus migrare ad illud informandum. Si tamen daretur, quod Deus posset vniam animam alteri corpori, cuius non erat, inducere, & eam illi formaliter vnire, vtpote, quod animam Platonis mortui induceret in corpus Socratis, & animam Socratis induceret in corpus Platonis, sequeretur, quod non essent iam illi homines, qui ante fuerant. Huius autem ratio est, quia in oppositis essentia accipitur a materia, & forma, cum vtraque dicat pars essentialis rei. Cum ergo essentia rei consistat

Ex vnibilitate quam habet anima ad materiam a numero distinguit ab alijs.



fiat in indiuisibili, si anima Socratis inducatur alicui corpori, quod non sit corpus Socratis, sed Platonis. Cui anima non contineat totam essentiam rei, sed materia & forma, ille qui resultabit ex anima Socratis, & corpore Platonis, non erit Socrates, quia tunc daretur, quod totus Socrates constaret ex anima Socratis, & corpore Platonis, non esset pars essentiae suae, quae sunt inconuenientia: ergo iste homo non erit Socrates. Etiam iste homo non erit Plato, quia iste solus continet corpus Platonis. Corpus autem quia est pars materialis, non continet totam essentiam rei, ideo ubi fuerit solus corpus Platonis, non erit Plato. Eodem modo de illo homine, qui est resultans ex anima Socratis, & corpore Platonis, est contrarium quod in primo dicendum est: nam ibi solum est anima Platonis, ergo non est Plato, quia anima sola Platonis non continet totam essentiam Platonis. Ibi quoque corpus Socratis solum est, non est ergo Socrates: quoniam corpus Socratis non continet totam essentiam Socratis. Et sic antea ex his duobus corporibus, & duabus animabus resultabant Socrates, & Plato: nunc autem facta homini commutatione erunt duo homines, sed non erunt Socrates & Plato. Sic namque esset cum anima beati Petri nunc sit in vita aeterna, & anima beati Pauli similiter, & post resurrectionem coniuncta anima beati Petri corpori eius erit beatus Petrus: & ante resurrectionem non erat his duobus distinctus. Eodem modo redibit in resurrectione beatus Paulus, ut sit beatus Paulus, cum nunc non sit beatus Paulus. Si tamen in resurrectione generali Deus poneret animam, quae fuit beati Petri in corpore, quod fuit beati Pauli, & animam beati Pauli in corpore, quod fuit beati Petri. A postoli, fieret per resultationem duo homines, qui non essent beatus Petrus, nec beatus Paulus: sed quidam alij duo homines, qui nunquam ante fuerunt, & impossibile esset, quod existerent beatus Petrus, & beatus Paulus, nec erat possibile eos aliquatenus resurgere. Et sic si in generali resurrectione omnes animae permutarentur, ita quod nulla anima induceretur corpori, in quo ante informans fuerat: supposito ergo quod istae animae possint in alijs corporibus informare possent, sequeretur, quod nullus homo de his, qui ante fuerat resurgeret, quia nulli confisterent suae partes essentialis. anima, & corpus. Essent tamen tot homines, quot ante erant, quia tot animae, & tot corpora essent in resurrectione illa, quot ante fuerant, & tot uniones animarum & corporum, quot ante fuissent: isti tamen homines non essent nouiter geniti tanquam aliquid essentialis eorum tunc nouiter esse coepisset.

Quaedam impossibilia penes superiora. Cap. LXVIII.

**C**ABETERVM autem in praesumpta positione Pythagorica, quam Ouidius 15. Metamorph. recitat, continebatur se fuisse Euphorbum militem in bello Troiano: quod etiam animam continua demigratione per corpora transcant, & quod cum quis comedat carnes pecorum, continget interdum, quod comedat carnes patris sui, & quod eum occidat: idem autem de carnibus matris, & fratrum ceterorumque propinquorum. Haec. n. vniuersaliter neganda sunt: nulli quippe eorum aliquid rationabile subest: quin potius omnia haec impossibilia sunt rationi, & toti naturali philosophiae repugnantia, atque quibuscumque apparentibus fundamentis. Quod autem in his primum dicebatur difficilius elidit erat. scilicet anima per varia corpora demigrare posset, non enim videbantur sic manifesta inconuenientia, ad hanc positionem, sicut ad ceteras particulas, de quibus infra dicitur. Haec autem in suprapositis improba est: sed adhuc hoc idem patere potest: quoniam anima recipit, quod sit vna per vniuersitatem ad corpus, in quo primum est. Si autem deberet in alterum corpus

**F**ransire, cum illud sit altera materia signata, necesse erit, ut ista anima haberet aliam vniuersitatem, cum variis terminis, vel altero terminorum, relationes necesse est multiplicari, siue variari per ipsum respectum, vel relationem, quae recipit esse ab eis: sed ista anima recipit indiuiduationem, scilicet, quod sit ista anima per hanc vniuersitatem: ergo necesse est, ut recipiat aliam indiuiduationem per aliam vniuersitatem. Sed duae indiuiduationes faciunt duo indiuidua: sicut duae humanitates particulares faciunt duos homines: ergo ista anima erit duae animae, quod includit contradictionem. Anima ergo quae fuit Euphorbi militis in bello Troiano perempti, non fuit anima Pythagorae, nec Homeri, nec Ennij poetae, ideo Perseus poeta Satyricus, qui acutius hanc veritatem contemplatus est, irrisit positionem Ennij, & Pythagorae in hac re in satyra quarta. Amplius autem si vna anima transiret in corpus, quod prius non informauerat, cum habitus speculatiuus, & factiuus, atque practicus sint in intellectu, & habitus virtuosus in voluntate, & intellectus, ac voluntas manent, & isti habitus sibi radicaliter inhererunt: necesse erat, ut cum anima transiret in alterum corpus, isti habitus comitarentur transuentem ad alterum corpus. Quod si quisquam obiecerit, habitus morales non poni in anima rationali, sed in parte affectiua, quantum in praesenti non sit de hoc speculandum, saltem habitus intellectiui practici, & factiui, atque speculatiui manebunt, per quos habens illos intelligeret, & non oporteret, ut quilibet homo ad hoc quod sciret, adisceret: sed aliqui docti nascerentur. Cum enim intellectus sit principium intelligendi, sic intelligit, ut est dispositus, vel habituatus: sed in ista anima manent habitus tam speculatiui, quam practici, ergo secundum eos postea intelligit. Plato autem quanquam non tenuerit Pythagoricam positionem, poterat tamen in hoc respondere secundum suam positionem, quod anima priusquam corpori vniatur, omnia naturalia intelligit, quae ipsam cognoscere possibile est in corpore existentem quantumcumque perficiatur, sed in vniione ad corpus propter imperfectionem materiae obliuiscitur omnium, quae sciuerat: sed postea per doctrinam excitatur illa cognitio, quae ante fuerat, & sic nostra scientia, quae nunc acquiritur, nihil aliud est nisi reminiscencia eorum, quae oblitus sumus secundum Platonem. Haec tangit Boetius de consolatione lib. 3. Metro. 11. cum ait:

*Quisquis profunda mente vestigat verum,  
Cupitq; nullis deus falli.  
In se reuoluat intima lucem visus,  
Lingosq; in orbem cogat inflectens motus  
Animumq; doceat quidquid extra moitur,  
Suis rerum possidere thesauris.  
Dudum, quod atra textit erroris nubes  
Nitebit ipso perspicacius Phaebo.  
Non omne namque mente depulit lumen  
Obliuiosam corpus inuehens molem.  
Haeret profecto semen introsum veri  
Quod excitatur ventitante doctrina.  
Nam cur rogati sponte ressa censetis.  
Hi mersus alto vmeret corde fomes,  
Quod si Platonis musa personat verum.  
Quod quisque dicit, immemor recordatur.*

Huc Platonicae positionis modum ad respondendum videtur secutus Pythagoras dicens, quod anima exiens de corpore vniatur, & intras corpus alterius obliuiscitur sui: ideo nesciebat cuius anima fuerat. Ipse autem dicit se cognouisse, quod anima sua fuerit anima Euphorbi militis Troiani per ieiunia multa, scilicet, quia organa sic disponebat, ut intellectus eis ad actum suum praerindigens purus esset, & intelligere posset quidquid vellet.

Quod

Quod Platonis data responsio sit falsa. Cap. LXIX.

**P**LATONICA autem, aut Pythagorica in hac parte responsio nullis innititur fulcimentis: falsa. n. manifeste est. Nam cum in anima imprimatur habitus practici, & speculatiui, & factiui: & anima transeat in alterum corpus, dato quod propter indispositionem organorum adhuc multum teneretur non possit homo per illos habitus intelligere, sed cum temporis tractu, & ciborum conuenientia deducantur organa ad talem dispositionem, ut intellectus possit eis uti, conuenienter incipiet intelligere perfecte secundum illum habitum, & non indigebit, ut postea doceatur: sed videmus nullum esse hominem, qui ad sciendum non indigeat doctrina, saltem ut declarentur ei termini, qui nullo modo conuenienter, & perfecte ab intellectu apprehendi possunt, nisi prius doceantur quantum cunque intellectus acutissimus sit: quoniam termini ad significandum ad placitum positi sunt. Cognitis autem terminis artis alicuius aliquis intellectus propter magnum lumen suum poterit se deducere in cognitionem perfectam artis illius, vel multorum, quae in illa arte sunt. Sed in hominibus nullum unquam vidimus, aut legitimus, qui non egeat magistro quantum ad aliquid, scilicet quantum ad terminos artis saltem: ergo nullus anima transit in alterum. Patet consequentia, quia cum ille, qui habet habitum scientiae practicae, vel speculatiuae, non solum cognoscit conclusiones, sed etiam terminos artis: imo magis terminos, & principia quam conclusiones, ut ait Arist. 1. Posteriorum. Cum ille, qui istam animam suscepit, incipiat tempore, quo impedimentum organorum ablatum est, intelligere, secundum habitum illum non solum cognoscet conclusiones, sed etiam intelligeret terminos: ergo non indiget magistro ad aliquid, sed per se solum intelligit totum, quod alius inrelligebat, cuius ista anima primum fuit. Hanc opinionem tenuit Ennius poeta, qui ut se Poetarum iactaret egregium, animam Homeri se suscepisse perhibuit, qui fuit excellentissimus inter Graecos Poetas, ut ex hoc pateret etiam scire, quae cunque Homerus cognouisset. Hoc autem amplius manifestatur, quia Plato non dicit in coniunctione animae ad corpus totaliter abradi scientiam, sed impediri mole carnis animam, ne intelligat ea, quae ante intelligebat. Et Pythagoras etiam dicit per ieiunia posse recuperari scientiam, quae fuit prius in eo, qui vinebat per illam animam. Est ergo sic habitus impeditus, & non abolitus. Sicut ergo est in naturalibus, quod cum aliqua res habeat virtutem ad aliquid operandum, & prohibeatur ab aliquo agente: non oportet quod ad hoc ut res illa agat, iuuetur ab aliquo agente augente potentiam, sed solum quod tollatur prohibens agere. Ut si lapis sua grauitate tractus descendere ad ima potest, & ponatur aliquid, in quo teneatur, ne descendat, ad hoc quod exerceat actum suum, scilicet, quod descendat, non oportet quod ab aliquo adiuetur impellente eum deorsum: sed quod solum tollatur illud, quod prohibeat actionem. Sic etiam patet in habitibus scientificis. Si enim aliquis sit Geometra, vel Physicus, secundum habitum, & postea efficiatur ebrius, vel somno oppressus, vel incurrat maniam, aut epilepsiam, vel similes passiones, in quibus versatur totaliter actus intellectus: non potest ille sic se haberi, licet habitum habeat, quod intelligat, quia non sunt disposita organa: cum tamen deueniat ad congruam dispositionem organorum, incipiet intelligere perfecte secundum habitum, quem ante habebat, ideoque non indigebit aliquo modo doctore: sed nullus est, qui non indigeat doctore modo, quo supra dictum est: ergo non transit vna anima de vno corpore in aliud.

Alph. Toft. Parad.

Oes indigent praecceptore.

Si daretur opinio Pythagorae aliquis nasceretur doctus.

Insania Pythagorae, quod fuerit miles Euphorbus in bello Troiano interfessus a rege Menelao. Cap. LXX.

**P**RAEDICTIS autem aliam Pythagoras insaniam superaddidit. scilicet quod ipse fuerit miles Euphorbus in bello Troiano interemptus a rege Menelao: sed haec erat positionis suae confirmatio. Sicut ergo positio inconuenienter assignata erat, ita & hoc factum est. scilicet quod nunquam anima sua fuit in Euphorbo, vel Homero, nec in Pauone, vel Cigno, aut aliquo hominum. Eadem quoque rationes militans contra istud exemplum, quae militabant contra principalem positionem. Amplius autem & Pythagoras addidit, quod anima exiens de corpore humano interdum ingrediebatur in corpora hominum, interdum vero in corpora bestiarum, sicut reperiret dispositionem in corporibus ad ingrediendum in illa, & ut forma capacia essent. Contra hoc dictum militat omnia argumenta facta contra superiorem positionem eiusdem: nam si vnus hominis animam in corpus alterius transire impossibile erat, a fortiori esset impossibile transire in corpora bestiarum: plura namque ad huius transitum inconuenientia consequuntur. Adhuc tamen praeter inconuenientia posita sequuntur alia inconuenientia ad istam positionem. scilicet dicamus animas humanas ingredi in corpora bestiarum. Primum, quia omnis forma requirit debitas dispositiones in materia, in qua debet suscipi: dispositiones tamen corporis humani, & corporum bestiarum non sunt eadem: ergo anima humana nunquam potest recipi in corporibus bestiarum. Patet hoc, quia ad hoc, quod aliqua forma recipiatur in materia sicut anima in corpore, requiritur in corpore debita magnitudo: nam si ponatur aliqua pars materiae tanta sicut vnus digitus, vel vna manus, non poterit ibi recipi anima humana, dato quod possent fieri organa parua & delicata, cum sit magna organorum pluralitas, & paruitas materiae non poterit anima humana vegetare illud corpus, quia tam parua organa non possunt esse conuenientia ad explendas organicas operationes animae conuenientes, ut vegetet corpus. Anima tamen, ut vniatur corpori, necesse est, ut corpus tale sit, in quo operari possit: quia anima vniatur corpori non solum sicut forma materiae, sed et ut motor mobili, & finis ei, quod est ad finem, iuxta Arist. 3. de Anima, Motor tamen requirit organa determinata in magnitudine, & figura, per quae agat. Etiam si detur aliqua pars materiae tanta sicut vna magna turris, illa non poterit vegetari ab aliqua anima humana, quia non est tantarum virtutum, ut complere possit operationes requisitas ad sanitatem, & bonam habitudinem tanti corporis, sed est da re certam perihodum magnitudinis in qualibet specie ad hoc quod informetur materia per formam illius speciei, & sic est de rebus cuiuscunque speciei, quae requirunt debitam magnitudinem. Et propter hoc diuersae res habent diuersas magnitudines in rebus natura, scilicet in indiuiduis suis, & res vnus speciei non perueniunt ad magnitudinem conuenientem alteri speciei. De hoc Arist. 2. de Anima, scilicet de vegetatiua, & nutritiua potentia ait: Omnium natura constantium positus est numerus magnitudinis, & augmenti. Requiritur etiam ad introductionem animae, vel alterius formae in materia debita figuratio, siue organizatio, sicut videmus in foetu humano, & aliorum animalium, & in ipsis arboribus: nulla namque arbor sic figurari potest, ut homo, aut sicut capra, aut aliae res naturales, quia non posset fieri digestio sufficiens si essent arbores in parte superiori grossiores, quam in trunco, qui est locus digestionis in ipsis. Requiritur etiam ad hoc quod forma recipi possit in materia debita qualitates:

M 2 nam

Ata hos no migrat in bestiarum corpora.

Ata quo corpori vniatur.

nam alia qualitates sunt in materia cum introducitur forma humana, quam cum introducitur forma equina, vel caprina. Sicut teneritudo requiritur, & alius gradus caliditatis, aut frigiditatis, & sic de ceteris. Ista autem non sunt eadem in omnibus naturalibus rebus: imo nec in omnibus animalibus, nec sunt sic in vno animali, sicut in alio, si respiciantur diligenter: quia vel in superficie corporum, in figuratione membrorum, vel intra cutem in diuersa anatomia diuisionis corporum semper reperitur aliqua diuersitas.

Nunquid diuersitas quantitatis, & organizationis sint secundum numerum ad introductionem formae. Cap. LXXI.

N V N C. autem his praepositis, quae praemitti necessarium fuit, quaeritur an ista diuersitas quantitatis, & organizationis, & coeterarum rerum sint necessaria secundum numerum ad introductionem formae, aut non. Si autem dicas, quod sic, habetur interitum, scilicet, quod cum in bestiis non sit talis dispositio, qualis est in corpore humano, non poterit ibi introduci forma humana, scilicet, anima, & sic cessabit dictum Pythagorae. Si autem dicas, quod non sint necessaria istae dispositiones, sequetur, quod natura frustra operatur in faciendo, constat namque, quod plus laborabit natura faciendo dispositiones, & organizationes, & quantitativas dimensiones, quae sunt in corpore humano, cum plures sint, & subtiliores, quam faciendo dispositiones, & organizationes in corpore vnius vermis, vel colubri. Si ergo non sunt magis necessariae ad introductionem formae substantialis istae dispositiones quam illae, superuacuis labor natura est: quod nullo modo concedendum est, cum entia naturalia sint ordinatissima, iuxta Aristotelem in fine 12. Metaphysic. Item patet istas dispositiones, & dimensiones varias necessariae esse, quia animae hominum, & bestiarum habent diuersas virtutes operatiuas: & quia operationes vegetatiuae, & sensitiuae praesupponunt organa, ergo secundum numerum virtutum operatiuarum sic requiritur numerus potentiarum, & diuersorum organorum, ergo non debent esse tales dispositiones organicae, vel dimensiones pro animabus brutorum, sicut pro anima humana. Quia si aliqua anima habens multas potentias vniatur corpori habenti pauca organa: non poterit exercere omnes operationes suas: ideo non poterit teneri colligata illi corpori. Item si non esset necessaria ista organorum multiplicitas, & lineamentorum ad introductionem animae, sed posset introire in corpus aliarum dispositionum, sicut est corpus cuiuslibet bestiae: ita posset introire in corpus valde dissimilium dispositionum, sicut sunt corpora lapidum, & arborum, & aliorum entium naturalium. Sed hoc valde magni inconueniens est, vt anima humana informet materiam lapidis manentem sub illa figuratione, & densitate, atque frigiditate: nullus quoque hoc concederet, tanquam valde absurdum, ergo nec transeunt in corpora bestiarum. Item si anima humana ex eo, quod non requirunt determinatas dispositiones, vt dicitur, possunt transire in corpora bestiarum: ergo animae bestiarum consequenter non requirent debitas dispositiones poterunt gigni in corporibus humanis: & sic aliquae forent bestiae habentes corpora humana, quod absurdum valde est. Si ergo hoc non conceditur, nec alterum concedi debet: quia aequalis causa est absurditatis. Item hoc impossibile est: quia operatio cuiuslibet rei est secundum formam, quam habet, quia forma est principium totius operationis, & actionis, sicut materia est principium omnis passiuae

Forma est totius operationis principium.

mutationis. Sic enim ait Aristot. 3. Physic. sicut operatio dat cognosci formam sic transmutatio dat cognosci materiam: cum ergo variantur actiones, necesse est formas variatas esse. Si ergo in corpora bestiarum aliquando transirent animae humanae, necesse esset, vt corpora bestiarum haberent earundem actionem, quam homines habent, scilicet, vt intelligerent, & vellent, & facerent coetera in hunc modum, quae pertinent ad prudentiam, & actiones humanas: sed nulla bestia est, quae habeat actus humanos, nec vquam visa est: ergo nunquam anima alicuius hominis intravit in corpora bestiarum. Nec valet si dicas quasdam bestias habere prudentiam, vt sunt vulpes, & taxones, vel castores, & similia, vt communiter dicitur: quia videtur habere actus quosdam similes omnibus actibus humanis: sed de his dicit Aristot. Ethic. lib. 6. quod non proprie habent vim prudentiam, quae est iudicatiua de bonis, & malis agibilibus, sed quandam potentiam prouisiuam ad vitam, quae est quaedam natura solertia. Sed ob hoc, quod similia in quadam figuratione vultus, & in quibusdam cautelis humanam prudentiam, & figuram imitantur, poetica licentia occasionem habuit dicendi, eas olim magnos hominum populos fuisse, postea vero a Ioue in simias conuersos retenta prioris naturae quadam leui saltem effigie, de quibus Ouidius Metamorph. lib. 7. Amplius autem solidius inferuntur, quae dicta sunt, scilicet, quod nunquam transeant animae in corpora bestiarum: nam licet in compositis essentia accipiat a materia, & forma: ipsa tamen forma est, quae dat esse materiae, & determinat eam ad certam speciem, actuando eam. Secundum ergo varietatem formarum ita sunt varietates specierum: sed anima humana est quaedam forma specifica differens ab alijs formis specificis, ergo ipsa dabit corpori, in quo fuerit esse secundum suam speciem: necesse est ergo, quod vbicumque anima rationalis formaliter vnita fuerit, quod sit illud. Si ergo anima humana exiens de corpore humano introierit in corpus bestiae organatum, & dispositum ad recipiendum formam, necesse est, vt recipiat esse humanum, & iam non erit bestia illud compositum, & tunc falsum erit, quod animae humanae sint in bestiis, sed in hominibus: hoc tamen est impossibile. I. quod aliqua bestia sit homo: ergo impossibile est animam humanam intrare in corpora bestiarum.

Pythagorica alia positio, scilicet, quod si quis comederet pecorum carnes, posset ibi comedere carnes patris sui, aut aliorum propinquorum. Cap. LXXII.

A M P L I V S autem in hac Pythagorica positio- ne aliud dictum est. I. quod si quis comederet carnes pecorum, posset ibi comedere carnes patris sui, vel matris, aut aliorum propinquorum. Ob hoc autem introducere conabatur frugalitatem, dicens, vitadum nimis fore carniu comestionem. Haec autem subsisteret nequeunt: omnia enim supra inducta contra hoc militant. Nam hic praesupponitur, quod anima patris mei, vel matris transire posset in corpore bestiarum, & hoc supra improbatum est. Sed praeter rationes illas, aliae autem adhuc sunt, scilicet, quod non possint esse carnes huius pecoris carnes alicuius hominis, ideo nemo sic comedendo comedet carnem patris, vel matris. Dato quippe animam humanam posse intrare in corpora bestiarum, & informare ea. Tamen sicut supra dicebamus, si Deus poneret animam beati Petri in corpore, quod ante fuit beati Pauli, & animam beati Pauli in corpore, quod ante fuit beati Petri: iam nullus eorum esset Petrus, aut Paulus, sed

sed essent duo homines nouiter formati, qui nunquam extitissent. Ita cum hic anima alicuius viri poneretur in corpore alicuius bestiae, & informaret illud, atque inde resultaret compositum, quod est homo: non esset ille, cuius anima ibi erat. Nam anima non complet totam essentiam in compositis, sed anima & corpus, ibi tamen sola anima viri prioris est: ergo non est ibi vir prior, qui fuerat pater alterius, & consequenter nec carnes eius. Sed adhuc dato, quod anima completeret totam essentiam rei, scilicet, quod vbicumque esset anima, esset homo, cuius erat anima illa, non sequeretur hoc: nam daretur tunc, quod ex eo, quod anima alicuius viri mortui introiuit corpus alicuius bestiae, quod illud compositum resultans ex anima humana & corpore illius bestiae, esset vir, qui ante fuerat. Et tunc si vir, qui ante fuerat, fuit pater aliquorum, etiam diceretur, quod istud compositum tale sit pater illorum genitorum: & tamen si aliquis de filijs viri prioris comedit de carnibus illius corporis, in quo est anima patris sui, quamquam illud compositum sit pater suus, tamen non comedit de carnibus patris sui: quia carnes patris sui, de quibus iste filius decius est, corruptae sunt recedente anima, & iste in quibus nunc anima est, non sunt carnes patris sui, sed carnes alicuius bestialis corporis: nam recedente anima patris sui ab isto bestiali corpore, nihil remaneret ibi, quod ad patrem suum pertineret. Si tamen aliquis occideret illud compositum resultans ex anima patris sui & corpore bestiali, in quo erat, occideret patrem suum: quoniam ex hypothesi data anima patris sui ibi existens faciebat, quod illud compositum esset quod alius fuerat pater aliquorum hominum. Postquam tamen occidisset illum patrem suum, & comidisset carnes, non comederat carnes patris sui, quia iam ibi nihil de patre suo manebat. Ex praedictis ergo satis necessarijs illationibus conclusum videtur, quod positio Pythagorica circa animarum demigrationem per corpora prorsus erronea est.

Quod gaudet, vel tristatur anima locus assignandus sit, in quo vel perpetuo gaudeat, vel perpetuo tristetur. Cap. LXXIII.

N V N C autem varijs erroribus extirpatis, quae nostram de tribus receptaculis animarum inquisitionem excludebant: quibusdam enim quoniam animas ipsas non manentes post mortem: alijs autem, quia animabus datis immortalibus earum laetitiam, & poenaltates per quasdam transmigrationses excludebant: particularius ad inquisitionem nostram accedentes, dicemus, quod animabus post mortem in aliqua laetitia, aut poenaltate permanentibus, necesse est aliqua esse loca assignata, in quibus haec, quae eis congruunt, aut tolerant, aut suscipiant. Pro quo sit vna conclusio: delectationibus gaudentes, vel supplicia subituras animas corpore solutas, oportet aliquibus locis esse immanuras, id est, quod necessarium est animas post mortem esse in aliquibus locis ad toleranda supplicia pro peccatis, vel vt gaudijs perfruantur. Nec enim mihi in hac parte repetendum est, an animae secundum naturalia fundamenta penas post mortem, aut gaudia suscipere debeant: cum hoc in superioribus lucide comprobatum fuerit: sed solum inducendum est, qualiter in aliquibus locis immanuras sint. Quod satis patet: nam animas post corporum mortem permanere supra concessum est, & ab omnibus Phylotophis partim probatum, & partim praesuppositum est: ergo cum ipse infinita non sint, ita vt in omni loco sint, vt catholici de Deo consentunt: necesse est, vt alicubi sint. Nec in hoc dicendum est eas

Alph. Toit. Parad.

proprie esse in loco, cum solis corporibus proprie locari conueniat per quantitatem suam, quae in animabus nullatenus est: sed dicimus animas esse definitiue in locis, id est, quod distiunt sibi aliquas partes mundi, in quibus sint: non quod ibi proprie sint, sed quod ita ibi sint, quod in nullo alio loco sunt, & sic homine viuente dicimus animam in corpore esse: nec tamen corpus replere, aut ibi secundum leges locorum esse, ibi tamen esse. Ita igitur post resolutum morte corpus anima stare poterit in aliquibus alijs locis definitiue sibi illa loca, & non alia. Hucusque naturaliter inductum est: sed an animae post mortem sint in caelo, vel in terra, aut in visceribus terrae, vel in diuersis aeris partibus, patere sufficenter naturali inducitu nequit, sed assumptis fidei fundamentis haec habentur. Satis autem rationabiliter dici deberet: etiam nullius fidei existente positione, quod animae illae, quae in virtutibus, & actibus bonis studentes a corporibus discessere, in loco excellenti esse debeant, sicut in caelo, cum probauerimus eas in aeternum nulla data interpollatione gaudere debere, & animae, quae sceleribus implicatae corporum reliquerunt incolatum, videntur debere in locis tristibus esse. Sed haec quidem suauiorae rationes sunt, necessitas autem demonstrationis in his nulla est. Hoc namque praesupponit aliquem esse iudicem distributorem poenarum, & gaudiorum pro sceleribus, aut studiosis operationibus. De quo apud eos, qui sola naturali ratione speculantur, nullo fidei illustrati fulgore, satis magnum dubium est. Nobis autem, quibus ex immensa Dei nostri dignatione in sine saeculorum incarnato verbo Dei occulorum veritas patefacta est, haec clarius luce constant.

Quadam attentitia ad superiora. Cap. LXXIIII.

N V N C autem, vt concedat ab exordio, vt valeamus, auspicientes quid antiqui, (& si non recte per omnia) senserint: quoniam hoc eorum excedebat vires, ex parte perscrutari opere precium est. His enim noua gaudent ingenia, quae saeculorum vetustate iam penè abolita sunt. Plato autem, & si per omnia Pythagoricus non extiterit, Pythagoreorum tamen positionem in quibusdam immitatus est, dicens, animas humanas in comparibus fuisse astris, & inde in corpora deriuatas in quadam quasi poenam: post exitum autem a corporibus morte solutas, iterum ad astra conuerti: rursus vero in alia corpora redeunt: ita vt in eis sit infinita circulatio. De his August. de Ciuit. Dei lib. 19. de hoc Boetius de Consolat. lib. 3. Metro. 9. vbi per omnia Platonicus est: cum de anima Mundi terigisset, animas quoque humanas intactas esse noluit, dicens.

Tu causis paribus animas vitasq. minores Prouehis, & leuibus sublimes curribus aptans, In caelum, terramq. sevis, quas lege benigna Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

Boetius enim hic humanas animas vocauit animas, & vitas minores: animas enim ab animando dixit, quoniam animae animant, id est, informant dantes esse substantiale. Aut animae vocantur, quoniam secundum Graecam originem ventus sint. Animam namque primi, atque rudis saeculi viri aerem inspiratum, & respiratum putauerunt: satis leui conijcientes argumento, quod sola viuientia inspirare, & respirare videantur. Vnde ei congruum ad hoc a vento nomen imposuerunt: de quo in praelibatis tactum est. Vocat etiam animas humanas vitas minores: est enim generale omni animae, quod vita sit: non quidem formaliter, sed essentialiter: nam si formaliter

M 3 maliter

Distinguitur esse in loco.

Dubium de loco animarum post mortem.

Quid de anima senserit Plato.

maliter anima vita esset, vbiunque esset, viuens illud esset, anima tamen in corpore aliquo esse poterit, & non viuificabit. Vt si ingrediatur aliqua anima in corpus humanum, quod iam tabefactum, ac plene resolutum est, illud viuificare nequibit, etiam si interius sit, atque illud localiter moueret. Quin potius, & si anima à corpore semel egressa, rupta semel illa formali, atque vitali vnione in illud statim redire permittatur, viuificare non poterit. Nam & propter hoc anima à corpore egressa, quia illud sic dispositum viuificare nequibat: imò & si anima aliqua introeat corpus nouiter organizatum, & ad animationem dispositum, nisi ab aliquo formaliter vnita fuerit, corpus nihil magis viuens erit, quam si anima nulla in eo esset. Horum autem causarum naturales fortassis tibi exponuntur.

Anima est formalis vita.

Est igitur anima vita, non quidem formalis, sed ipsa formalis vita, qua animal quodlibet viuunt: & esse participatum corpori secundum speciem ab anima; illo autem esse participato manente per continuum influxum animæ res viuunt. Illo verò adempto animal moritur: anima autem vita est, sed essentialis, quoniam est quædam essentia, vel natura, cuius formalis actus est dare esse, & illud esse ab ea participatum vita est.

Anima hominis vita minoris.

Hoc autem omni animæ conuenit, vt vita sit, quare animam humanam vitam esse necesse est, sed eam vitam minorem Boetius appellauit, quod quidem conferendo ad animam mundi dictum est. Animam enim mundi Platonico more Boetius posuerat eodem metro, cum ait:

*Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem  
Connectens animam, per consona membra resoluisti:  
Quæ confecta duos motum vnquam glomerauit in orbem.  
In semet reditura meat, mentemq; profundam  
Circuit, & simili conuertit imagine cælum.*

De hac autem nobis, si per singula enucleandum foret, grandis, & inexstimabilis, & fortassis præsertim inquisitioni prouincia esset. Hanc autem cum ad animam hominis contuleris, necesse est, vt maiorem animam asseras. Nam anima maior dicitur, quoniam maioris perfectionis essentialis est, quod de anima mundi ad animam humanam satis constat. Differunt enim per speciem, sed duæ species nunquam sunt æqualis perfectionis substantialis, quoniam est impossibile perfectam includens contradictionem, sicut duos numeros esse æquales. De speciebus namque ait Arist. 10. Metaph. Species sunt sicut numeri. Quod autem differant ex Platonicâ positione innotebit.

Tres sunt spirituum nature.

Dicit enim tres esse spirituum naturas, quarum primam in separatis, absolutisque substantijs posuit: secundam verò animam mundi dixit: tertiam autem in hominibus, & dæmonibus posuit, cum ait Boetius.

*Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem  
Connectens animam.*

Vocauit enim animam cuncta mouentem ipsam animam mundi, quam dixit esse mediam triplicis naturæ. Anima ergo humana, quæ tertia est, & extrema in natura spirituum, minor erit in substantiali perfectione. Vita ergo minor appellabitur. Appellat quoque eam vitam minorem ab efficacia. Nam cum anima non solum sit forma, sed etiam motor, & finis iuxta sententiam Arist. nostri 3. de Anima: ea, quæ plures operationes in corpore habuerit, magis habet de ratione motoris. Anima autem mundi potissimas habet operationes, ipsa namque totam vniuersitatem mundi motum mouet. Dixit enim Plato, omnia elementa, & elementata, & ipsa cælestia corpora viuificari hac anima mundi: imò totam rerum vniuersitatem præter ea, quæ alias animas habent, sicut animalia cuncta, & calodæmones, atque cachodæmones. Hoc notat Boetius, vbi supra, cum ait,

*Connectens animam per consona membra resoluisti.*

Membra enim consona vocantur illa, quæ non habent magnam diuersitatem partium in essentia, & denominatione, sicut sunt omnia homogenea. Hæc enim propriè informantur ab anima mundi: & quædam, quæ non sunt plene homogenea, sed homogeneorum numerum parum excedunt, vt sunt omnia plantatiua. Hæc enim quoniam animam per se mouentem non habent, mouentur ab anima mundi. Et dicuntur membra consona, quia sunt homogenea, aut quasi. Alia autem non sunt homogenea, sed prorsus eterogenea habentia partes organicas variarum rationum, & denominationum. Hæc ergo anima mundi resoluta est, id est ligata per membra consona, id est per omnes partes mundi, quæ sunt homogenea: & vocantur consona, aut modicum excedunt homogeneitatem, vt in plantatiuis, & has omnes materiales partes imò totum ipsum vniuersum præter animalia, quæ in se habent principium sui motus: sic dicit Boetius.

*Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem  
Connectens animam.*

Dixit ergo hanc animam cuncta mouere: anima autem humana solum humanum mouet corpusculum, ergo incomparabiliter ferè anima mundi excedit animam humanam. Vnde haud iniuria humana anima dicitur vita minor. Quanquam quidam aliter intellexerunt, scilicet animas dicentes esse spiritus humanos, vitas autem minores animas brutorum appellauerunt. Quod rationabiliter dictum arbitraretur, nisi sequens litera huic repugnaret, dicens has vitas ferri in cælum, & in terras, & rursus in astra redire: animas tamen pecorum nemo vnquam in astris esse astruxit, nec illud redituras. De anima ergo humana intelligi necesse est. Amplius autem causis paribus animas, & vitas minores prouehi curribus sublimibus dixit, & ferit in cælum, & terram, id est, quod istæ animæ applicantur corporibus ad viuificandum, & hoc causis paribus, id est eadem ratione, scilicet, quod sicut anima mundi toti rerum vniuersitati per membra consona religata est ad mouendum cuncta, vt Boetius expressit: ita & vitas minores, scilicet animas humanas ex eisdem causis corporibus humanis cõiunctæ sunt, scilicet, vt vegetent, moueant, & informant. Et quoniam autem dicit, quod Deus aptat vitas istas minores sublimibus, curribus leuibus, id est, quod Deus ponit istas animas in astris conuenientibus suæ leuitati, vt ibi manent quousque in corpora diffundantur. Vocantur autem astra currus quidem propter modum motus, quoniam astra indefinenter mouentur: & quia in eis animæ sunt, animas quoque, moueri necesse est, et si per accidens. Vocantur autem leues currus, quoniam astra leuia sunt, leuiterque mota, vel quia sunt de natura leuissima secundum Platonicam positionem, scilicet de natura ignis. Existimat enim Plato corpora cælestia esse de natura elementorum: vltra elementa autem corpus nullum constituit. Aristoteles tamen & alij, qui rectius sensisse videntur, naturam cælestem quintam essentiam posuerunt. In his autem curribus animæ manent, quousque, vt Plato ait, in terram, & cælum diffundantur. De his enim subditur in eisdem versibus:

*In cælum, terramq; feris.*

Deus animas in cælum serere dicitur, quoniam aliquas earum de astris tollens, ponit in corpora angelorum secundum suam positionem. Dixit enim esse dæmones duplices, quos nos angelos appellamus, scilicet angelos bonos, qui dicuntur boni dæmones, vel boni scientes: & alij sunt cachodæmones, id est mali dæmones, vel mali scientes. Hos autem dixit habere corpora sicut Apuleius Platonice refert eosque

Astra quare currus leues appellantur.

Dæmones sunt duplices.

eosque animalia afferuit. Vnde animas habere assererat, quæ in astris quondam fuerunt, sed Deus eas ferit in cælum, id est ponit in corporibus dæmonum horum, quando esse incipiunt: & hi in cælo habitant, scilicet quidam in cælo, alij autem in aere: sic ergo animæ in cælo seruntur. De modis autem animalium cælestium, rationalium, & aereorum magis inferius diceretur, cum aliorum antiquorum positiones exponeretur. Addit quoque animas istas in terram ferri: quia Deus animas istas infundit in corpora humana, vt sint homines, & hi in terra morantur. Addit autem in prædicta Platonicâ positione Boetius,

*Qua lege benigna  
Ad te conuersas reduci facis igne reuertit.*

Animas enim istas ad Deum conuersas dicit: quia cum corpus morte resoluitur, animæ in astra vnde venierant reuertuntur, ita quæ ibi sunt, & rursus in alia corpora redeant, cum tempus fuerit, similiq; cursu iterum in astra redeant. Dicit has lege benigna conuersas, id est, quod Deus istas animas ad astra post resolutum mortis corpus ex benignitate sua redire facit. Nam ex natura sua redire eis non erat, sed eis Deus hoc donat. Nam animas Plato asserit in corporibus, velut in carceribus detineri, ideo cum inde in astra in quibus prius fuerant, redierint: benignius cum eis agitur, vt sic terrene pondere releuentur. Dicit autem eas reuerti, reduci igne, id est, quod animæ in astra redire queunt, reducuntur eas ignea qualitate. In quo Plato innuit cælos esse de natura ignea, & astra esse purum ignem. Et quia naturaliter similia à similibus adiuuantur, si animæ redire debeant in astra, oportet esse conditionem animarum igneam. Sic in animam quendam igneam vigorem antiqui animam esse dixerunt. Propter hoc autem Poetæ cum finxerint Prometheum homines formasse de luto, eius pectori ignem applicuisse ferunt, & sic eum animatum reddidisse. Primò namque hominem de luto formatum insensibilem fecerat, cuius opus Minerva mirata spondit ei, vt si quid vellet de cælestibus donis ad suum opus adiuuandum inquireret. Ille nihil se scire ait, quæ bona in cælestibus haberentur, sed si fieri posset se vsque ad superos eleuaret, atque ex inde si quid suæ congruum cerne- ret, atque melius in re oculatus arber præsumpssisset. Illa inter ora septem plicis clypei sublatum cælo opificem detulit. Dumque videret omnia cælestia flammatis vegetare vaporibus, clam ferulam Phœbi applicans totis, ignem furatus est: quem pectusculo hominis applicans, animatum reddidit corpus. De his Fulgentius Mythologiarum lib. 2. in fabula Promethæi. Animam ergo naturæ igneæ esse putant, ideoque cælestibus corporibus præcipuè ipsi astris consentaneæ naturæ esse autumant. Vnde & in eis esse dicunt. Ex prædictis ergo patet, quid Plato de statu animarum corpore solutarum senserit.

*Quod opinio Platonis sit quasi opinio Pythagoræ.  
Cap. LXXV.*

Hæc autem Platonicâ positio, & si totaliter Pythagoricæ non consentiat, in multis tamen eandem esse manifestum est: nam quemadmodum ex Pythagoricâ positione dicebatur animas per corpora demigrare, & per Platonicam positionem animarum demigratio necessaria est, hoc tamè distat, quod Pythagoras animam ab aliquo humano corpore solum in aliud mox ingredi testabatur, nulla interiecta alterius status qualitate. Plato autem animas, cum corpora egressæ sint, ad comparia astra redire. Deinde autem post aliquanta tempora in corpora relabuntur. Hæc autem corpora non sunt ea, quæ præferunt, et Alph. Toft. Parad.

ago anima eadem per diuersa corpora demigrabit. Nam cum in hac parte directè incidat in positionem Pythagoricam, necesse est, vt eadem inconuenientia ad Platonicam consequantur, quæ in Pythagorica reperiantur. Sed hæc late in prælibatis improbatæ est. Et quoniam consistente positione Platonis argueretur, quod anima, quæ semel fuerit in vno viro, cum ad alterum deueniret haberet omnem scientiam, quàm in priori habuit, dicit animam quidem naturaliter omnia scire, quæ naturaliter cognoscibilia sunt: sed cum intrat in corpus mole carnis grauatum omnia obliuisci: deinde autem ventilante doctrina omnia excitari, ideoque insert nostrum addicere non esse aliud de nouo corpore, sed præteritorum actualiter cognitorum recordari. Inducit autem prædicta, quoniam si quis ab aliquo viro inquisierit, quæ nihil vnquam eruditus sit de aliqua propositione speculabili, cuius principia ordinatè sumat: petens primò de principiis, & deinde per singula vsque ad ipsam conclusionem perueniens, respondebit inquisitus in eo quod nunquam didicerit. Hoc tamen accidere non posset, nisi qui talia inquirantur intellectu suo veritates illas haberet reconditas. Sic enim in puero, qui Acolitus dicebatur, factum esse refert, qui cum scierat inquirere de principiis, respondit de passionibus quadrati, cum nullus eum vnquam docuisset. Sed hæc stare nequeunt: cum enim primò dicat animam naturaliter omnia cognouisse, quæ naturaliter cognosci possunt: antequam in corpus ingrediatur, non videtur conuenienter dictum. Nam si anima scit, necesse est, vt sciat per aliquas species, quas in seipsa habeat: sicut de alijs intelligentijs dicimus, quod intelligentiæ sunt plenæ formis: vt patet in libro de causis, id est speciebus informantibus ad intelligendum. Anima tamen humana sunt imperfectiores cæteris substantijs intelligentibus: quia in se non habent aliquas species, per quas constituentur: sed totaliter sunt in potentia ad intelligere, & species ab obiectis suscipiunt per potentias sensitivas. Et hæc causa est, quare animabus corpora organica assignata sunt. Alijs autem superioribus intelligentijs nulla corpora assignata sunt, sed simplices, absoluteque manent per se intelligere potentes. Anima autem à corporibus ad intelligendum adiuuenta trahunt. Non est ergo verisimile, quod etiam si animæ antequam in corpore sint in astris ponantur, omnia naturaliter cognoscibilia scire queant. Quinimò, nec videtur, quomodo quicquam eis cognoscere possibile sit, quoniam id, quo naturaliter ad scire determinantur non habent, scilicet organicas potentias ad apprehendendum obiectorum cognoscibilem species.

*Impossibile est animas in astris poni, antequam in corpore sint.*

Cap. LXXVI.

AMPLIUS autem hoc impossibile est, scilicet, vt animæ in astris ponantur antequam in corpore sint: nam, vt prioribus satis lucidè inductum est, animæ humanae non suscipiunt indiuiduationem ex natura speciei, quoniam tunc quot essent animæ, tot essent species animarum: sed hoc falsitate euidenter notatur: accipiunt igitur indiuiduationem ex vnione ad signatam materiam. Sed animæ cum in astris sunt, non fuerunt adhuc in corporibus, quia primò fuerunt in astris, quàm essent in aliquo corpore, ergo non poterunt illæ accipere indiuiduationem, nisi ex materia signata, scilicet, vt primò fuerint in corpore, quàm in astris: quo infringitur Platonicâ positio, aut si eas primò in astris fuisse

M 4 con-



contenderis, necesse est, quod eas indiuiduari afferas sine vnione ad materiam signatam: & conlequenter differrent per speciem, quod falsum est: animas ergo in astris fuisse antequam in corporibus essent impossibile est. Item horum fulcimentū prorsus falsitate plenum est, ideo enim animas in astris fuisse asserunt, quoniam corpora coelestia ignea esse autumant, ipsa autem aliorum corpora purissimum ignem affirmant: animam quoque complexione ignea esse ferunt, ideo naturaliter similia in similibus manere opinati sunt. Sed in his vtrunque falsum est, corpora namque coelestia de ignea esse natura, aut quauis elementalī substantia impossibile est, quoniam in elementis contrarietas est: contrarietatem autem comitatur actio, & passio: generatio, & corruptio, & omnis motus tam proprie, quam improprie dicitur, quod repugnat incorruptibilitati: corpora tamen coelestia omnes, qui quidquam sapiunt, incorruptibilia continentur. De substantia ergo ignis illa esse impossibile est. De hoc autem grandis oritur sermo, sed nec in singulis expedit immorari. Animae quoque de natura ignis non sunt, & si hoc indocta senserit antiquitas. Ob hoc enim existimauerunt, quia ignis fons totius caloris est: ipse quoque maximē actiuus inter cetera elementa est, & in motu subtilissimus ac leuissimus, atque ad incorporeitatem magis quam cetera corpora applicans se, quae singula alia quoque ignis conditiones animarum proprietati concordant: ipsae enim calorē in corpore faciunt: cum enim quidquam viuit calidum est, potissimē in eis, quae terrestria, & volatilia viuientia sunt: cum autem illa mori contigerit, frigore teneri necesse est, & ob hoc antiquitas mortem gelidam esse finxit deam: vt ait Ouidius Metamorphosios, 15.

*O genus attonitum gelida formidine mortis.*

Ignis quoque actiuus maximē est. Sic enim cuncta viuientia dum viuunt actionem habent, cum verō vita defuncta sunt, actio eis nulla inest. Ad motum quoque ignis aptissimus, & subtilissimus est, viuientia etiā per animam, cum viuunt, mouentur: dum autem vita carent, ad motum inepta sunt. Ignis etiam ad spirituales magis quam cetera corpora accedit naturam. Sic quoque de anima videtur, spiritus enim est. Multa quoque in hunc modum igni, & animae symbola, aut quasi symbola esse videntur, qua in re haud iniuria quibusdam videatur antiquorum non inconueniens animam vaporem igneum esse. Sed haec quidem stare nequeunt: nemo enim animam spiritum quendam esse dubitauerit, nisi dissipat nimis ignem tamen, & quamcunq; substantiam igneae naturae corpus esse proculdubio patet.

*Rationes asserentes animam non esse igneam.*  
Cap. LXXVII.

**A**MPLIUS autem si animam nostram ignem esse asseramus, impossibile esset animas hominum quouis modo excellere bestiarum animas: nam in vtriusque igneus vigor anima esse dicitur: sed in his distantia euidentia est, ignem ergo animam humanā asserere absurditate non vacat. Item si anima humana de natura ignea esset, cum ignis sit de conditione elementalī sufficit ad intelligere, & velle: ergo anima nostra non esset intellectiua, & volitiua. Consequenter patet, quoniam res naturales habent operationes suas per qualitates suas: in elementis autem nulla qualitas operatiua est, nisi quatuor primae qualitates, ideo quidquid elementa agunt, per istas qualitates agunt: in igne autem caliditatem, & siccitatem locamus om-

nem: omnem ergo actionem suam necesse est, vt vel per calorem, aut siccitatem principietur: intelligere tamen, & velle non principietur per calidum, & siccū: ergo anima non est vis ignea. Item nulla vis actiua excellit suum genus, scilicet, quod agere nequit in ea, quae sunt vltra genus suum, vt corporalia non possunt agere vltra genus corporis, scilicet in spiritibus. Sicut visibilia non possunt agere vltra genus visus potentiae, scilicet in auditu: & auditiva nequeunt agere vltra genus audibilia, scilicet in odorabilia, & in hunc modum de ceteris. Sic ergo virtus corporalis non excedit corpora: animae tamen operationes excedit corpora, quoniam circa aeterna, & penitus incorporea, vt Deum, & intelligentias speculamur, & circa relationes, & habitudines, quae corporum naturam excedunt: anima ergo ignea vis non est. Item omnem elementalem conditionem excedit conuertere se supra se: quia conuertere se ad aliud est agere in alterum: conuertere se supra se est agere in seipsum: nulli autem conditioni elementalī, aut rei corporali hoc pertinet: quia naturalia, quae sunt de genere corporum, in alterum duntaxat agunt, in seipsa autem agere nequeunt: anima tamen cuius actum dicimus intelligere, non solum cetera intelligit, sed & seipsam intelligit, sicut & cetera: ignea autem virtus ad agendum in cetera est, in seipsam autem minimē, ergo non est anima vis ignea. Item conditiones elementales agunt secundum contrarietatem, quia in natura tota actio fundatur super contrarietatem, vt patet per Aristot. 5. Physicorum. Anima tamen actionem suam non habet per contrarietatem: quia tunc determinaret se ad vnum genus intelligibilem, vel volubilem, scilicet, calidiorum, vel humidiorum, vel frigidiorum, & ageret in illud: in anima autem ista quidquam agere ex natura contrarietatis est simpliciter impossibile. Sed anima non determinatur ad intelligendum secundum vnum genus contrarietatis, sed aequaliter intelligit in frigidis, calidis, humidis, & siccis: nec solum ista, sed etiam excedit omnia corporalia, vt etiam intelligat, & velit quae non sunt corporalia: necesse est ergo animam non esse de conditione ignea, aut aliquid elementi. Multa autem in hunc modum induci possent, sed suffecerint, quae dicta sunt.

*Opinio Platonis de scire animarum.* Cap. LXXVIII.

**A**MPLIUS autē cum Plato asseuerat animas in astris existentes omnia scire, quae naturaliter cognosci possunt: cum verō in corpora dilabuntur, obliuiscuntur. Haec stare nequeunt, quin potius anima vnita corpori abundantius intelligere deberet: quia corpus habet organa, quae determinat sibi anima ad actus suos intelligendi, scilicet vt actus organorum prauij sint: sed quaelibet res adiuuatur in operatione sua, cum applicantur ea, quae connaturalia sunt: anima ergo coniuncta organo intelligendo augebitur: cum per organa accipiat, quod intelligere possit. Et si dicamus a principio, cum anima primū in corpus delapsa fuerit, propter teneritudinem organorum, & indispositionem intelligere non posse, cum tamen haec ad debitū statum peruenerint, anima sufficientius intelliget per illa, quam aliās intellectu foret, tunc subito nullo docente quisquam peritus esset. Nam cum in actu omnis scientia naturaliter composibilis sit in animabus antequam in corpora de astris delabantur iuxta Platoniam asseritionem, & obliuionem propter corporum ineptitudinem inducuntur, non oportet, vt postea paulisper cognitio praexistens acquiratur: sed ablato impedimento mollis carnae a principio ad intelligere obuiantis omnia simul intelligat, cum

cum omnia in actu habuerit, nec nunc nouiter inquisitiua est. Sed quantumcumque anima disponatur ad intelligere existens in corpore necesse est, vt semper veritates successiuē acquirat: manifestē ergo apparet has veritates non praefuisse, sed nunc nouiter causari in anima. De his magis dictum est, cum de positione Pithagorica ageretur.

*Reflexio argumenti Platonis contra ipsum.*  
Cap. LXXIX.

**A**MPLIUS autem cum Platonici tradunt nos intelligere veritates rerum tam rectē de illis secundum ordinem principiorum inquirimus, etiam si nunquam eruditi fuerimus. Dicendum est hoc potius contra ipsum militare Platonem. Nam nobis hoc euenit propter duo. scilicet, quia principiorum naturalem cognitionem habemus. Secundō, quia naturaliter conclusiones inducuntur ex habitudine principiorum. Nam secundum Aristot. 1. Poster. & vt nos experimur, omnis scientia, & notitia ex praexistenti fit cognitione. scilicet, ex cognitione principiorum. In ipsis quoque principijs naturaliter in virtute manent conclusiones: vnde idem Aristot. 1. Poster. ait, quod posita in syllogismo propositione maiori, & minore, non est aliqua mora, quin intelligatur conclusio: quia naturaliter ex illis resultat. De primis autē principijs, quod nobis nullo docente cognita sint, ambiguum nulli est: quoniam ipsa rerum experientia monstrat, & ob hoc ipsa principia communes animorum conceptiones appellamus: quia omnes animi illas concipiunt, nulla in hoc diuersitatis opinio interiecta distantia. Ea etiam dignitates vocamus, quia propositiones, quae principia sunt in seipsis dignitatem habent, vt eis credatur nulla praecedente eruditione. Tunc igitur cum quaelibet sit in actu principiorum illa sine aliqua doctrina naturali intellectus vigere cognoscens, & habitudo principiorum ad conclusiones dependentes ex eis necessaria sit, fit vt quando aliquis quaesierit de veritate primorum principiorum ab aliquo, qui nihil vnquam didicit, respondeat de eorum veritate. Et cum immediatē quaesierit de aliqua conclusione dependenti ex illo principio, nulla alia interiecta respondebit quoque. Nam sicut ipsum principium per se cognitum est, ita & habitudo dependentia ex principio ad conclusiones immediatas est manifesta, & illius conclusionis inuenietur ad aliam immediatam: & sic hoc processu peruenerit vsque ad specialissimam conclusionem cuiuslibet artis. Ex his autem apparet, quod per haec Platoniam asseritio non confirmetur, sed potius infirmetur. Nam si aliquem in actu sciuisse omnia asseruerimus, & oblitum fuisse: postea verō ea, quae cognita fuerāt reuiuiscere, non solum de conclusionibus respondere sciret, quando rectē inquireretur: sed etiam si inquireretur nullo ordine posito, vel prauiuo de principijs, & immediatē de vltima conclusione artis: nam si aliquis ideo respondet inquisitus, quia in actu habet intra se ea, de quibus respondet, cum omnia in actu habeat, de quolibet eorum verē proferre poterit, cum iam nullum eorum ad alterum dependentiam vllam habeat, in quantum cognitum est in actu, sed cum est cognoscibile. Sed solum inquisiti respondent, in quantum primō inquirunt de eis, quae per se nota sunt: & consequenter de eis, quae immediatē dependent: aliās autē respondere nescirent: non ergo isti haec respondent, quia aliquando in se horum cognitionem habuerint, aut nunc habeant: sed quia ex virtute cognitorum necessariō dependent ipsa cognoscenda, cum ordo necessariae illationis inter illa est, quod in omnibus syllogismis & consequentijs necessarijs appa-

ret: ibi enim inducitur id, quod incognitū est ab eo, quod est cognitum, quia ordo illius dependentiae necessarius est. Est autem, & huius alterum signum, quoniam non reperiet Plato, aut quisquam huius positionis assertor hoc in quolibet homine, sed in eis solum, qui naturali pollent ingenio. Hi enim interrogati per ordinem: etiam si nunquam eruditi respondent ad ea, de quibus inquiruntur. Et hoc est, quia hi, qui naturali quodā vigent acumine, sicut prima principia cognita habent: ita quoque & conclusiones cognoscunt, cum cognoscant habitudinem principiorum ad immediatas conclusiones. Qui tamen ingenio caligant, & si de principiorum veritate quaesiti vera respondeant, mox tamen, vt de sequentibus veritatibus inquirantur, delirare incipiunt: quoniam habitudo horum mutua illis cognita non est, sed doctrina quadam egent. Si tamen animae omnium essent in actu intelligendi omnia antequam delaberentur in membra, aequē isti, quos ingenio hebetes appellamus ad omnia respondere valeret, sicut qui valentissimi sunt. Ex dictis autem aequaliter manifestum sit de positione platonica circa habitudinem animarum corpore solutarum, & an stare possit.

*Virgilius opinio verior Platonis opinione de locis animarum corpore solutarum.* Cap. LXXX.

**H**AEC autem quanquam Plato senserit, aliter tamen Virgilius platonice, atque poeta opinatus est: & si poeticus ei mos gerendus sit: veritati tamen catholicae magis consentaneus est, quam pura platonica asseritio. Disputat enim de locis animarum corpore solutarum quasdam platonicas asseritiones statuens licet poeticis integumentis, de quibus in 6. Aeneidos. Introducit enim Aeneam Troianum petentem a sibilla Cumana, vt eum per infernas ducat sedes, quo pacto ei Anchisem patrem suum videre, atque eidem colloqui contingeret. Quo fretus ductu Sibyllae cum Aeneas Anchisem alloqueretur de omnibus, quae sibi inquirenda occurrerāt, qualiter apud inferorum ageretur loca, pater vt Aeneas sciscitatus fuerat, respondebat. Tandem inquisiuit, an de tartareis illis sedibus in celum animas aliquas ire contingeret, vel aliqua in corpore reueri. Ad hoc autem Anchisem pater quasi aliquid magnum enodare nitēs, primō de natura animarum disseruit, dicens, quomodo in singulis rebus anima esset, & de anima mundi. Adiuuans quoque animas mox a carne solutas carcere inferorum petere loca, ibique iuxta delictorum qualitatem varios suscipere cruciatus, quibusdam viuaci igne scelera exuruntur: alijs autē in magnitudine vasti equoreo sub profunditate fluctuum facinorum eluuntur poenae: quaedam autem suspense ad auras pendunt. Cum verō temporum diuturnitate scelerum maculas prorsus eluerint, ad elisios mittuntur campos, qui tartareis sedibus propinqui sunt: ipsosque poetarum communis conceptio beatos vocat campos, in quibus cum per mille annos perstitissent nullo penitus remanente quod purgari debeat in animabus, sed ad modum ignis puri plenam adeptis sinceritatem omnes illas animas elisiorum camporum per vices suas Deus ad letheum amnem factō conuocat agmine, vbi cum obliuiofam illam aquam hauserint: sui ipsarum prorsus oblita velut si inebriatae forent, in corpora redire desiderant: quam obliuionem ob hoc Deus fecit, vt ad corpus gratis redire curarent. Redeunt ergo iterum in corporibus victurae, rursumque sedes tartareas, atque Elysios petunt campos. Haec positio cum Platonica satis consonat, quin potius Virgilius, vt quibusdam videtur cum prius platoniam tenent, positionem,

*Anima in inferno diuersis partibus cruciatur propter diuersitatem demeritorum.*

Differētia Pitagoreo-ru opinio- nis de aīa à platonico- rum po- sitione.

nem, nihil aliud, quàm Plato exprimere voluit. Plato tamen planè, vt Philosophum decet: Virgilius autē per quibusdam circulationes iuxta poetarum officia obliquauit. Differt autem ista positio à Pitagoreo- rum positio: nam illa nec in astra iuxta platonice positio- nem, nec in infernas sedes, atque Elysios cam- pos iuxta Virgilium reduces facit, sed mox à corpo- ribus exeuntes in alio corpore, siue hominum, siue be- stiarum, vt fors obtulerit subintrare cogit.

Versus Virgilij in sexta quibus Aeneas alloquitur Anchisem. Cap. LXXXI.

QVAE autem de Virgiliana positio- ne circa ani- marum statum enarrata sunt, habentur à Vir- gilio Aeneidos lib. 6. cum introducitur Ae- neas loquens, & Anchises pater respōdens, & dicitur.

O pater an aliquas ad Caelum hinc ire putandum est. Sublimes animas? iterumq; ad tarda reuertit. Corona? que lucis miseris tam dira Cupido? Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit. Dicam equidem, nec te suspectum nate tenebo. Principio Caelum, ac terras, camposq; liquentes. Lucentemq; globum lunae, titaniaq; astra. Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus. Aens agit mollem, & magno se corpore miscet. Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum, Et qua marmoreo fert monstra sub aequore pontus. Igneus est illis vigor, & caelestis origo. Seminibus, quantum non noxia corpora tardant, Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra. Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras Respiciunt clausa tenebris, & carcere caeco. Quin & supremo cum lumine vita relinquit. Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes Corpore excidunt pestes, poenitensq; necesse est. Aeterea diu concreta modis inolescere miris. Ergo exercentur poenis, veterumq; malorum. Supplicia expendunt. Alia panduntur inanes. Suspensa ad ventos. Alijs sub gurgite vasto Infectum cluitur scelus, aut excurrit igni. Quisque suos patimur manes. Exinde per amplum. Mirimur Elysium, & pauci leta arua tenemus. Donec longa dies perfecto temporis orbe. Concretam exemit labem, purumq; relinquit. Aethereum sensum, atque aura simplicis ignem. Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos. Letheum ad fluium Deus enocat agmine magno. Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant. Rursus & incipiant in corpora velle reuertit.

In hoc Inferno poenarum multiplicitates in eo- dem Virgilius esse asserit, ita quod enumerari nequeant, cum ait.

Non mihi si sint centum linguae, oraq; centum, Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas, Omnia poenarum percurrere nomina possem.

In hoc autem Virgilius non solum Infernum esse eluendis sceleribus deputatum asseruit, sed etiam vbi fuerit expressit. Dixit enim illum esse in terra Siculo- rum, quae olim Ciclopia, aut Trinacria, aut Sica- miua dicta est, nunc vero vulganter Sicilia dicitur, vel Cumaea dicta est: quam oraturus Aeneas adiit, tanquam Apollinis vatem, vt ei inferni referret abs- condata ostendens ei Anchisem patrem suum. Hu- ius autem causa est, quoniam in Sicilia quaedam vo- rago est patens, quae fumiferos eructat ignes: quam

Multiplex nomen Si- cilie.

poetae Aethnam vocant. Alia quoque est, quam Vulcanum dicunt, quae identidem emicantes ignes euomit. Nullus igitur poetis conuenientior in to- to orbe ad ponendum inferni locus visus est, quam terra Siculo- rum. In hac autem statuit Virgilius ad stygium fluium nauam animarum ad infernas se- des transeuntium portitorem, quem Charontem nuncupauit. Descripsit quoque tres inferorum iu- dices, multa quoque personarum dudum Aeneae co- gnitarum supplicia designauit, & causas. Alia quo- que ad idem pertinentia, de quibus omnibus per to- tum sextum Aeneidos agitur nullo penitus mixto. Hanc eandem positionem sequitur Seneca in Tra- gedia prima, cuius titulus est. Hercules furens, cum introducitur Theseus cum Hercule de inferis egressus Amphitrioni regi principatum inferorum, & habi- tudinem enarrare, cunctarumque animarum crucia- tus, vt patet in carmine sexto, quod incipit. Vtrum ne visus vota decipiunt meos. Hanc eandem posi- tionem tenet Ouidius Metamor. lib. 4. Idem autem omnes alij poetae expresserunt, qui proprie poetice locuti sunt.

Duo loca animarum post mortem, & quaedam de campis Elysijs. Cap. LXXXII.

EX dictis autem horum duo animarum recepta- cula post mortem manere patet. I. Purgatorium, & Paradisum. Primus quidem locus, in quo Virgi- lius caeteriq; poetarum animas pro flagitiorum men- sura puniti dicunt inferni dici nequit, eo modo, quo nos catholice loquentes infernum appellamus. In- fernum siquidem catholicorum vocat asseritio poe- nalem locum, in quo seueritate poenali animae in æ- ternum cruciantur remissione poenitus interdicta. Nullum tamen Virgilius locum assignat, in quo poe- nalis quaecunque acerbitas aliquando non terminetur. Nam cum illas stygias sedes animae subintrauerint vs- quequo iuxta scelerum mensuram poenarum quanti- tas exequetur, illic mancipatae sunt: cunctis autem veteribus maculis dignè sublatis ad campos Elysijs transmittuntur, vbi laetitia locus est: nulla namq; ibi irrogatur poenalitas. Secundus locus, quem anima- rum à corpore solutarum poeta receptaculum faciunt ad campos Elysijs pertinet, vbi animae in amenis vagan- tur locis cum delictorum condignas poenas eluerint. Hunc non iniuria quis Paradisum appellare valeret. Nam vt in Paradiso nos simpliciter quietem ponimus: ita isti quaedam in Elysijs campis constituunt, quae nos de Paradiso praedicamus. Nos enim eas animas, quas in caelo collocamus integram puritatem consecutas fuisse asserimus, nec in eis quidquam eluendum re- linqui, aut quouis purgandum modo. Animae tñ

Infernus fm Virgi- lium quo- modo dif- ferat à po- sitione si- delium.

Camporū Elysiarum à Paradiso differētia.

quantam in caelesti igne, vel aethere ponunt. Cum ve- ro per mille annos singulae in Elysijs campis perman- ferint, penitus depurantur: ita vt aethereum sensum, & simplicis aerae, igneaeque naturae puritatem susci- piant. Alia differentia Paradisi, quam fides catholica astruit à positione Elysiarum camporum est: quia q- semel in aeterna vita potitur, in ea super manet, qui in de stygijs sedibus secundum Virgilianam positionem in Elysijs transibant campos, ibi mille annis manen- tes instar puritatis caelestis ignis reducebantur: tunc in agmen magnū à Deo aduocati lethei fluminis aquas bibentes eorum, qui pertulerant oblit, ac si nūquam quidquam boni, aut mali pertulissent, in corpora redi- re desiderabant, atque redibant. Alia quoque huius

multa

Pytagore opinio de anima, & inferni po- nis.

Iuuenalis negat infer- num esse.

multae inter Virgilianam de campis Elysijs, & catho- licam positionem de Paradiso differentiae sunt, quas assignare facile esset. Causas autem quare poetae sin- gula horum dixerunt praecipue Virgilius, qui in his magis instat, & qualiter Virgiliana positio ad Platonice- cam reducatur speculati differentis considerationis negotium est: ideo à praesenti secludatur. Hanc autem Virgilianam positionem, & caeterorum poetarū de receptaculis animarum post mortem antiqui Phy- losophi inter Gentiles improbant. Pythagoras nam- que infernum, & poenas, aut gaudia post mortem esse negauit, asserens. Ita esse poetica signēta, & quae anima- semper transeant per corpora. Cuius positionē reci- tauit Ouidius Metamorphoseos 15. dicens.

O genus atonitum gelidae formidine mortis. Quid stygia, quid manes, quid numina vana timeis? Materiem vatum, falsiq; pericula mundi: Morte carent animae, semperq; priore relicta Sede: nouis habitant domibus, manentq; recepta.

Sed huius positio in praecedentibus improbata ex parte est. Alij tamen rationabilius in hac parte locuti positionem poetarum de receptaculis improbant. Sic enim Tullius primo lib. Tusculanarum quaestio- num eam improbat, atque apud omnes Philosophos eam asserit improbari. Vilipendit quoque, atque ex- probrat Iuuenalis Poeta Satyricus hanc positionem. Satyra secunda, quae incipit: Vltra Sauromatas libet ire, & glaciale. Cum ait:

Esse aliquos manes, & subterranea regna. Et contum & stygio ranas in aequore nigras, Atque vna transire vadum tot millia cimba: Nec pueri credunt, nisi qui nondum ore lauantur.

Animas ad Caelos euolare, & quaedam de dijs. Cap. LXXXIII.

ADDVNT autem poetae quorum praecedens positio extitit animas in Caelo esse. Has autem de stygijs sedibus, aut Elysijs campis ascendere non po- nebant, sed ex terra ipsa ferebantur in caelum nullo in- pediente. Hos autem, qui de terra in caelum ascend- runt Deos dicunt, viuentes in corporibus, & animab. Hos etiam stellas esse asseuerant. Quamlibet namq; magnam stellam, aut constellationem pluribus con- stantem astra Deum dicunt. Sed in his Deorum nu- mero stae trifariam fecerunt partitionem, quosdam selectos Deos, id est, multum electos appellantes: alios autem semideos, quia ex media parte dii sunt: tertij autem rustica numina appellantur. Primi autem, q- selecti, id est, seorsum electi, aut valde electi diceban- tur viginti duo erant, de quibus Seneca in multis locis. De his quoque tangit August. lib. 6. & 7. de Ciui. Dei. Hos enim Deos selectos diffiniunt, qui ex vtroque pa- rente dii sunt: genitor namque, & genitrix dii sunt, Deos namque selectos, atque per hoc maximos se- xuum commixtione, vt cunctis animalibus conuenit prolem gignere poete palam consentunt, & pferunt. De his Marcianus, Mineus, Foelix, Capella libro de Nuptijs Mercurij, & Physiologiae prosa prima. In se- cundo gradu Deorū Semidei ponebantur. Hi enim integri dii non sunt, sed ex dimidio Deos esse nomi- nis eorum origo prodit. Hoc autem, quia non exi- stit eis vterque parens Deus, sed vnum parētem Deū, alterum autem hominem habebant. Omnes autem huiusmodi Semideos Poetae primò homines mor- tales fuisse asserunt: postea vero in caelum ad astra trāsta- tos, ipsiq; in astra conuersos asseuerant. Sic enim Romulum Semideum dicunt, quoniam cum Martis,

qui Deus erat, filium, & Iliæ virginis filia Numitoris regis affirmant. Sed in hoc Romani Poetae nimis au- daci vrbis suae Romulo indulserunt. Nam Iliæ Ro- muli mater, cum virgo vestalis ab Amulio auun- culo suo effecta foret, vt ex ea nulla regnatura proles nasceretur, Numitori auo materno successura per stu- prum à quodam ignoto viro deflorata est: quam cum Amulius praegnantem reperisset, vsque ad partus effu- sionem conseruans, iuxta vestalium virginum anti- quam legem viuente tumulauit: parvuli autem in Tyberi expositi à quadam lupa nutriti sunt. Nè tamē Romani autorem suum vrbis, patris in natalibus de- fectum pati confiteantur, si eum ignoti cuiusdam viri filium praedicauerint, à Marte Deo bellorum matrē eius grauiditatem tradiderunt. De his tangit Paulus Orosius libro de Ormesta Mundi. Herculem quoq; Semideum dicunt, quoniam pater eius Iuppiter Deus extitit, mater tamē eius mortalis fuit. Alcmena vxor regis Amphitrionis. Idem de Perseo filio Iouis, & Danaes. Idem de Mercurio Iouis, & vnus de septem Phadibus, quae Maia dicitur filio. Alijs autem Semi- deis praepostera origo erat. vt earum patres mortales forent, matres autem deas habuissent. Sic enim Ae- neas filius Anchisē viri Troiani, & Veneris deę praedi- catur. Achilles quoque à Peleo, & Thetide genitus est. Peleum enim mortalem asserunt virum: Theti- dem autem matris deam, atque inter selectos compu- taram. Multi quoque in hunc modum de Semideis sunt. Praeter hos autem alij Semidei sunt, quos ex neutro parentum Deo natos dicunt, sed eos admira- bilium factorum gloriam supra caelos tollens vertit in astra. Sic enim multi in caelo stellificati referuntur. Sic septem Phades, quae alio nomine septem Athlan- tides nuncupantur à patre matreque mortalibus, scilicet, Arhlante, & Pleyone in caelo locantur antiquitas, quam septem stellarum constellationem vulgus se- ptem capellas vocat. Sic quoque septē hyades, quas Latine titulas appellamus, in caelo gentilitas colloca- uit, quas vulgato nomine proferentes, Gallinam cum pullis appellamus. Idem de Calistone, quae alio noīe parrasis dicitur: & de Archade filio eius in Septen- trionales conuersos vrsas. Tertium genus Deorum in rusticis numinibus collocatur. Horum autem q- dam in Caelo sunt: alij autem nequaquam. Eorum autem numinum rusticorum, qui caelestes mansiones non habent: quaedam aliquando in caelo, manebant, alia autem non, sicut declarauit Ouidius Metamor. lib. 1. cum de diluio Deucalionis incipiat, in quo Iup- piter vniuersam terram delere noluit, nè cum ea rus- tica numina, quae nondum in caelum peruenerant de- lerentur. Alia autem horum in caelo sunt, de quibus Marcianus, Mineus, Foelix, Capella in libro primo de Nuptijs Mercurij, & Physiologiae in prosa penulti- ma, vbi totum caelum in decem septem mansiones di- uidit, in quarum qualibet dii aliqui de rusticis numi- nibus morabantur. De his autem dicit, quod Iouis iussu corrogati sunt, vt deliberarent an Mercurij, & Physiologiae deberent coniugalia foedera copulari. De his dijs poetae innumera deliramenta confingunt, de quibus penitus subtrahisse expediens est.

Quaedam ad superiora attinentia. Cap. LXXXIII.

OMNIVM autem horum Deorum turbam, tã selectorum, quam semideorum, & rusticorum numinum gentilitas felicem fecit. Hi enim in quo- dam tertio loco, aut receptaculo erant, qui Paradisus dici possent. De his verò diffimile est ad animas, quae in Elysijs morantur campis: nam quae Elysijs campos tenent euoluta mille annorum rota ad Letheum flu- men

Romuli nauitas.

men agente Deo conuocantur, vbi hausto obliuionis poculo, omnium, quæ pertulerant immemores facti, in corpore redire desiderant, ac redeunt. Animæ autem, quæ super astra sunt, aut in astrorum conuersæ substantiam amplius in corpora reditura non sunt, sed in eisdem in æternum manent. Sicut autem prior Virgiliana positio à Phylsophis reprobatur, ita & ista improbanda est, quoniam manifestiores errores continet, si inspiciantur. Apud antiquos igitur, qui aliqd sapiebant, nulla præcedentium fouetur opinio. Nec enim contra vtramque argui expedit: nam cum ligde errores contineant, à seipsis arguuntur: in ea autem arguendo niti totastis conueniens est, quæ cum in re falsitatem contineant, veritatis tamen, aut probabilitatis cuiusdam gestant effigiem.

Opinio manifestè falsa nō indiget improbatōne.

Tully opinio de animabus, & de beatitudine. Cap. LXXXV.

INSPECTIS autem positionibus, quæ præefere, Tullius Romanæ eloquentiæ pater, qui tam in Rhetorica, quàm in Phylsophia satis floruit, qui & Phylsophorum antiquorum ferè nouissim⁹ extitit, ante Christi natiuitatem per annos non quadraginta defunctus: inquirens de statu animarum post mortem, animas immortales esse dixit, easque de conditione celestis ignis, ex quo omnia stellarum corpora sunt. Post mortem autem luteo solutæ carcere liberiores sunt in intelligendo. Leuitate quoque sua in cælos conscendunt, solari corpori, aut aliarum stellarū se orbibus coniungentes: & quia animæ de natura ignis celestis, (vt ipse opinatur) sunt, similia quoque à similibus adiuuantur, necesse est, vt animæ nostræ celestibus coniunctæ corporibus ad intelligendum aptiores sint, atque liberiores actum habeant. Ex eo autem eminentissimo loco terræ globum, & maris anfractus, & obliquas circulationes, atque aerearum regionum distensionem intuentur, & intelligunt cuncta, quæ sunt. In his autem perfectum Deorum gaudiū consistit, à quò nunquam sibi cessandum est, nec aliarum gerendarum rerum curas habent. De his Tullius lib. primo Tusculanarum quæstionum. Inter omnes autem in superioribus enarratas gentilium positiones, nulla est, quæ ita rationi, atque fundamentis catholicorum consentanea sit. Hæc tamen adhuc à catholica positione satis discors est. Primò quidem, quia nulla post defunctum mortem verus animabus eludendorum scelerum purgationem relinquit: ad participationem tamen fructus vitæ æternæ neminem catholica consentit positio, nisi eum, qui penitus ab his expiatus est. Secundò differt à positione catholica, quoniam catholicè loquentes in visione Dei beatitudinem collocamus, cum Deus summum bonum sit. Hic tamen Cicero in consideratione totius celestis globi, & elementaris regionis aspectu, atque perfecta negligentia felicitatem ponit, sed in hoc quamquam amplius aliquid sit, sufficiat tamen quod dictum est.

Marcianus, Mineus, Felix, Capella de beatitudine, & quædam de varijs dijs. Cap. LXXXVI.

MARCIANVS, Mineus, Felix, Capella profecto vir magni ingenij, qui in quibusdā poeta, in alijs autem purā, vt ipsi videretur, secutus veritatē de felicitate in quibusdā fidei catholicæ concordauit, aut (nec quidem poetico more, sed quantum ei intelligi datum est) totam mundi huius magnitudinem à summo cælorum cardine vsque ad terram multiplicium spirituum numerosa varietate repletam, ac distinctam fore, vt Physiologia Iuvene teste didicerit.

Toram nempe celestium corporum magnitudinem à summo vsque ad concantum lunaris globi in duas secuit partitiones. Nam à summo celi vsque ad solis orbem spiritus quosdam inhabitare dicit, qui corpora astrorum superiorum inhabitant, atque mouēt ignea natura fulgentes. Hos Deos celestes appellamus rerum ocularum catores, qui quoniam mundanarum rerum curam nullam gerunt, impassibiles appellantur. De his enim ait lib. de Nuptijs Mercurij & Physiologia in secundo profa secunda: illi, inquit, quos ignitæ substantiæ flammantisque suspicimus ab ipso ætheris: sphaeræque superioris ambitu vsque ad solarem circumlūm demeantes ipsi dicuntur dii, & celites aliās perhibentur, causarumque latentium arcana componunt: sunt enim priores, nec ad modum eos mortalium curarum vota sollicitant, apatheique perhibentur. Illic Iouem regnare certissimum est. Consequenter autem in secunda celestis globi partitione à solari regione vsque ad concantatem lunaris circuli trifarias spirituales substantias collocat: Deos. scilicet & genios, atque lares. Deos enim primos collocat in ipsorum astrorum latentes corporibus, atque in ipsa celesti vagantes magnitudine, quos dicit potestatem habere minorē eis, quos supra descripsimus, nec æqualiter esse foelices. Hos quoque; somnijs, & augurijs, & vaticinijs, & in animalium extis præfidere aiunt. Interdum etiam inquitentibus de occultis vocaliter respondere: interdū verò celesti significatione, vt in fulmine, aut comētis currentibus, vel alterius generis rerum manifestare latentia. Secundi autem in hac celesti inferiori regione genij sunt. Hos enim præfidere hominibus, & populis ait. Hoc pacto, vt cum quiscumque mortalium in lucem eruperit, ei genius addatur, qui spiritus quidam celestis est fideliter, ardentique commissum sibi custodiens, ei que conuenienter in agendis consulens. Hi enim custoditorum à se cogitationes superioribus enunciant dijs, qua ex re angelos. i. nuncios eos vocatos dicit. Hos etiam præfites à præfidendo vocati inquit, quoniam commissis sibi præfint. In hunc autem modum populis singulis, sicut & priuatis viris genios custodes à diuina superum potestate assignatos ait, qui facta populorum diligenter curent: hosque dicit à populis exorari, sicut à quolibet suis genius exorat.

In his quo spiritu ductus sit, vel an casu vera prorulerit, nescio: sed à Sacra Scripturæ definitione in his, quæ de genijs dicit, nihil delirasse constat. Sic enim Sacra Scriptura, tam noui, quàm veteris testamenti angelos personarum priuatarum custodes asseuerat, & ipsorum populorum, hæc eademque facere, quæ iste rettulit. Tertii autem in hac celesti secunda regione lares sunt, qui animæ fuerunt mortalium, quos meritorum excellentia ad eum duxit incolatum. Sunt enim istæ animæ purissimæ, quæ & interdum tanta puritate vigere queunt: vt Iouialem transcendant orbem. De his in eadem profa dixit: At infra solis meatum vsq; ad lunarem globum secundæ beatitudinis numina sub parisque potentia, per quæ tamen vaticinia, & somnia, atque prodigia componuntur. Hæc aruspicio exta phisiculant admonentia quedam, vocisque transmittunt auguratis loquuntur hominibus: plerumque enim quærentes admonent, vel syderis curtu, vel fulminis iaculo, vel ostētaria nouitate. Sed quoniam vniciquique Deorum superiorum singuli quique deseruunt, ex illorum arbitrio istorūq; comitatu, & generalis omnium præful, & specialis singulis mortalibus genius admouetur, quem etiam præfitem, eo quod præsit omnibus gerendis, vocauerunt. Nam & populi genio cum generalis poscitur supplicent, & vnusquisque gubernatori proprio dependit obsequium; idcirco que dicitur genius quoniam cum quis hominum

Dij genij dant in cu studiam hominum

Dij lares fuerit aæ mortaliū.

hominum genitus fuerit mox eidem copulatur. Hic tutelator fidissimisque germanus omnium animos mentelque custodit. Et quoniam cogitationum arcana superæ annunciat potestati, etiam angelus poterit nuncupari. Hos omnes Graui dæmones vocant. Apo tu Dæmonias, Latini Medioximos vocauerunt. Qui quidem omnes minus lucidè splendentique naturæ, quàm illi coelestes, sicut conspicias approbantur: nec tamen ita sunt corpulentij, vt hominum capiantur obtutu. Hi igitur lares hic post membrorum nexum degunt animæ puriores, quæ plerumque; si meritorum excellentia subuehantur, etiam circulum Iouis, & flammantia septa transilunt. Quòd autem animæ carcere luteo solute in superiorem cœli partem aliquando transeant, si magni meriti extiterint, idem Marcianus lib. 2. profa vltima indicat, dicens, Phylsophorum ibi esse numerositate, inquitens: Elementorum quoque præfides, angelicique populi pulcherrima multitudo, animæque præterea beatorum veterum, qui iam celi templa meruerant, gressus maiugenæ sequebantur. Linum, Homerum, Mantuanumque vatem redimitos, canentesque conspiceres, Orpheum, atque Aristoxenum fidibus perfonantes: Platonem, Archimendem, sphaeras aureas deuoluentes. Ardebat Heraclitus, Vdus, Thales: circumfusus athomis Democritus videbatur: Samius Pythagoras coelestes quosdam numeros replicabat: Aristoteles quoque per cœli culmina endelechiam scrupulosius requirebat: Epicurus verò mixtas cum violis rosas, & totas apportabat illecebras voluptatū: Zeno ducebat foeminam prouidentem: Archesilaus collum intuens columbium: multasque præterea palliatorum populus studijs discrepantibus distonabat.

Sciētiæ ac quisiq; remanent in animabus beatis.

De sectione sphaeræ actiuorum, & passiuorum. Cap. LXXXVII.

CVM autem Marcianus, Mineus, Felix, Capella totam superioris ætheris, & celestis globi capacitatem spiritibus distribuerit prælibatis: eam partē, quæ à cœlo lunæ vsque ad terram restat, in duas quoque sectiones bipartit. In prima iuxta lunarem circumlocat multitudinem, de quibus supra ex parte dictum est: hos enim Graui Aemicheos vocant, id est, ex media parte Deos, quos mortales aliquando fuisse asserit, ibique nunc eorum manere spiritus. Vocat autem semideos non ex eadem origine, quam supra tetigimus: nam non sibi conueniunt omnes Phylsophi, atque Poetæ. Dicit ergo semideos illos esse, quos quasi Dei quadam prouidentia ad viuensalem mundi vtilitatem geniti sunt, vt Hercules; qui monstram domuit, alij quoque, qui humanis negocijs artes quasdam necessarias aliaque perutiles inuenerunt. De hoc in prædicto libro secundo profa secunda, ait. De hinc à lunari circulo vsque ad terram quidquid interpretet intersticij proprii partitione discernitur: & ab orbe lunari interfusā medietas disperatur, sed superior portio eos, sicut conspicias, claudit, quos Aemitheos dicunt, quosque latino sermone semideos conuenit nominare. Hi animas coelestes gerunt sacrasque mentes, atque sub humana effigie in totius orbis commoda procreantur. His animas datus ex sempiternis ignibus, quæ sydera, stellatque vocamus. Qui quidem plerumque sui miraculo fidem fecere celestium, vt in hortu Herculis geminatæ noctis obsequium, serpentesque idem paruus oblidens vim numinis approbant. Tages sultis emicuit, & ritum statim gentis signumque monstrauit. Hamon apparuit cum cornibus arietinis, & vestimento lanino,

Quid Semidei.

atque stititibus vndam fontis exhibuit. Quid loquar eos, qui primi mortalibus vsum rerum maioraque commoda præstiterunt? vt vitem Dionysius apud Thebas, Osiris apud Aegyptios haustum vini: vsumque comperiens, frumentum Isis in Aegypto: Tritholemus apud Athicos docuere, eademque Isis Iui vsum, lementemque monstrauit: comminuentæ frugis, fartis fragmenta Pilumno signat Italia: ascribit Aesculapio Græcia medicinam. Alij quoque huius generis homines in diuinandi vsum, & prescientiam procreati, vt Carmētis in arcadia ab effuso per vaticinia carmine memorata est. Sibylla, vel Aerithrea quæque Cumea est, vel Frigia, quas non decem, vt asserunt, sed duas fuisse non nescis, id est, Erophilam Troiani Marmensi filiam, & Symachiam Hypothenis filiam, quæ Aerithrea progenita, etiam Cumis vaticinata est. Ex hac diuinandi possibilitate Amphiarus, Mopsusque celebrati.

Inuētores nouarum rerum.

Quadam de animabus, & de dijs ad superiora attinentia. Cap. LXXXVIII.

AD secundam autem aeræ regionis partem, quæ à media aeris parte protena terræ contermina sit: Aemitheos, & Manes, atque heroes idem Marcianus ponit. Non enim omnium semideorum, quos Graui Aemitheos memorant, eadem excellentia est, ideo & si quidam coniunctam lunari orbi portionem assumpserint, alij tamen minoris meriti secundam, quæ terræ propinquior est, partitionem possederunt. Hic quoque heroes sunt, quos quidam spirituales valde, atque aereos viros appellant, humanam profus in virtute conditionem supergressos, à quibus moraliter loquentes virtutem heroicam appellamus, de qua Aristotelis Ethicorum libro septimo: Marcianus tamen eos heroes à terra vocat, quoniam hi spiritus sunt, qui in terrenis corporibus aliquando fuerunt. Addit autem, & in hac regione manes esse, qui animæ sunt, quas dicit ibi esse antequam humano corpori vniantur. Hos manes dicit, in commixtione viri & foeminæ misceri semidibus, eoque corpora vegetare. In quo isti altruant omnes animas hominum ante corporum formationem præfuisse in aerea regione, sicut quidam de nostris arbitrati sunt, omnes animas à Deo simul fuisse creatas, & postea successiue in formatione corporum eisdem admisceri: sed hoc falsum in superioribus quoque improbatum est, cum de positione Pythagorica ageretur. Hæc autem animæ manes vocantur: quia de parentum semibus manant: nam cum semibus commisceantur, cum deciduntur, ex eisdem manere perhibentur. Cum autem à corpore animæ ista solutæ fuerint, quædam Lemures dicuntur: alia verò larvæ perhibentur, ac manæ: nam si bonæ in corporibus fuerint, cum ab eisdem recesserint manes, & agathos eas dicimus. Si verò morum prauitate in corporibus peruertantur, larvæ vocantur, & cachodæmones, & sicut viuentes in corporibus delectantur, ita post mortem gaudent in eisdem. De his in eadem profa ait. A medietate verò aeris vsque in montium, terræque confinia Emethei, heroesque versantur, qui ex eo, quòd terram heram veteres dixere, heroes nuncupati, ibique manes, id est, corpori humano præfules attribuit, qui parentum semibus manauerunt. Denique hæc omnis aeris à luna diffusio sub Plutonis potestate consistit, qui etiam Summanus dicitur, quasi summus manium: hic luna, quæ huic aeri præest proserpina memoratur. Verum illi manes, quoniam corpori suo illo tempore tribuuntur, quò sit prima conceptio, etiam post



post vitam hisdem corporibus delectantur, atq; cum his manentes appellantur lemures, qui si vitæ prioris adiuti fuerint honestate, in lares domorum urbiumque vertuntur. Si autem deprauantur ex corpore, larvæ perhibentur, ac mania. Manes igitur hic tam boni, quam truces sunt constituti: quos agathos, & cacheridæmonas memorat Græca descriptio. Sant autem præter dicta spirituum genera quidam alij, qui circa ipsum terræ globum in aere quodam detinentur: circa terram namque aer repercussione radiorum eleuatorum calefit, & eleuatione humiditatum quarundam ingrossatur: ex quo claufulis, & turbidus fit. Multæ autem animarum à corporibus egressæ cum æthereas sedes petere enitantur, turbidi aeris madore, & calore inuoluuntur: vbi secundum Iudicij Platonis, qui Beionis, aut Vedius, idest, malus Iuppiter, aut malus Deus dicitur, arbitrium puniuntur: vnde Poetarum originem posuit sumpsit animas in flegetonte torqueri, scilicet, in fluuio quodam ardenti. De his in eadem prosa ait. Circa verò ipsum terræ circum aer ex calore supero, atque ex halatu madoreque infero turbidatus egredientes à corporibus animas quodam fluenti aestu collidens non facile paritur euolare: hincque tractum Pyr Phlegetonta solertia poetica aduibrationis alludit, atque in eo perhenni strepitu volutata colliditur animarum, quas Vedij adiudicari impietas. Pluto, quem etiam Ditem, Veionemq; dixere. Hic enim est in generali animarum status secundum positionem Marciani, quam ex superioribus profecti sumus. Præter hos autem, & ipsos viuentes homines, qui nondum statum suum habent: quoniam viatores corruptioni appropinquantes sunt, inter viuentes sunt, quorum terra secundum Marcianum, & Gentiles Poetas plena perhibetur, ipsaque terræ secreta, quæ hominibus sunt, penetrant. Quorum quidam in montibus, alij verò in lacubus, & fluminibus habitant, ad quos etiam Nymphæ, Driades, Onreades, & Naiades, atque Mapeæ pertinent. Hos enim Gentilitas Panes, Satyros, Faunos, & Nymphas vocat, atque Syluanos. Quidius autem r. lib. Metamorph. ad Deos ista pertinere dixit: sed ea rustica numina appellantur, de quibus dicit, qd ad tæpus in terra manent, postertius autem in Coelum transferrentur. Nam vt Marcianus ait, mortales sunt, quanquam longo tempore viuant. De his enim idem Quidius ait:

*Sunt mihi Semidei, sunt iusticia numina Nymphæ,  
Fauni, Syluanique, & Monticole, Satyrique;  
Quos quoniam nondum Cæli dignamur honore,  
Quos dedimus certe terras habitare sinamus.*

De his dicitur, quod quanquam post longa tempora moriantur: diuinandi tamen, & nocendi, atque incurfandi, præsentendi que potestatem habent. De his Marcianus eadem prosa ait: Ipsam quoque terram, qua hominibus inuia est referunt longeuorū chori, qui habitant siluas, nemora, lucos, lacus, fontes, ac finuos: appellanturque Panes, Fauni, & satyri, syluani, nymphæ, fatui, fatuæ, vel fantuæ, vel etiam fanæ, à quibus sana dicta sunt, quod soleant diuinare. Hi omnes post prolixum æuum moriuntur, vt homines: sed tamen & præsciendi, & incurfandi, & nocendi habent præsentissimam potestatem. De his autem quanquam Marcianus non expresserit quid post mortem habituri sint: Quidius tamen dixit, eos in cælum transferendos. Addit quoque idem Marcianus de illo vero Deo, qui coeterorum Deorum, & rerum pater est, felicissimum esse: eiusque diuersam valde fore beatitudinem ab ea, quam coeteri minores dij, & homines, & alij spiritus sentiunt: eumque nullo cœlestis magnitudinis teneri loco. Sed vltra ipsam

extremi cæli magnitudinem, quodam empyreo, vel spiritali cælo teneri asseruit. Hic enim est, à quo rota rerum machina mouetur, atque defenditur in suo manens cursu. De quo in eodem libro secundum profa vltima Marcianus introducens Physiologiam orantem, ait: Ipsam verò, quæ ambitum cohercet vltimū, speram miris raptibus incitatum, poloque, & axem ex cœli summitate vibratum profundam transicare terram, atque ab ipso rotam cæli molem, machinamque torqueri tanti operis, tantaque rationis patrem: Deumque non nesciens ab ipsa etiam Deorum notitia secessisse: quoniam extra mundanas beatitudines eum transcensisse cognouerat, empyreo quodam, intellectuque mundo gaudentem iuxta ipsum extimi ambitus murum innixa genibus, ac rota mentis acie coartata diu cum silentio deprecarur. Ex his ergo inductum patet quid Marcianus circa omnium spirituum beatitudinem, aut miseriam, siue in corporibus mortalibus, siue in mortalibus sint, aut profus à corpore absoluti. Quam positionem an vera sit inuestigare non expedit: nam & si in quibusdam rationi adhærere conatur, saltem in mō eorum, tamen quæ dicta sunt plurima falsa necessariō sunt.

*De locis animarum corpore solutarum catholicè hic agitur.  
Cap. LXXXIX.*

SED quoniam iuxta Aristotelē nostrum Ethicorum libro primo: omnes perferutari opinionones fortassis inutile erit. Sufficiens autem ad eas intendere, quæ veritatem magis habere videntur. Cum ergo de varijs famosioribusque antiquorum positionibus circa statum animarum corpore solutarum dictum sit: fortassis intempesium non erit ad veritatem catholicam accedere, quid de his diffinierit locis. Et quoniam in tribus locis, de quibus inquirebatur infernum priorem esse dicimus: de eo prius inquirendum est. In cuius assignatione circa locum plerisque occurrit dubitatio, quibusdam eum in aere: alijs in cælo, alijs alibi collocantibus. Iuxta quod sit vna conclusio, scilicet, infernus, quem statuit positio catholica conuenienter poni inquit in regione ignea, idest, quod infernus in regione ignis esse non potest. Nunc varijs tam Poetarum, quam Gentilium Philosophorum positionibus ex parte tactis, & ex parte discussis: ad eam, quæ catholicorum est, accedimus. Omnes namque, qui Phyllophantes, aut Poeticè loquentes in hac parte de suo expresserunt, nihil à Deo illustrati veritatem, quam catholica positio statuit, pertingere nequiverunt. Quæ si ad alias positiones Gentilium Phyllophorum, & Poetarum conferatur ablato omni fidei fundamento, & diuina in hac re aliqua declaratione, & auctoritate sola naturali ratione in vtriusque inscripta apparet hanc coeteris rationabiliorem fore. Et si omnes præpositæ positiones, singulaque alia quas naturali ratione homines excogitare, & statuere valerent in vnum collata alicui viro magni iudicij præsentarentur, qui in nullam earum differentius; quam in ceteras affectus foret, proculdubio rationabiliorem assereret catholicam positionem. De vilissima turpissimi, atque insipientis Mahomeri fati rudi positione quantum ad vitam æternam dicere non attinet: nam ipsa euidentissimè irrationabilior est omnibus Gentilibus, atque Poeticis positionibus superius enarratis. Catholici autem tractatores tria animarum receptacula principalia esse ponunt, quanquam post hæc alia quoque sunt. De his autem dubitari nequit, quoniam teste ipsa Sacra Scriptura confirmantur, scilicet, Gehennæ supplicia, & purgatorias sedes, atque inuisa gaudia Paradijsi.

Primus

Primus horum locorum est Gehennæ receptaculum, A In aere autem caliginoso ista conuenienter sunt, cum vbi incendia magna, atq; frigora, aliaque variarū genera poenarū sunt, quæ nobis inexcogitabiles sunt: iuxta Virgilianam assertionem in sexto Aeneidos, cum dicitur.

*Non mihi si centum linguæ, oraq; centum  
Fereæ vox, omnes scelorum comprehendere formas,  
Omnia poenarum percurrere nomina possem.*

In hoc animarum receptaculo demones sunt, qui angeli secundum naturam sunt, sed malitia sua demones, aut diaboli nuncupantur. Hi æternis supplicijs mancipati sunt. Hic quoque indefinites poenæ sunt, & est iste locus vnicus ad poenas separatus ab alijs locis distinctus, nec vbi que, vt aliqui extimaerunt, dicentes animas æternis incendijs traditas ibi puniri, vbi peccata commiserunt. Hoc tamen stare nequit: quoniam contingit, quod aliquis in multis locis peccauerit: ergo in multis locis deberet simul puniri, sed non contingit eandem animam in multis locis simul posse puniri: ergo non punitur in locis, in quibus peccauit. Nisi fortassis dixeris, quod anima punitur pro quolibet peccato in loco, in quo deliquit, sed punitur in vno loco, in quo deliquit pro peccatis, quæ ibi patrata sunt: deinde in alio loco pro peccatis, quæ ibidem facta sunt, quo pacto in singulis locis, atque in omnibus punitionem ibidem patrorum recipiet peccatorum. Hoc tamē adhuc stare nequit, quia pro quolibet mortali peccato debetur poena æterna: ergo cum inceperit in aliquo loco anima puniri, in quo deliquerit, quia pro quolibet mortali æterna poena debetur, ibi æter naturaliter punietur, & sic non transibit, vt puniatur in alio loco, in quo deliquit: ita vt impossibile sit eam in omnibus locis, in quibus deliquit puniri. Item si daretur, quod aliquis condemnatus in aliquo loco puniretur pro peccato, quod ibi commisit, quouique perueniretur ad vltimum peccatum, cum peccata cuiuslibet hominis, quæquā multa sint, tamen finita secundum numerum sint, tūc quæretur, an pro illo vltimo puniretur æternaliter, aut nō: si autem dicamus, quod puniatur æternaliter, erit inconueniens: quia pro quolibet illorum fuit punitus homo vsque ad perfectarum poenarum perfolutionē, & tamen pro nullo eorum, nec pro omnibus simul sumptis fuit punitus æternaliter, ergo nec pro isto vltimo punitur, sicut pro quolibet aliorum, sicut poena cuiuslibet aliorum, & omnium simul sumptorum est poena temporis finiti, ita huius vltimi poena finita erit. Et sic dabitur, quod illi, qui i inferno sunt, æternaliter non puniantur, quod prorsus catholice obuiat assertioni: non est ergo idem locus punitionis, & delicti. Si autem aliquando (quod rarum est) aliquas animas æterno mancipatas igni per diuersas terrarum, atque maris, & aerearum regionum loca poenastolerare cognouerimus, hoc regulare non est, sed ad quoddam mysterium vtilitatis vuentium est, vt hoc cognito aliquid in viuentibus permutteretur. De hoc Grego. Dialog. lib. 4. Dicendum est igitur eos, qui in mortali culpa decesserunt æternis poenis esse subiectos in quodam receptaculo ad hoc specialiter determinato, quod à nobis latinitatis more infernus appellatur.

*Quædam de Inferno. Cap. XC.*

SVPPOSITIS autem, quæ in præcedentibus dicta sunt. Inferni locum non vbi cumque; peccatum fuerit esse, sed aliquem esse determinatum locum ad hæc penalitates, adhuc à quibusdā satis deliratum est. Quidam namque hunc poenarum vnicum locum in aere caliginoso esse voluerunt: quorum aliquale videtur esse motuum, quā infernus poenarum locus est.

Infernus est  
ipsa ignis,  
& aere caliginoso.

In aere autem caliginoso ista conuenienter sunt, cum locus ipse penalitatibus adaptetur. Est enim ibi caliditas nimis afflictua in gradu excessiuo, quod infernali loco competit: qualitates namque actiuæ, & passiuæ sunt organa, siue instrumenta quædam substantiarum agentium, & patientium. Hæ autem omnes actiuæ & passiuæ qualitates secundum positionem omnium de natura loquentium quatuor sunt. scilicet caliditas, & frigiditas, humor, & siccitas. Harum duæ scilicet caliditas, & frigiditas sunt magnis actiuæ. Aliæ autem ad patiendum magis directæ sunt, quàm ad agendum cum duabus prioribus cōferantur. Infernus ergo ibi esse propriè debet, vbi istæ duæ in gradu intensissimi sunt, & quia intensissimus calor in elemētō ignis est. Excessiuum autem frigus in aerea regione in aere caliginoso, videbitur alicui non inconuenienter dictum infernum in ignea, aut aerea esse regione. Fuit autē huius positionis origo. Quidam enim volentes Platonice inniti positioni cum ipso Platone sanxerint totam machinam mundialem ex quatuor constitui elementis, ita quod præter quatuor elementa, & formata ex his corpora, quæ elementata vocamus, nihil in tota corporum vniuersitate esse. Quo pacto ipsos cœlestes orbes, atque astrorum corpora elementares substantias crediderunt: vnde Cœlum substantiam igneam dixerunt, & astra corpora esse ex igne constantia purissimo. Demonstrat enim hoc cœli nomen. Cœlum enim apud Poetas, atque alios antiquos etiā doctissimos scriptores æther dicitur. Aether tamen ex sua primaria origine ignem notat. Et quia secundum astrologicam, atque notam fati positionem planeta distemperatio in caliditatis influxu Mars est in Coelo Martis puriorem, atque viuatiorem constituent ignem. Addiderunt quoque flegetonem fluuium, qui ab omnibus Poetis apud inferos esse asseritur, atque ardens, & vrens ex Græca origine interpretatur Cœlum Martis esse, ex quo inferunt inferorum loca ipsius Celi Martis esse quædam receptacula. scilicet in medio, & viciniori loco igneæ regionis. Hanc (vt quidam referunt) tangit positionem Marcianus, Fœlix, Capella libro primo de Nuptiis Mercurij, & Physiologiæ prosa prima distinctione secunda prosæ, quæ incipit: Verum eosdē amnes diuersicolor fluentorum vnda raptabat, vbi de planetarum conditione agitur. Hæc tamen Marciani intentio non est, quin potius flegentem quid poetica obliquatione adoptum esse dicit, iuxta terræ circum in ipsa propriè regionis aereæ prioris particula ponit, dicens, iuxta terram ex calore superiori aërem calefieri quodam quoque eleuato à terra madore obnubilari, ita vt humori calor mixtus fluctu quodam sit. Cum autem animæ corpora egressæ superioris Aetheris partes petere enitantur, nubiloso quodam, atque madido aestu fluctuantes feruntur, nē transeant, ibique eis tam diu poena est, quam diu Pluto animarum Deus adiudicari. De hoc libro secundo de Nuptiis Mercurij, & Physiologiæ prosa secunda ait: Circa verò ipsam terræ circum aer ex calore superiori, atque ex halatu, madoreque infero turbidatus egredientes à corporibus aias quodam fluenti aestu collidens non facile paritur euolare: hincque tractum Pyr flegetonta solertia poetica aduibrationis alludit, atque in eo perhenni strepitu volutata colliditur animarum, quas Vedius adiudicari impietas, idest, Pluto, quem etiam Ditem Veronemq; dixere. Illa tamen, quæ prædicta sunt stare nequeunt: quoniam præsupponunt cœlestia corpora ex elementalimateria esse, quod in doctrinam omnium Phyllophorum militat præsertim Aristotelis, & Perypateticorum. Identidem quoque contra catholicorum doctorum positionem. Item hoc patet vitiosum, quoniam

Cœli esse  
substantiam  
igneam.

Flegeton  
fluuius à quibusdā dicitur  
Cœlum  
Martis.

Dij siluestres.

quoniam corpora celestia incorruptibilia tam secun- dum partem, quam secundum totum omnes con- corditer astruunt: elementalia tamen corpora cor- ruptibilia sunt: ipsa namque elementalia corpora quan- quam secundum se tota nulla corruptione patiuntur, ne aliqua desit de partibus principalissimis vniuersi, secundum partem tamen corrumpuntur. Si igitur Coelum, aut elementum, aut elementatum corpus esset, ideo aliquam causari corruptionem necesse erat, nullam tamen corporibus celestibus peregrinam ad- uenire concedimus impressionem: ergo nec elem- tum, nec elementatum est. Amplius autem non co- uenit ista positio quantum ad id, quod dicit. scilicet infernus sit in corporibus supracoelestibus: nam infernus maioris summi locus est: non decet igitur, quod sit in in- cundiori, atque perfectissima orbis parte, sed in ea, quae imperfectior, atque ad infligendum poenas apta. ut ipsa loci facies, atque qualitas seipsa errorem quen- dam, atque timorem incutiat. In corporibus autem celestibus horum nihil est, cum illa sint perfectissima in tota naturae vniuersitate. Non congruit ergo, ut in corporibus celestibus inferorum locum asseratur. Alia aut rationes induci possent, de quibus suffecerit.

Infernus non est in aere caliginoso. Cap. XC I.

QVAEMADMODVM autem quidam de- lirantes in ignea regione, atque coelestibus corporibus inferorum locauerunt sedes: H ita & quibusdam visum est ad hoc caliginosum aere conuenire, quod stare nequit. Sit igitur conclusio. Locus eternorum suppliciorum, qui infernus dicitur, in aere caliginoso nequaquam statuitur. Sensus hu- ius est, quod infernus poni non potest in aere caligi- noso: De caliditate enim excessiua, quod in igne po- neretur supra dictum est. Nunc autem de frigiditate, quae secunda qualitas in aere ponitur, dicitur, quod ipsa in aere caliginoso excessiua sit, scilicet, quod in toto vniuerso non sit tanta frigiditas, quanta est in aere caliginoso: infernali autem loco competit aliqua qua- litas nimis afflictiva, qualis est intensa frigiditas in gra- du excellenti: ergo in media aeris regione, scilicet, in aere caliginoso est. Ista enim media aeris regio ex- cessiuam totius naturae rerum continet frigiditatem, non quidem ex natura aeris: quoniam aer secundum se calidus, & humidus est. Principatus autem frigori- ris secundum naturam in elemento aquae est: aer ta- men frigidior actualiter, quam aqua est. Hoc autem patet, quia nix frigidior est aquatico elemento: niuis tamen generatio in aerea regione est, & non in aqua. Oportet ergo locum, in quo niues gignuntur frigidio- rem esse loco, in quo aquae sunt. Item grandines, & lapides magni geniti per meteoricam impressionem frigidiores sunt aqua. Oportet ergo, ut locus ille, in quo gignuntur, frigidior sit, quam aqua: quoniam id quod gignitur attrahit praecipue virtutem a loco ge- nerationis, cum ab omnibus ponatur locus generatio- nis, tanquam principium rei genitae, & hoc, quia geni- tum gignitur in loco in virtute influentiae receptae in loco, in quo fit generatio: sed omnia haec in aere gi- gnunt, ergo frigidissimus locus est aer per cuius actio- nem res tam frigidae generantur. Item si aqua esset frigidior aere, esset in medio sui frigidior, quam in aliqua sui superficie, tam superiori, quam inferiori, cum in medio non habeat mixtionem cum aliquo alio elemento. Nec cum terra, nec cum aere. In superiori namque superficie aqua aeri coniungitur: in inferiori autem terrae per- miscetur a quibus ad aliquam extraneam qualitatem perducitur potest, quod in medio fieri nequit. Sed hoc falsum est, quoniam frigidior est aqua in superficie

Aer caligi- nosus est fri- gidissimus.

Niues ge- nerantur in aere.

Locus est principii generatio- nis.

F Superiori, qua aeri coniungitur, quam in medio: ergo non est frigidior aere. Hoc apparet quoque tempore magna hyemis, pisces fugientes superiores aquae partes propter nimiam frigiditatem in ima petunt, vbi tanta frigiditas non est quanta in parte superiori. Item inter omnia frigidissima, quae in vniuerso sunt: aqua gelida. ipsum gelu frigidissima est: gelu tamen non gignitur in aqua ex virtute actiua aquae, sed propter actionem aeris, est igitur frigidior aer aqua. Quod autem gelu virtute actiua aeris, & non aquae generetur apparet: quoniam si propter aquam fieret, in medio aquae gelu prius, quam in superiori superficie gigne- retur: in medio namque aqua purior est nulli extra- neo commixta elemento, scilicet, nec aeri, nec terrae. G Fieret igitur, ut gelu prius in medio aquae, quam in alijs partibus gigni inchoaret, ita ut parua crusta fieret: deinde paulisper concretescens usque ad superficiem aquae perueniret vbi aeri coniungitur. Poenitus ta- men e contrario fit: nam cum aqua incipit congelari, in superficie eius, qua immediate aeri coniungitur quaedam parua crusta gelidarum aquarum fit: deinde continuis versus profundum adaugetur incrementis quousque tota aqua gelida fuerit: imò tota gelu facta: aerem igitur, a quo in aqua intenta causatur fri- giditas, aqua frigidior esse necesse est.

Gelu ge- neratur vir- tute aeris, & est frigi- dissimum.

Aer est frigidior terra. Cap. XC II.

SICVT autem aerem aqua frigidior esse in- ductum est, ita identidem de eius collatione ad terram dicitur, scilicet, eum maiorem continere fri- giditatem, quam in terra sit. Si enim terra frigidior aere esset, cum aqua gelida fiat ex actione magni fri- goris, necesse esset, ut magis terra frigiditatis aquae gelidam efficeret, quam aer, quod falsum est: nam aer gelu in aquis causat, & non terra. Quod apparet, quia si terra gelidas aquas efficeret cum omne naturale agens agat in ea, quae propinquiora sunt, quia actio per contactum est iuxta Aristo. 2. de Generatione, & Cor- ruptione inciperet aqua gelida fieri ab ea parte, qua immediate terrae coniungitur, scilicet, in inferiori su- perficie, & continuis incrementis usque ad superiorem aquae superficiem, in qua aeri coniungitur, perueniret. F contrario tamen accidere semper manifestum est: nam cum aquas gelidas quiscquam fieri conspexerit, primo a superiori superficie aquae, vbi aeri coniuncta est crustula quaedam gigni videbit, quousque adaucta frigiditate agente continue aequae partes congelen- tur usque ad imum. Necesse est igitur consite- ri aerem aqua, & terra frigidior esse, & consequen- ter aerem esse frigidissimum, quod in tota rerum vni- uersitate sit: quanquam ei a complexione sua nulla ei frigiditas insit, sed calidus, & humidus est. Modus autem, quo aer, cum non sit secundum naturam fri- gidus, sed calidus, & humidus tantum infrigidetur, ut sit frigidissima rerum, est, quoniam secundum co- mune, & directam naturae actionem calida calefa- ciunt, frigida autem infrigidant, humida humefaciunt. Siccorum autem actio est desiccare. Est autem alius actionis modus, quo frigida calefaciunt, & calida fri- gefaciunt. De humidis autem, & siccis idem iudicium est. Iste secundus modus actionis est a Arist. in lib. Meteoro- rum vocatur per antiparistasin, quasi actio ex contrario- rum resistentia. De hac autem actione multa in natura exempla patent: velut si quis valde frigidam manus ha- buerit, cum eas primo ad ignem applicuerit, acriorem frigiditatem sentiet, quam antea eas applicuisset: hoc igitur modo caliditas frige facit. Huius causa est, quia co- traria naturaliter in seipsa agunt, & a se invicem rugiunt. Cum autem aliquis nimis frigidus igni se applicat, caliditas

Aer cum ex sui natura sit calidus & humidus, unde fit frigidior omnibus.

caliditas in frigiditatem agit, ut ea destruat. Frigiditas autem in seipsam coniungitur, ut ei resistat, cum ali- qua virtus vel qualitas coniungitur, fortior est seipsa diuisa, iuxta communem regulam in natura: omnis virtus vnita fortior est seipsa diuisa: unde necessarium est fortiorem esse illam frigiditatem cum ei caliditas magna coniungitur: quocunque enim qualitas actiua tunc fortiorem actionem habet cum ipsa fortior est. Necesse est igitur, ut magis frigeat, qui nimis frigidus existens igni accedit, quam antequam applicetur, & ibi cum primo adiunctus fuerit magnum sentit cru- ciatum, cum intensissime agat frigiditas recedens a ca- lore ignis. Propter quod interdum accidit, ut qui in al- pibus magnam frigiditatem susceperit, cum ad ignem fortissimum applicetur, manus ei, aut pedes cadant a reliquo diuisa corpore: quod non accideret cum in ma- gnis alpium frigoribus ille consisteret, nec accidisset si vltimus permanisset: quia hic reperculsa frigiditas a calore igneo fortior efficitur. Et cum sit proprietas ignis constringere, & a maxima frigiditate constrictio ma- xima consequatur, tanta partium frigiditas constrictio fiet, ut abinvicem se iungantur, & sic manus, aut pedes cadant a reliquo diuisa corpore. Aliud autem simile huic exemplum patet, scilicet, quod frigiditas calefaciat, quod in fabris apparet, qui volentes intensiorem facere ar- dorum carbonum ignitorum, super eos aquam gut- ratim spargunt, & tunc maior quam praefuerat ignis insurgit. Causa autem huius est, quia cum aqua super carbones iacitur, calor in seipsam colligitur, & angu- statur: ne superueniente frigiditate vincatur, & quia virtus vnita maior est seipsa diuisa, fortior calor efficitur, & acrius exurit. Multa his similia in natura exem- pla sunt. Iste modus actionis per antiparistasin est, quo niues, & grandines, fulmina, & fulgura, caetera quo- que Meteoricæ impressiones causantur. De his Ari- sto. in libris meteororum.

Fumositates non ascendunt vsque ad extremitatem aereae regionis. Cap. XC III.

NUNC autem dicendum est, quod regio aeris tenet a superficie terrae, & aquarum usque ad igneam regionem. Ad hanc autem regionem ascendunt de- terra, & aquis multa exhalationes, atque vapores diuer- sarum qualitatum, quorum quidam humidi, alij sicci sunt. Hoc autem quia sol calore suo subtiliat, & dige- rit has fumositates, & incorporatus illis eleuat eas in aeream regionem: non possunt tamen istae fumosita- tes vaporum, aut exhalationes surgere usque ad igneam regionem ad extremitatem aereae regionis. Quod tri- pli ratione factum videtur. primo quia nequeunt fumositates istae ad regionem igneam accedere: quia cum fumositates istae terrae sint, quanquam non sint terra, nec partes terrae: retinent tamen quandam terre conditionem in grauitate, ideo eis locus alicuius gra- uitatis competit. Sphaera autem ignea, & extremitas aereae regionis loca summa leuatis sunt: non igitur poterunt competere istis fumis eleuatis a terra. Secun- da autem causa harum, quia qualitas istarum fumosi- tatum est contraria ad qualitatem sphaerae igneae: & ex- tremis aereae regionis: nam conditio harum fu- mositatum est, quod humidae sint, ut in plurimum: aut siccitatem quandam terrestrem habeant cum fri- giditate. In extremitate autem regionis igneae, & aereae caliditas magna est. sed contrarij ista lex est, ut cum- mutuo se expellant, in eodem subiecto esse, aut loco non possint: non poterunt ergo haec fumositates terre- stres in regione ignea, aut extremitate aereae regionis apud ignem consistere. Tertia in his causa est, quonia- istae fumositates non sunt directe elementa, aut elemēta.

Alph. Tost. Parad.

ta, sed quaedam impuritates elementorum, potissime ipsius terrae. Conditio autem ignis est omnes impuritates consumere, & quolibet res seipsam conseruare cupit, & mortem perniciemque deuicit, ut ait Boetius de consolatione lib. tertio, prosa. vndecima: necessarium est, ut ista ab extremitate, & confinio aereae, & igneae regionis fugientia alium locum inferiorem te- neant. Hoc autem est, quia isti vapores a terra eleua- ti manent super terrae superficiem in ipsa aeris regione. Fit enim ista eleuatio per radios solis reflexos, vel inci- dentes. Hos enim radios in corporibus radios di- stinguimus.

Cuiuslibet astri radij sunt duplices. Cap. XC IIII.

IN quo succinto sermone supponendum est, solis, & cuiuslibet astri duos esse radio- rum modos, scilicet radios incidentes, & directos, & radios reflexos, & obliquos. Primi sunt qui directe veniunt a corpo- re solis, vel alicuius astri usque ad terram, quam non pertranseunt propter compactam soliditatem: hi ab aetris venientes usque ad terram nullo medij obiectu constringuntur, nec reflectuntur. Incidentes autem radij sunt, quia in aliud cadunt iuxta nominis sui ori- ginem, scilicet ab aetrorum corporibus super terram incidunt. Secundi vocantur radij reflexi, & obliqui: hi sunt, qui a terra consurgunt. Cum enim in terra inci- derint radij directi aetrorum, quia illa est densa, non va- lent pertransire, sed surgunt ex ipsa in aerem resilien- tes. Sic in omnibus rebus duris esse videtur: nam si la- pis lapidem, aut ferrum tetigerit, confestim inde di- scutitur, atque resilit. Hos autem radios quos reflexos appellamus, esse apparet, quia si ponatur vas aliquod magnum aqua plenum ut lebetes, vel pelues, aut calda- ria ad solem, & sic iuxta aliquem parietem, ad quem ante radij nulli solares pertingebant obiecta aliquarum mediarum rerum: ex illa aqua radij resiliunt tangen- tes, & illustrantes parietem, ac si in eum solares radij inci- derent. Sed isti non sunt radij directi, & incidentes, est sol directe illum parietem tangere non possit, & ante hoc non tangebar: sed nunc videntur ex appositione et aq- in qua fiat reflexio. Necesse est igitur praeter radios esse, & reflexi nominentur. Non enim possumus dicere illos esse radios incidentes: quia incidentes radij sunt, qui in aliquam rem solum incidunt. Nullus ergo istorum re- surgit: sed qui reflexi nuncupantur. Cum igitur fieri debet aliqua eleuatio fumositatum terrenarum, fieri nequit a radijs incidentibus: nam cum ipsi in aere non re- surgant, irrationabiliter dictum videtur, quod aliqui eleuentur ad aeream regionem. Secundi igitur radij reflexi sunt qui aliquid in aere eleuant, & ad hos pertinet fumosi- tates exhalationum, & vaporum ad aeream subtilian- do eleuare regionem, & quantum isti radij surgunt, tantum secum eleuant terrenas fumositates. Et quia in ver- nali, & aestuali tpe radij isti reflexi magis eleuantur: cum radij incidentes sint directiores propter multum ad nos appropinquare solem versus perpendiculararem, ele- uabunt magis terrenae fumositates versus igneam sphae- raem regionem elongate a terra multum. In tempore autem hyemali sunt istae fumositates exhalationum, & vaporum propinquiores terrae: quia praeter humiditate temporis grossiores sunt, atque poderosiores, & radij solis nequeunt eas multum eleuare. Et hoc potissime quoniam sol in hoc tempore multum declinat a nobis descendens a perpendiculari: & cum sint radij inci- dentes modicum directi, sed quasi veniunt a latere radij reflexi, modicum insurgent, paucumque eleua- re valebit has terrenas fumositates.

Quo cau- sent radij reflexi.

Radij inci- dentes.

Eleuatio vaporu a quibus ra- diis fiat.

N Totius

Totius aeris regionis tripartitio. Cap. XCIV.

His autem suppositis necesse est totam aeream regionem tribus partitionibus, quanquam non æqualibus, distributam fore, quæ secundum Philosophos interstitia appellantur. Harum autem portionum prima est, quæ aeri caliginoso, & terræ circulo intercipitur. Hæc autem serena, ut in plurimum est; quia in ea non sunt vapores, aut exhalationes in quantitate notabili. Secunda autem portio caliginosi aeris est, in qua exhalationes & vapores sunt: in hac quoque nubes sunt. Inde etiã ad nos imbres fluunt: ibi quoque grandinum, & fulminum ceterorumque meteoricorum entium generatio est. Tertia aeræ regionis particula est super aërem caliginosum vsque ad igneam regionem. Ad secundam regionis aeræ particulam vapores, & exhalationes perueniunt, in qua summa frigiditas, quæ in toto vniuerso sit causatur hoc modo ex actione per antiparitalim, scilicet, quod iste fumositates, quæ ex natura terræ, aut aquæ frigida sunt, fugiunt à calore primæ partis regionis aeræ ad medium sphaeræ, vel regionis aeris, & rursus fugiunt à parte superiori regionis aeræ propter calorem superioris particulæ. Sunt enim interclusæ à duabus calidis regionibus, scilicet, à prima portione aeræ regionis, quæ calida est propter radios solis reflexos ibi existentes, & calefacientes: etiam ab extrema particula aeræ regionis, quæ calida est propter propinquitatem ad igneam sphaeram. Ut igitur iste exhalationes, & vapores se conseruent, quæ frigida sunt à contrarijs fugientes in se condensantur, & per unionem virtus maior efficitur, sicut prælibatum est de eo, qui magnum frigus passus in manibus eas ad ignem applicat: nam tunc maior fit frigiditatis intensio. Non est autem alius locus in toto vniuerso, in quo continuè per antiparitalim frigiditas fortificetur, nisi in aere caliginoso, qui inter duas calidas regiones est. Necesse est igitur, ut maior totius vniuersi frigiditas in caliginoso aere sit. Cum igitur in hoc caliginoso aere qualitas maximè afflictiva in genere suo, scilicet, maxima frigiditas sit, conuenienter alicui dici videretur, ut in eo infernus, qui poenarum maximarum locus est statuatur. Amplius autem hoc induci videtur auctoritate Apostoli in Epistola ad Ephesios capitulo vltimo, cum ait: Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est vobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spirituales nequitias in cœlestibus. Innuit igitur nobis Apostolus manifestè pugnam esse contra dæmones, qui sunt in cœlestibus, idest, in parte aeræ. Non enim possunt dici cœlestia loca cœlorum, quia ad illa dæmones non aspirant. Patet autem, quia de dæmonibus dicit: quoniam à principio dixit, induite vos armaturam Dei, ut possitis stare contra insidias diaboli. Amplius autem idem patet, quia nobis non est colluctatio, idest, pugna per tentationes, nisi contra carnem, & sanguinem, idest, contra ea, quæ sunt intra nos, aut contra id, quod in mundo est, aut contra dæmones, qui generis humani capitales hostes sunt. Hæc autem pugna, quam hic Apostolus nominat, non est contra carnem, & sanguinem, quod est aliquid in nobis, cum expressè hoc Apostolus insinuet: ergo aut contra ea, quæ in mundo sunt, aut contra dæmones. De his autem concupiscibilibus, quæ in mundo sunt intelligi nequit: quia ista non vocantur principes, & potestates, & rectores tenebrarum. Item non sunt spirituales nequitia, quia nec mala sunt secundum se, aut nequitia, quod grauius quidem est, nec etiam in cœlestibus, idest, in aerea regione, sed inter nos sunt. Sed de dæmonibus intelligendum est, qui principes mundi, & rectores sunt, & potestates tenebrarum iuxta illud Ioan. vigesimo. Nunc indicium mundi est, & princeps mundi huius eicietur foras, & Ioan. decimoquarto: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam, & Lucæ vigesimo secundo: Nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Quæ omnia ad dæmones necessariò referenda sunt. Hos autem dæmones Apostolus nequitias spirituales in cœlestibus habitantes dixit, idest, in aere, quia non sunt in alia regione, nec vocantur eos potestates in terrestribus, aut in ignea regione habitantes: dæmones tamen in inferno sunt: infernus ergo in aerea regione est. De dæmonibus autem, qui in inferno sunt, dubium nullum est: infernum ergo ibi esse constat. Ad hoc infra responderetur.

Nubes grandines, & huius generatur in medio aeris.

Summa frigiditas est in medio aeris.

Dæmones stant in aere.

bus, idest, in aerea regione, sed inter nos sunt. Sed de dæmonibus intelligendum est, qui principes mundi, & rectores sunt, & potestates tenebrarum iuxta illud Ioan. vigesimo. Nunc indicium mundi est, & princeps mundi huius eicietur foras, & Ioan. decimoquarto: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam, & Lucæ vigesimo secundo: Nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Quæ omnia ad dæmones necessariò referenda sunt. Hos autem dæmones Apostolus nequitias spirituales in cœlestibus habitantes dixit, idest, in aere, quia non sunt in alia regione, nec vocantur eos potestates in terrestribus, aut in ignea regione habitantes: dæmones tamen in inferno sunt: infernus ergo in aerea regione est. De dæmonibus autem, qui in inferno sunt, dubium nullum est: infernum ergo ibi esse constat. Ad hoc infra responderetur.

Infernus in terrena locatur regione. Cap. XCVI.

Qui enim infernum in aerea locauerunt regione, ut ex dicendis concludetur: rationi & auctoritati nihil consentaneum dicunt. Sit ergo conclusio: Infernum quem ad aeterna supplicia dicimus esse paratum, in terrena regione oportet esse locatum. Hoc autem ex significatione huius nominis secundum omnes linguas, in quibus est, apparet. Accipio autem omnes linguas, scilicet, principales, quæ tres sunt, scilicet, Latina, Hebræa, & Græca, ut ait Isidorus Etymologiarum libro nono: quod identidem ex superscriptione Crucis Domini Iesu patet: nam titulus eius Latine, Hebraicè, & Græcè conscriptus est, ut patet Ioan. 19. cap. In lingua autem Latina Inferni nomen ab infra originem trahit. Infernus tamen respectu nostri dicitur. Oportet ergo, ut infra nos sit: sed regio aerea non est infra nos, nec vlla alia nisi dumtaxat terra: eum ergo in terra esse necesse est. Item ex Græco nomine hoc idem apparet: nam in Græco Gehenna, aut Gehennō dicitur, quod nos infernum appellamus: illud tamen idem Græcè, quod profunda terra signat: Gehenna enim terra est, enon autem profundum notat. Idem ex Hebræo apparet origine. Infernus enim in Hebræo Seol dicitur, quod infernum pariter, & sepulchrum signat, sed Seol aliquid, quod infra nos est notat. Omnium ergo linguarum proprietates infernum sub terra esse prodit. Item hoc patet Numeri decimosexto capitulo. Nam cum de Dathan dicitur, & Abiron, ceterisque sceleris sui complicitibus, quod terra submersit eos, dicitur: Descenderunt viuentes in infernum. Infernus ergo in terra erat: alioquin enim non potuissent illuc descendere Dathan, & Abiron. Idem patet Psal. 5. Domine liberaisti animam meam ab inferno inferiori, vbi siue accipiatur comparatiuus comparatè, siue absolute, necesse est, ut infra nos infernus sit. Nam si ponatur comparatiuè, oportet saltem duos inferos esse, & alterum esse altero inferiorem: & tamen vtrumque infra: ergo infra nos. Item apparet hoc ex eo quod dicitur Isai. capitulo septimo, scilicet: Pete tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra, vbi Isaias duas distinxit locorum positiones, scilicet, supra, & infra: supra dixit esse excelsum: infra dixit profundum inferni. Item necesse est poni infernum in terra, & non in aere: quia præcipuè poena inferni est in igne, sed in caliginoso aere non est ignis: ergo non est infernus. Assumptum inducitur: quia poenæ infernales sunt maximè: Poena Inferni maxima in igne. Ergo fieri debent in qualitate maximè afflictiva: sed nulla magis, aut æquè afflictiva est, ut causalitatis ignis, oportet ergo ignem poni vbi infernus fuerit.

Firmius

firmius autem adhuc patet, ex eo quod habetur Matthæi vigesimo quinto capitulo, scilicet: Ite maledicti patris mei in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius ab origine mundi: ignem igitur præcipuam inferni poenam posuit, vel magis ipsum tanquam totam inferni poenam designauit. Quod autem in aere caliginoso ignis non sit, manifestum est: quoniam regiones elementorum distinctæ sunt, sed aer caliginosus est in media aeris regione: ergo ibi ignis nequaquam est. Huic rationi quispiam fortassis obiabit, dicens, quod sicut in terra ignem ponimus, quanquam ipsa elementum, & sphaera distincta ab ignea regione sit, & qui in terra infernum collocant in ea ignem ponunt: ita in aere caliginoso ignem, & infernum poni licebit. Respondendum his est, dicta stare non posse: nam si in aere caliginoso infernalitatem posuerimus nullus effectus sequetur de his, quos sequi naturaliter videmus. Si, in caliginoso aere ignis esset, poneretur locus ille calidus, & quidem valde calidus: ergo non possent ibi gigni grandines, & nubes, qui ex magno frigore generantur: idem de fulminibus, & pluuijs, & omnibus meteoricis impressionibus. Nulla quippè ipsarum gigneretur, si locus ille calidus poneretur, cum omnia hæc fiant per excessum frigoris, niuè condensantis. Locus autem maximi frigoris, & cuiuscunque caloris quantumlibet parui multum distantes sunt: aer ergo caliginosus intensè frigidus est imo frigidissimus, & non est ibi calor aliquis igneus, nec infernus.

Responsio ad rationes superius allatas & quadam de dæmonibus.

Cap. XCVII.

Ad rationes autem præpositas inducentes infernum in caliginoso aeris quadam locari particula satis facilliter responderi potest. Ad primam, cum dicitur, infernus est in loco vbi qualitates afflictivæ sunt intensissima, sed in aere caliginoso frigiditas intensissima totius vniuersi est: Infernus ergo ibi est. Dicendum, quod ex hoc modo arguendi inducitur potius contrarium. Nam in inferno non solum est vna qualitas actiua intensa, sed omnes: si tamen in caliginoso aere esset, solum ibi poneretur frigiditas intensa, & nulla caliditas, & cum in caliginoso aere sit sola frigiditas, ut in prædictis indudum est, esset hoc modo omnes poenæ inferni vna poena. In frigore: quod euidentiè falsum est. Ad secundam rationem quando arguitur de dicto Apostoli, scilicet, Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, & rectores tenebrarum harum, & spirituales nequitias in cœlestibus. Respondetur, quod si ex hac auctoritate induci possit, quod dæmones in aere sint: non tamen patet, quod infernus sit in cœlestibus. In aere. Dæmones namque bipartiti sunt: quidam enim tentantes sunt: alij autem punientes, & puniti. In quo sciendum est, quod vbiicumque dæmones sint, infernum suum semper secum portant, idest, semper habent poenam, quam in inferno habituri erant, etiam si ibi semper essent. Sed adhuc quidam sunt, qui in inferno sunt, vbi sunt animæ damnatorum, & isti dæmones puniuntur ibi, atque animabus, ut ministri Dei poenas parant. Hi autem nequaquam nos ad malum suggerendo sollicitant, nec alicui nostrum realiter, aut in conceptu lædunt, quia de carcere illo infernali non exeunt: & isti non sunt in aere, nec infernus, in quo Alph. Tost. Parad.

Dæmones sunt bipartiti.

Isti mancipati sunt in aere est. Alij dæmones sunt ad tentandum homines deputati, qui bonos & malos indistinctè sollicitant ad praua: penas quoque corporales, & alia nocumenta aliquando bonis, & aliquando malis inferunt. Quod autem dæmones nepharios homines interdum tentent, apparet ex eo, quod habetur Ioan. 3. cap. de Iuda, cum dicitur: Accepta buccella panis ingressus est in eum Satanas, scilicet, quod postquam panem consecratum de manu Christi accepit, merito præuarcationis suæ cepit eum diabolus acrius tentare, quam ante tentauerat. Nec est sensus, quod in trauerit dæmon in Iudam ad torquendum eum, vel ad loquendum per eum, sicut in obfessis ab spiritibus immundis, vel arrepticis est. Quia de Iuda nihil tale conceditur, sed intrauit fortiter tentans, & ad nefanda scelera impellens. Item dæmones tentant bonos viros, sicut apparet de beato Petro, qui tentatus fuit tempore passionis Christi ad negandum eum. De hoc Luc. 22. cap. dicitur: Simon ecce Satanas expetiuit vos, ut cribrares sicut triticum: ego tamen orabo pro te, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Fuit tamen Petrus tentatus à dæmone, & superatus. Ter enim Christum negauit. Item dæmones cruciantur hominibus præsumptis, eosque cruciant, sicut patet in obfessis à dæmonibus, & arrepticis. Hi enim à dæmonibus puniuntur. Dæmones autem aliquando viuentes bonos premunt, interdum verò nefarios. De malis patet, ut in Aegyptijs: dæmones enim intulerunt plagas Aegyptijs, qui peccatores erant. De quo Psal. 77. Misit in eos iram suam indignationem per angelos malos. Quod autem boni quoque à dæmonibus puniantur viuentes, patet in Iob, qui vir bonus erat, eumque Sacra Scriptura cōmēdat: tamen illum Satanas tentauit, & inflixit omnes poenaltates, quas pertulit, ut patet Iob primo, & secundo capitulo. In hoc autem nihil refert, an bonos, vel malos isti dæmones dum viuunt puniant. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus potestates, & principatus, & rectores tenebrarum harum in cœlestibus, idest, in aere habitantes, quod cœlum in Sacra Scriptura appellatur. Manifestè enim de his loquitur, cum dicat esse nobis colluctationem non aduersus carnem, & sanguinem, sed contra aereas potestates. Colluctatio enim tentationem, & pugnam quandam signat: ergo illi quibus nobiscum colluctandum est, in aere sunt. Alij autem dæmones in inferno sunt, & contra hos non est nobis colluctatio vlla, quia nihil in his rebus agunt, & isti non vocantur aereæ potestates, sed infernales. Inductum ergo patet ex hac Apostoli auctoritate, in aere caliginoso infernum nequaquam esse, sed in terra eum esse dici necesse est. Hanc positionem à principio Poetæ quanquam fidei catholicae ignari tenuerunt, sicut patet ex Virgiliana positione in sexto Aeneidos, & Seneca in Tragædia prima, cuius titulus est Hercules furens: carmine sexto, & Ouidius Metamorphoseos libro quarto, & Iuuenalis Satyricus in Satyra secunda.

Nō differt an bonos, vel malos dæmones dū viuunt puniant.

In aere caliginoso non est infernus.

De qualitatibus quibusdam Inferni. Cap. XCVIII.

Accedendo autem post hæc acutius ad veritatem de loco inferni, omittis cunctis erroribus supra ex parte tactis, & ex parte improbatis. N 2 Dicen.



Dicendum, quod infernus est in terra, nec tamen in superficie terrae, sed in densitate. s. intra terrae grossitiam in iphgra, & mole eius. Et vbi infernus est, ponitur quaedam vacuitas terrae, quae tenebris crassis plena est, ita quod in toto orbe tenebrosior locus nullus est: & hoc, quia ad illam partem inferorum nullius de astris radij penetrare possunt, vt illustrent illam horrendam tenebram, atque aeternam noctem: nam infernus in remotissimo loco vniuersi est respectu astrorum: nam in centro terrae est. Nullus autem locus à celo distanti orbe est, quam centrum mundi. In hac autem inferorum infelici sede calor inferior est, quam sit in toto vniuerso: nam ibi est ignis magis vrens, quam in toto orbe: tamen lucis nihil habet ignis iste, sed vt nimia tenebra. Et hoc vt cum ignis iste per excessum, & ineffabilem calorem damnatis intolerabiles dolores infligat, per lucem nullum praestet oblectamentum: nam lux delectabilis est in oculis nostris, vt ait Salomon Ecclesi. cap. r. l. Dulce lumen, & delectabile in oculis hominum videre solem. Causa autem huius nimie obscuritatis in infernali igne videtur esse ex materia, in qua fomentatur. Ignem enim hunc in pice pabulum suscipere aiunt. Nullus autem ignis nigrior esse poterit, quam ignis picis, & resinae. Nam totus videtur velut quidam fumus teterrimus, aut quolibet fumo quidquam obscurius. De igne autem nihil penitus habere videretur, nisi eius intensissimus, atque intolerandus calor hoc proderet. Positio autem horum satis rationabilis esse videtur: nam in omnibus alijs ignibus hoc apparet. Non enim sunt oēs ignes aequaliter lucidi, sed quidam lucidiores, & alij nigriores secundum differentiam combustibilium rerum: quod frequentissima experientia cunctis notum efficit. Amplius autem in hoc gehennae loco aqua frigidissima est: in qua, qui damnati sunt, affliguntur. Nam sicut calor nimius poena afflictiva est, & magna frigiditas. Vt utiq; ergo pro cruciatibus impiorum tradi debuit. Nec ab re, aut absurde dictum quis estimauerit in inferno aquam fore. Nam cum ibi verum, & corporeumq; ignem esse non ambigatur, ita neque aquam esse irrationabile est, sed potius rationi valde consentaneum, vt à duobus extremis maximus conficiatur cruciatus. De ista poenaltate apud inferos Iob ait, cap. 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorem niuium: & hoc eis durissima poenae incitamentum est, vt tanta in eis distemperies sit: nam cum nimis infrigidati fuerint, sensus frigiditas cruciabit. Sicut supra de eo, qui niuium in manibus frigus patiens eas igni applicabat, diximus. Gratiorem enim iste frigiditatem percipiet, acruisq; cruciabitur, cum manus gelidas igni applicuerit, quam cum eas in putredine frigiditate renebat. De agentibus autem naturalibus, quae in inferno tanquam organa, vel instrumenta cruciatus posita sunt: dicendum est, qd non habeant ibi agendi modum naturalem: quia agentia naturalia, quando sunt in aequali gradu potentiae actiuae, aequaliter agunt in materiam aquae dispositam, vt si sint duo calida, aut duo frigida in aequalibus gradibus, necessarium est eorum esse actionem aequalem. Cum vero fuerint inaequales qualitates actiuae, sequuntur inaequales actiones. In inferno tamen è contrario est: quia ibi consistit ignis vnicus, & vnus modi, vel quantitatis gradualis in calore: tamen non aequaliter agit in animas damnatorum, sed quaedam magis, quaedam vero minus affliguntur. Existente enim illo igne aequali secundum naturam, non tamen ibi quilibet scelera sua exigunt, vt crucietur. Dicendum similiter de illa aqua frigidissima, quam apud inferos Sacra

Infernus quare est obscurus.

In inferno est aqua frigidissima.

In inferno agentia naturalia non naturaliter agunt.

Scriptura confirmat: nam illa aequalissimo eiusdem frigiditatis apud omnes existentes, non equaliter omnes cruciat, sed vt eorum vitia meruerit. Et sic rei huius diffinitio est, quod apud inferos sunt agentia naturalia poenarum illatua: non tamen puniunt quantum poenitua sunt: sed quantum Deo placet, vt puniant. In his poenis inferni nullus ordo in permanendo est: nam cum aliquis fuerit in magno calore, transferretur ad niuium frigus, cum autem fuerit in frigore, transferretur ad calorem, & aliae disproportionatae mutationes in ipsis poenitis fient, quae omni repugnant ordini, vt patet Iob cap. 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorem niuium: ista tamen est conditio sedium inferorum. Vocatur enim locus vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Sic patet Iob 10. cap. In taxatione tamen poenarum iustissimus Dei punietis ordo est: nam quilibet solum tantum punitur quantum promeruit, & sic se habet differenter gradus poenarum, sicut fuerint differentes gradus culparum. Plurima enim apud inferos sunt, de quibus quidquam agi posset: sed de eius conditionibus dicta suffecerint.

Agentia naturalia poenarum inferni non agunt, vt possunt, sed vt Deus vult.

Quaedam de portis Inferni. Cap. XCIX.

ADHVC autem circa inferorum sedes quidam vterius cogitantes infernum ostia quaedam habere dixerunt, scilicet, quod porta patens quaedam sit, qua animae in ipsas infelicitatis introeant sedes. Sic enim Aetnam montem terrae Sicularum inferni os appellant. In quo sit haec conclusio: Aetna mons, Vulcanus, & Vesseus non sunt aperturae ad eum locum, qui à nobis vocatur infernus. Cum enim quibusdam visum sit inferni quaedam ora esse Aetnam montem terrae Sicularum, qui vulgariter Mongibel dicitur, de his inferorum aperturae esse afferunt. Alij autem motes huiusmodi sunt, vt Vulcanus in eadem insula Sicularum. Vesseus quoque simul mons est in Campania prouincia Italiae. In his enim omnibus sunt magne voraginee patentes, & obscurae: ita vt interdum ignes erucent cremantes queque è vicinio adiacentia loca, tantumque illius ignis efficaciam esse in cremando patet, vt saxa quoque quasi liquefacere, aut in cinerem conuerrere videatur. De his enim à quibusdam indubitato astruitur, quod inferni ora quaedam, vel voraginee sint: quia ibi ignes erucent vident, quos ad nihil aliud, nec ex aliqua alia causa esse putant, nisi quod ex gehennali carcere prodeant. In quo omnes, qui stygias sedes ponunt tam Catholici, quam Gentiles consonant, scilicet, quod apud inferos ignis sit. Ouidius autem, quia, vt verè Poeta figmentis studet, quamquam haec interdum ad quaedam aliàs veritates detorqueat, de monte Aetna, & erucentationibus ignium de eo aliter sentit. Terram enim Sicularum in qua Aetna mons est olim terram gigantum fuisse praesupponit: in quo nihil fallitur, cum Orosius auctor certissimus in libro tertio de Ormesta Mundi hoc asserat. Dicit etiam ab antiquo ibi gigantes cum dijs pugnauisse, vt eis eiectis Coelum eriperent: in quo vt affectus non careret effectu montes montibus supposuerunt, vt ait Ouidius Metamorphoseos libro primo. Horum autem gigantum princeps, atque statura procerior Typhoeus fuit, qui pro miranda sui, atque incredibili magnitudine verò terra genitus dicitur: ac si de semine humano nemo tantum concipiet, vt formari potuerit. Huc totam Sicularum insulam superpositam ferunt cum alijs eiusdem factionis, & compugnationis partibus aliarum terrarum montes superponerentur. Continet

Continet autem Sicilia tres montes praecipuos, scilicet, Aetnam, Pachinum, & Pelorum. Lilibeus autem, qui vnus de motibus Sicularum est cum praedictis aliqua ex parte coincidere dicitur: & ob hoc insula illa poetico vocabulo, & antiquo scriptorum more Trinacria dicta est, quasi tres habens montes. Acros. n. in Graeco mons est. Cum autem tota haec insula Typhoei giganti superiecta sit, istè montium particulae Typhoei partibus distributae sunt, scilicet, quod super caput, & fauces eius sit mons Aetna, super pectora, & ventrem Pachinus mons iniectus sit, super crura autem Pelorus mons, aut altissimum promontorium pateat. De Aetna super caput, & fauces iacentes Typhoei habetur per Ouidium Metamorphoseos 14. in primo versu: cum de transitu Vlyssis per terram Sicularum litera dicere vellet, ait:

Iamq; giganteis iniectam faucibus Aethnam Liquerat: &c.

Idest, iam transferat Vlysses Aethnam, qui est iniectus super fauces Typhoei gigantis. Et tunc cum de causa erucentium ignium de monte Aetna quaeritur, respondet Ouidius hoc provenire ex spiraculo giganteo. Astruit enim poetico more gigantem illum terra pressum nondum opressum, sed sub terra viuere. Ille enim igneum Chaos ex ore vomit per montis illius aperturae. Et cum in insula illa Trinacria, siue Sicilia, vt vulgari vocabulo vtar, frequenter terremotibus concutitur, dicit hoc esse: quia toto giganteo corpori superiecta est, qui cum se in alterutrum latus verterit commutans positionem, necesse est, vt penitus à fundamentis iniectam concutiat insulam.

In Sicilia quare sunt terremoti?

Quaedam de terremotibus. Cap. C.

CONTRA hanc autem Ouidianam positionem de Aetna monte argui non expedit: quia cum in re poetica sit, necesse est, vt cum solum in cortice fuerit perquisita, non modicam continet falsitatem. De erucentatione autem horum ignium, quonia de hoc priora cipaliter inquirunt, infra dicitur. De frequenti autem terramotu insulae Sicularum causa patet: quia terramotu sit ex inclusis spiritibus ventorum: & fortificationis per aliqua tempora per grossitiam terrae exhalationes & vapores, quibus cum non pateat aditus, si fortiter concusserint, necessarium est terrae fieri quandam apertionem: vt inclusus exhalet ventorum spiritus, & concutiat terra ex interiori impulsu ventorum collidentium, & ex apertione eorum in exitu: de hoc Arist. in secundo Meteororum. In terra autem Sicularum, haec maxime subsistunt propter duo: primo quia tota terra Sicularum mari affluit, cum in insula quaedam a continenti Italia diuisa sit in locis Scillae, & Caribdis, vt ait Solinus in Polyhistor. Loca autem apud mare crebrius terremotum ceteris partibus patiuntur, quonia autem causa est: quia tota illa terra est montuosa: in montibus autem, quia terrae tumores sunt, plures cauernae sunt quàm in terra plana, & ob hoc necesse est esse plures terremotos. De hac autem ignium erucentatione in Aetna monte aliter sentit Virgilius in 6. Aeneid. quia aut illam voragineem atram inferni os esse putat, aut se hoc existimare ostentat. Vnde cum vellet introducere Aeneam loquentem patri suo Anchise existenti apud inferos: & recipiendi ab eodem inquiturum responsa, quantum ad futurum statum gentis suae: quae Romanorum effecit populos, de personis insignibus vrbis Romae, quae postea pullularent: non potuit eum introisse in infernum in aliqua parte itineris, quod à Troiana vrbe vsque ad Sicularum terram Alph. Toft. Parad.

Terremotus frequentius sunt in locis maritimis, & montuosis.

A est, cum in toto illarum terrarum interiectu nulla talis erucentium ignium ponatur vorago. In Sicilia autem, quia Aetna mons ignes erucent, & Vulcanus, introduxit ibidem Aeneam loquentem ad sibyllam Cumanam de ciuitate Cumarum, vel vt ait Marcius in secundo de Nuptijs Mercurij, & Physiologiae, Sibyllam Erythream ab Erythra ciuitate: quam ideo Cumanam appellauit antiquitas: non quod Cumis nata sit: sed quod ibi vaticinauerit. Ad eam autem Aeneas locutus est, vtilius introduceret in infernum. De hac autem Aetnae montis ruptione, qua ignes erucent vulgus communi dilinit sententia inferni esse aperturam, quod existimant, quia inde igneum globos prodire sciunt. Ex hoc autem inferni sedes ibi arguunt. Et quia vt facile vulgus solet quibusdam existentibus multa imperite cumulare, addunt in hac Aetnei montis voragine gementium animarum auidi lamenta. Nec hoc quidem vulgo dumtaxat dicitur, sed & quidam doctores Catholici hoc tenent: de hoc Franciscus de Mayronis in quarto suo Sententiarum in conslatu circa finem cum agit de vniuersali resurrectione. Dicit. n. qd post diem iudicii claudet Dominus montem Gibellum, & alia foramina inferni. Vocat autem montem Gibellum est, quod Poeta, & antiqui scriptores Aetnam vocant: quia mons Gibellus vulgari celebratur sermone. De veritate tamen huius, & causis erucentationis apud antiquos Phylosophos perquisitum est: multis tamen causis ignota mansit. Empedocles verò, quia Phylosophus, & Poeta erat, oriundusque de terra Sicularum, nimis conatus est, vt inquireret huius erucentationis causam: cumq; hoc inquisiturus voragini illi propius accederet, ab igne, & fumo subito erumpente prefoctus est, vt certissimi historiographi tradunt. Oratius tamen inter Poetas quidem magnus, sed in hac parte velut nimis mordax, & liuidus infamauit Empedoclem, dicens, ipsum desiderasse, vt tanquam immortalis Deus haberetur: ad cuius experimentum de se populus exhibendum positus vestibus in flammis Aetnae voraginis insiliit. De hoc idem in libro suo de artificio suo poetico, ait:

Porta inferni vulgo notiss.

Empedocles Siculus ab Aetnae ignibus cõbitus.

Dicam Siculis Poeta Narrabo interitum, Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Etnam Insiliit, falsis liceat perire Poetis.

Etna, & alij Sicularum montes non sunt inferni portae; & quaedam de exhalationibus ignium. Cap. CI.

EX antiquorum autem positionibus non plenè patet de ruptura Aetnei montis, & ignium erucentatione quid sit, & à qua provenit origine, & an inferni sedis apertura quaedam velut ostium sit, aut quoddam alterum. Dicendum tamen rationabiliter videtur, & fm solidam satis veritatem: Aetnam montem Sicularum aliaq; similiter terrae ruptae voraginee flammam estuantes inferni ora non esse, nec erucentos inde ignes ex inferno venire vllatenus. Sed haec naturaliter causantur dissolvente terremotu, & aperiente sicut in pleriq; terrae locis sepiissime monstrant patentes hiatus. Nam cum terra agente motu suo ex visceribus suis rumpitur, interdum fractura aperta relinquatur. Interdum autem cum semel dissoluerit in seipsam partibus coeuntibus recluditur. In quibusdam autem veris sine vlllo terremotu partes terrae igne adurente combustae sunt, quae cum adustio paulatim ad terrae superficiem vsq; peruenerit, rupturam fieri adustis, & discontinuatis partibus necesse est.

Caufa autem eructuationis flammaram in his locis est, quia in eis abundat sulphurea materia, quæ est de maximè velociter inflammabilibus, sicut patet in nutrimentis ignium, quia cum ignem leuem scintillantem excussum de lapide in combustum pannu suscipere volumus, non reperimus aliquam materiam ita faciliter inflammabilem, quæ ab illo igniculo debili inflammetur nisi partem papiri sulphure liniamus, qua faciliter ignis incenditur. In his etiam terræ hiatus, concauitatibusque aerei spiritus sunt, qui cum interdum commoti collidantur ad sulphuream materiam, ipsa ex concussione naturaliter calefit, & quia velociter inflammabilis est cito inflammatur, & tunc magna pars sulphureæ materiæ cremari incipit, atque combustionis flammæ per terræ rupturas efflant. Fit autem hoc specialiter in Aetna monte, quia ibi sulphureæ materiæ copiosa moles est. Præter hanc tamen montis voraginem sunt alij hiatus terræ, è quibus flammæ prodeunt: sicut est mons Vulcanus in insula Siculorum. Est etiam Vessenus mons in Campania, de quo crebro ignium eructuationes fiunt: ibi namque Balus poeta, atque philosophus Persei satyrici poeta magister incendio absumptus est, sicut Empedoclem Aetnei montis vorauit incendium. De hac Vesseni montis flammaram eructuatione ait Boetius de Consolatione lib. primo Metro. 4. quod incipit;

*Quisquis composito serenus eno,*

In quo sentire se prodit nullum infernos esse, sed multis terram abundare concauitatibus, in quibus vectorum spiritus latent: ille quoque cauernofitates sulphure plenæ sunt, ubi ex concussione ventorum ad sulphuream materiam ipsa succenditur, flammaramque prodeunt globi. Et quando sulphureæ illius materiæ crematio durauerit, manebit eructuantis ignis globus, cum verò materiæ combustibilis moles defecerit, eructuantium flammaram residet vapor exundans. Sic enim ait ibidem.

*Nec ruptis quoties vagus caminis,  
Torquet fumifocos Vessenus ignes,*

Si enim illa inferni ora crederet, essent directe patetia ora ab infimis prouenientia Gehennæ sedibus, & per eadem semper ignis ille spiraret: sed non semper per eandem partem spirat: sed dicit esse varios caminos, id est clibanos, vel fornaces in quibus ignis sit, & quod de omnibus fiant vicissim, vel accidentaliter eructuationes, quod est esse varios caminos, quia multi sunt. Mons autem vagus est, quia non semper ex eisdem flammis exeruat: sed ex quibusdam nunc, postea verò ex aliis nullo obseruato ordine. Conditiones autem sulphureæ materiæ quantum ad hoc, quod in terræ cauernis sit, & quod cito inflammabilis est, & inflammatur ex leui concussione patent adhuc amplius in concussione aquarum balnearum. Aquæ quippe balnearum calidæ, atque penè feruètes de ipsa sua scaturigine manant: quod iuxta Aristot. doctrinam, & aliorum philosophorum, ideo euenit, quia aquæ istæ per loca sulphurea meant, ex quarum transeuntium impetu sulphurea inflammatur materia: ipsa quoque transeuntes calefacit aquas. Et sicut fuerit maior copia sulphureæ molis in loco scaturiginis, & transitus fontalium aquarum: ita inde ortæ aquæ maiorem, minoremve induent caliditatem, ex quo accidit quædam balnea ita calidæ esse, ut vix sustineri queant, alia verò tepescunt.

Balnearum  
aque quare  
sunt calidæ.

*Aetna, Vulcanus, Vessenus montes non sunt inferni ora.*  
Cap. CII.

**S**OLIDIORIBVS autem adhuc inducitur flammis cimentis Aetnei montis, atque Vulcani, Vesseni que campanici vagas, ceterasque voragines inferni ora non esse, nec illas flammaram eructuationes de inferna prodire sede. Nam si de inferno ignis ille eructuaret, aut continua eructuario foret, aut nunquam inde eructuaret: sed hoc falsum est, quia aliquando ignis iste eructuat, & non semper: ergo ab infernorum locis ignis iste non effluit. Consequentia patet, quia ignis inferni semper vniuniformiter ardet, & in eodem gradu calidus est, ne vnquam damnati refrigerium vllum habeant, vel quouis modo ab alicuius pena rigore soluantur. Si ergo Gehennæ ignem tantis semel incrementis adauctum concesserimus, ut ab ipso centro terræ ad superficiem vsque pertingat, & super eam eructuet, cum equalis semper sit, semper in eodem gradu super terram eructuaret: sed hoc falsum est, quia aliquo tempore istæ eructuationes fiunt: alio autem fieri nequeunt, aut non fiunt: non est igitur iste ignis ab inferna efflatus sede. Ad hoc autem quispiam respondere conabitur, hunc esse tartareum ignem: sed non semper eructuari, quia non naturaliter effluit ab infimis, sed ad malorum punitionem. Hanc ergo eructuationem aliquando Deus fieri patitur, aut potius iubet, & efficit, ut mali torqueantur: semper tamen non efficit, quia malorum punio ab illo igne necessaria semper non est. Cui respondendum est, stare non posse: nam si iste ignis eructuationes diuino nutu ex igne inferni ad hominum peccatorum punitiones fierent, sicut ignis egressus est de altari holocaustorum, & combustit Nadab, & Abiu filios Aaron delinquentes in sacerdotio suo, cum obtulissent ignem alienum, quem Deus vetuerat, ut habetur Leuitici decimo capi. & ignis quoque à Domino egressus combussit ducentos & quinquaginta viros, qui insurgentes in Moysem, & Aaron offerbant thura coram Domino: ut patet Numeri decimo sexto cap. Nunquam esset aliqua talium ignium eructuatio, quin alij qui viri peccantes cremarentur, aut aliqua eorum ignis assumeret, aut fructus terræ eorum vorax flamma dissiparet. Sed hæc falsa sunt. Nam interdum paruæ flammaram exeruatio fit, ita ut cum in ipsorum montium verticibus emicuerit ad inferiora quoque, & plana non descendat: ita ut sapissimè eructuata flammæ nemini mortalium directè, vel indirectè inferant nocuentum: Non ergo sunt istæ inflammationes à Deo illas specialiter faciente: ergo nec ab inferna sede ignis iste eructuat. Aliquis autem, quæ dicta sunt aliter probare conabitur. Quod istæ ignium eructuationes ab inferno nullatenus sint: nam si per has montium voragines infernalis ignis eruperet, ille esset totaliter obsecutus, & piceus ipso terribili fumo obscurior: quoniam ignis Gehennæ huiusmodi est, cum piceam materiam in fomentum habeat, etiam ut dānatis nullum lucis suæ præster oblectamentum: sed ignis, qui per Aetnei, atque Vulcani montis, aliorumque hiatus erumpit, lucidus est, sicut hic communis nobis ignis: ergo non est ab inferna ortus sede. Huic respondendum est, nihil hinc induci: nam dato quod istæ voragines inferni ora essent, ignisque eructuans de istis erumperet locis, poterat esse ita lucidus sicut est. Nam magis, aut minus habere de luce ex natura fomenti prouenit: secundum quod fomentum eius magis, aut minus dispositum est ad lucem, vel fumositatem atram causandam in igne: cum ignis iste, quæ nos conspicimus nihil aliud quam fumus inflammatus sit. Et quanquam inferni ignis ab origine obsecutus sit, quia materia picea est, quæ in inferno pro fomen-

fumento habet: tamen cum erumpat ad terræ superficiem transiens per concauitates cauernofas terræ, inuètam materiam sulphuream inflammaret, atque ex eadē causata materia lucida esset, iuxta sulphuris conditionem. Nihil ergo ratio ista inducit de eo, quod improbare intendit. Hoc tamen pro nullo suscepto ex prælibatis conclusum manet foramina Aetnei montis, qui alio modo vulgo mons Gibellus dicitur, & Vulcani, atque Vesseni, aliorumque huiusmodi locorum rupturas non esse inferni ora, nec per ea vaporem igneum ex inferna sede exhalare.

*Obiectio penes superiora dissoluitur.* Cap. CIII.

**S**ED adhuc ex eisdem fundamentis quiscumque arguet dicens, quod ista sint ora inferni, & ignis inde ille erumpat. Et quando dicebatur supra arguendo, quod ignis inferni nunquam ad hoc sufficit, ut exeat per terræ voraginem, sed ipse accedit vsque ad aliquam partem grossicie terræ, & ad hanc semper pertingit regulariter, ibi autem inuenit materiam sulphuream, quæ inflammans maior efficitur, & pertingere potest vsque ad terræ superficiem. Et sic ignis inferni erumpit per rupturas Aetnei montis, & aliorum montium, quæ quanquam ipse per se ad exeundum sufficere non valeat: tamen cum maior fiat ex inflammatione sulphureæ materiæ, quæ in medio inuenit, pertingit ad emicandam super terræ superficiem. Ad hoc dicendum, quod stare nequit: nam posito isto casu necesse erat, ut ignis Aetnei montis, & Vulcani, atque aliorum semper erumperet, aut postquam semel erumperet desisteret, nunquam amplius erumperet, sed hoc falsum: ergo poni nequit, quod iste ignis ex inferni, sedibus euaporatus sit. Consequentia patet, quia cum ignis inferni secundum istum modum ponatur accedere vsque ad aliquam partem grossicie terræ, & non vsque ad superficiem, cremaret sulphur, quod ibi esset, & totum quod in medio est, per quod ille ignis erumpit ad superficiem terræ. Quia ignis postquam in aliqua materia combustibili incenditur, non extinguitur quouque illa totaliter exusta sit: nisi ab aliquo extinguatur. Et sic si aliqua materia esset in illo spiraculo infernalis voraginis sulphurea combustibilis, illa non cessaret comburi, quousque combusta esset, cum verò semel foret exusta, nihil ultra maneret comburendum: ideo non posset ulterius erumpere per illud os inferni ignis. Sed falsum est, quia frequenter, & interpollatè ignium eructationes fiunt: ergo non est ignis inferni, nec vorago patetis inferni. Modus tamen, quo hoc fit, quia quilibet horum montium multas concauitates sulphure plenas habet, & in inflammatur sulphur in aliqua earum. Et dum illa concussio durat ardet sulphur, & sunt eructuationes ignium. Et quanquam vnus concauitatis sulphur ardeat, postea alterius concauitatis inflammabitur sulphur, & fiet eructuatio, & sic non semper in eodem loco motum sient ignium incensiones. Et hoc est, quod signat Boetius Metro. 4. lib. primi de Consolatione præallegato: cum ait.

*Aut quotiens ruptis vagus caminis,  
Torquet fumifocos Vessenus ignes.*

Quia dicit vagum esse Vesseni in caminibus suis: ergo non semper in eodem loco ardet, sed nunc in vna parte, nunc autem in alia. Ex prædictis ergo inductum patet qualiter Aetnei montis vorago infernarum sedium apertura non sit, nec ignis inde eructuans de inferno erumpit. Sic autem in alijs locis similibus eruptionum. Patet etiam vnde tales ignium eructuationes fiant, & propter quid. Cum autem populus dicit Alph. Toft. Parad.

Amenta gementium animarum in Aetne montis auri voragine, dicendum, quod populus facilis plura fingit quam poete, magisque poetis quam vulgo credendum est: quia poete sciunt, quod fingunt: populus autem, quod dicit, ignorat. Iuxta exigentiam autem de statu animarum dubitationi. San animabus post mortem gaudia, aut dolores vili accidat, ex parte satisfactum est. Sed adhuc plura dicenda manent, cum de sola infernorum positione hæten dictum sit, & hoc quidem nec vsque ad vnguem perductum est. De alijs autem, quæ animarum statum post mortem concernunt, consequenter dicendum erit.

*De purgatorij locis.* Cap. CIIII.

**A**B exordio enim cum, de statu animarum corpore solutarum agere inceperamus, dictum est, tria esse principalia animarum receptacula, scilicet stygia sedes, & purgatoria loca, atque empyreæ æternæ felicitatis mansiones. De primò autem ex parte hætenus actum est, nunc verò, sed breuius, de ceteris quid catholica fides, quid poete, aut ratio naturalis in his astruere queat edisserendum est, sed succinctorum sermone. Nuncigitur de secundo horum receptaculorum, scilicet de purgatorij locis agendum est, quid purgatorium sit, & ubi constituendum sit. In quo primo quibusdam obrepat dubitationis scrupulo, an aliquis locus determinatus ad purgationem præfixus animabus sit, an varijs locis, siue ubi peccauerunt puniantur. De quo fortassis aliquid posterius differetur. Nunc tamen velut in superioribus satis inductum patet, & vnum atque determinatum esse infernarum sedium locum, in quo damnatis animabus æterna supplicia, penali acerbitate eluenda sint, ita & vnum, atque certum esse locum animabus exercendis purgatoria clementia, ut in perfectam satisfactionem penarum perpensione resarciant, pari sententia proculdubio determinandum est. In quo animaduertendum in generali est circa statum obeuntium, quod cum quis sine charitate mortali nexu implicitus extremum diæ clausit infernis sedibus mancipatur æterna animaduersione plectendus. Quidam in charitate decedunt peccatorum scelerum commissa dolentes, sed his non plenè pro singulis penarum paribus satisfactum est, ut culpe quantitas exigebat. His quidam plenè soluenti penarum debita locus præfigitur, in quo tandiu manent, quousque secundum altissimam Dei sapientiam, atque arbitrium sufficienter scelerum singularum, que culparum debita luerint. Deinde verò in æternam empyrearum sedium felicitatem perducuntur. Hic autem purgatorij locus, vsque ad iudicij diæ duntaxat extendetur, vsque ad quem terminum cuncti, quibus aliquid præteritarum macularum in viuentibus non plenè absterarum eluendum est, sufficienter pro quâ tuncunque commissis agere poterunt, ita ut cum iudicij dies aduenerit, nulli ibi manendum sit, nec in æternum quiscumque erit, qui ibi puniri debeat, aut possit: infernalis autem sedis dura poenaltas æterna est. In hoc tamè adhuc intendendum est, quod quanquam eluendorum scelerum, quæ purganda sunt vnus determinatè locus assignatus sit: accidit tamen quibusdam animabus, ut in varijs locis pro imperfecta crucietur satisfactione. Quod dupliciter euenire dignoscitur, primò quidè quæ istæ in eis locis punitiones quasdam ferant, in quibus quedam ab eis facinora acta sunt. Hoc enim satis rationi cōsentaneum est. Alio modo prædicta euenire queunt, ut interdum defunctorum animæ in quibusdam locis hominibus cognitæ patiantur, & si in eis nunquam iniquitatis quidquam egerint, propter hoc solū, ut ab aliquibus videri, & audiri queant.

Purgatorium quid & ubi sit.

quo pacto earum cognoscatur status, atque his, qui cognoverint peccatorum fugiendorum stimulus magnus sit, ne in talia incidant genera tormentorum: aut ut aliquibus puniatur aia colloqui possint statum suum exponentes, atque remedia liberationis velocius inquirant. De his multa Greg. in 4. Dialogorum. Quod vero aia, que supplicis non plenè ademptorum vitiorum maculas, aut reatus quosdam pene in variis locis tolerant, ex predictis causis accedens est: regulariter tamè vnus omnibus locus praefixus est, in quorumcunque nondum expletorum in satisfactione scelerum satisfactio expleatur. De hoc autem Virgilius cum in libro sexto Aeneidos de purgatione animarum, quae ad campos Elysijs transiunt, agitur, tres purgationis describit formas. In igne, in aqua, & aere. Ait enim.

*Ergo exercentur pennis, veterumque malorum  
Supplicia expendunt, aliae penduntur inanes,  
Suspensa ad ventos, alijs sub gurgite vasto  
Infectum eluitur scelus, aut excurrit igni.*

Scilicet quod animae de preteritis sceleribus penas tolerant: sed quaedam ponuntur suspensae ad ventos, aliae igne cremantur: aliae autem sub aquarum profunditate sunt. Hos autem punitionis modos in animabus August. catholice loquens concedit, & asserit. Ipse enim Platonem, & Virgilium nimis sequitur de his in libro de Ciuitate Dei: his tñ concessis, adhuc locum vnum praefigi oportet, qui eluendis sceleribus, H purgandisque animabus praefixus sit. Hic autem in terra magnitudinem est, scilicet in eius grossitie, sicut in precedentibus de inferni sedibus dictum est, nec quicquam alius locus purgatorius situando conuenit, nisi terrae profunditas, quoniam infernalis, atque purgatorius locus contermini sunt.

*Quaedam penes supra dicta.  
Cap. CV.*

Ad haec autem, ut his amplius intendatur, aia aduertendum est, quod more sacrae scripturae omnis locus penalis, quo animae corpore solutae peccatorum penas luunt, infernus largè appellatur. Huius nominis origo est: quoniam omnis talis locus infra nos est, ut in praebatis explicuimus. Iste autem infernus sic generaliter sumptus quatuor habet loca, quae sinus, vel partitiones quaedam appellantur: primus horum damnatorum infernus, vel lacus dicitur: quoniam in hoc animae in aeternum damnatae acerbè puniuntur. Secundus autem purgatorius locus est, in quo animae inexplatae satisfactionis purgatoria clementia exercitae reliquias explent. Tertius horum sinus est puero-rum Lymbus, in quo aeterna caecitate damnati sunt paruuli in originali culpa decedentes, siue à Iudeis, siue Christianis, siue quibuscunque gentibus, aut cuiuscunque ritus originem traxerint. Quartus, & extremus locorum est sinus Abrahæ, qui sanctorum patrum lymbus dicitur, quo ante Christi mortem sanctorum patrum animae tenebantur. Quod autem in inferno distinctiones aliqua, aut sinus sint, apparet ex eo, quod habetur Psal. 87. cum dicitur: Liberasti animam meam ab inferno inferiori. Apparet ergo alium infernum non esse ita profundum, ut ille est, de quo se Dauid à Deo liberatum gratulatur, alioquin nulla esset infernorum collatio, collatio equidem duorum ad minus habitudo relatiua est. Amplius autem in inferno distinctionem quandam inesse locorum apparet ex eo, quod Christus retulit, & habetur Luc. decimo sexto cap. vbi de diuine Epulone agitur, qui comedeat ipsè didè, & de Lazaro mendico, qui simul eadem die

*Infernus generaliter sumptus hêt quatuor loca.*

mortui sunt: factumque est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem diues, & sepultus est in infernum. Eleuas autem oculos suos cum esset in tormentis vidit Abrahæ a longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahæ: fili recordare, quia receperisti bona in vita tua, Lazarus autem similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu autem cruciaris. Et postea cum aliam causam adderet, qua hoc impossibile esse probabatur, ait: Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui velint hinc transire ad vos, non possint, nec inde huc transire. Apparet ergo distincta esse infernorum loca, cum chaos inter vtrunque nominatum locum Abrahæ esse astruxerit. Christus quoque dixit, quod diues vidit Lazarum à longe, quod ad identitatem loci non attinet. Quod ergo inter infernalia loca distinctio aliqua sit lucidè, atque solidè comprobatum est. Quod tñ sit quadruplicis distinctio sinus, nondum patet: sed concessis, quae dicta sunt, satis rationabiliter induci potest, & in eis, quae subiunguntur amplius id agetur. Predictæ autem inferorū quatuor partitiones sicut distinctos acceperunt situs, ut in inferno damnatorum, qui primus est, in maxima profunditate locatus sit. In centro terræ. Alij autem tres sinus consequenter ordine super eum locati sunt. Hoc autem apparet auctoritate Psalmistæ Psal. 87. cum dicit: Dñe liberaisti animam meam ab inferno inferiori. Oportet ergo inferiorem poni infernum illum, de quo Dauid se à Deo liberatum refert, quod de inferno, qui est sinus Abrahæ, siue sanctorum patrum lymbus, dici nequit. Ab ipso. n. Dauid nequaquam liberatus est: sed ibi cū ceteris sanctorum animabus, vsque ad Christi resurrectionem detentus est. De lymbo etiam paruulorum intelligi nequit: quoniam Dauid circumcisus est, per circumcisionem autem in veteri testamèto originalis macula tollebatur. Ad eum ergo locum Dauid ire nequit, postquam semel circumcisus est. Nec de penis purgatorijs agitur: ad has enim sanctum virum Dauid descendisse non asseritur, sed animam eius corpore solutâ mox ad sinum Abrahæ descendisse. De inferno ergo damnatorum dicit se liberatum, non quod in eo aliqui fuerit, quia qui ibi semel est, nunquam inde exire valet: sed quia ne illuc descenderet à Deo factum est, quod liberatio vocatur. In hoc autem inferno damnatorum penalis acerbitas aeterna est: vnde animae, quae semel tartareis illis sedibus puniendè mancipatæ sunt, exire postea in aeternum nequeunt. Sic enim confitetur sacra scriptura, inquiens. In inferno nulla est redemptio. Iste enim damnatorum infernalis locus ab origine mundi consistit. Sic ait Chrs. Matt. 25. c. Ite maledicti patris mei in igne aeterni, qui paratus est diabolo, & angelis eius ab origine mundi. In hoc èt damnatorum loco ab origine mundi semp aliqui fuerunt, qui punirentur. scilicet diaboli, qui confestim, ut creati sunt peccauerunt, atque tartareis illis sedibus positi sunt. Deinde verò discurrentibus temporū primordiis hoium quoque, aic in eo loco puniendè mancipatæ sunt: quorum primus fuit Cain primogenitus Adæ, hunc enim Aug. in 14. & 15. de Ciuitate Dei refert, quod ciuitatis diaboli caput extiterit. Haec autem peruersa ciuitas exitum suum in penis inferorum habet. Ex eo autem tempore miserarum animarum supplicia in gehenna manent, atque in aeternum manebunt.

De

De secunda purgatoria sede inferni. Cap. CVI.

Quatuor autem praedictorum finium, aut portionum inferni generaliter dicti supra distinctionum secunda purgatoria sedes est, quae ad hoc data est, ut animae, quae culparum suarum penas, dum in vita fuerunt non expleuerunt plenè, suscipiant. Hic autem locus supra infernum damnatorum est, in quo penarum multiplicitas est, sed praecipua in igne est. Hic enim locus demones nullos habet: qui ibi penas nequitiae suae habeant, aut purgandas animas torqueant, quin potius nec permittit Deus, ut animabus igne purgatorio punitis assistant, cum puniuntur, ut in praecedentibus declaratum est. Hic autem purgatoriarum penarum locus ab origine mundi, sicut inferni sedes conditus est, atque in eo positus, ibi tamè ab origine mundi, qui penas illas toleraret, nemo fuit: sicut de inferno dictum est, nam in inferno damnatorum ab origine constituti seculi demones pro iniquitate sua maxima cruciantur. In loco autem purgatoriorum suppliciorum demones nulli sunt, quoniam demones supplicia aeterna sunt, poenae autem purgatorij loci aliquo tempore finiuntur. Animae quoque hominū ibi nullae esse potuerunt ab orbe condito: nam a conditione orbis vsque ad mortem primi hominis, scilicet, Abel anni multi fluxerunt sicut refert Methodius martyr in libro de Chiliadibus, id est, de seculo per millenarios computato. Toro autè hoc tempore nullis penis purgatorijs mancipatus fuit. De Abel vero dubium est, an cum anima eius corpore soluta fuerit, purgatoria petiisset loca, in quibus alicuius saltem leuis peccati inexpleram completeret satisfactionem: an mox ad sanctorum patrum euolasset sinū. Hoc tamen secundum certius, verisimiliusque est: quoniam si quicquam viuens peccauerit, pena martyrij vniuersa deleteret peccata, sicut in alijs martyribus confitemur: praesertim cum de eo Saluator noster testimonium perhibeat, quod iustorum primus fuit, ut patet Matth. 23. c. In hoc autem aduertendum est: quod si fuerit status, aut conditio morientium ab origine seculi. In prima enim aetate orbis conditi, quae cum orbe nouiter condito inchoans vsque ad diluuium protenditur, anni fuerunt duo millia ducenti quinquaginta duo, secundum computationem translationis septuaginta interpretum, & secundum Hebraicam veritatem, atque Bibliae nostrae litteram mille sexcentis quinquaginta quatuor annis mansit: ut ait August. de Ciuitate Dei lib. 15. In hac morientium conditio haec fuit, scilicet, quod qui decedebant, aut antequam ad annos discretionis, & liberi arbitrii perueniret usum, decedebant, aut cum iam peruenissent: si ante usum liberi arbitrii, & discretionem decederent, non erat in eis aliqua actualis culpa, quae eos in inferni damnatorum dignos efficeret, sed in eis solum originalis erat macula, in qua nascebantur. Ad vitam autem aeternam hac macula deformati introduci non poterant: sed ad vnum de quatuor locis inferorum enarratorum ire necesse erat. Non quidem ad damnatorum infernum, ut praebatum est, nec ad purgatoriorum suppliciorum loca, quoniam ad haec nullus, nisi qui iam rationis compos actualiter deliquerat, & de commissis dolens incompletam satisfactionem egerat, ducebatur. Manebant ergo duo loca. scilicet sinus sanctorum patrum, & paruulorum lymbus: scilicet, qui in originali macula decederent, ad paruulorum lymbum eos ferri necesse erat, qui cecitatis magnae locus est, in quo & si penae dolorum nullae sint, est tamen perpetua tristitia de carentia diuinæ visionis, per quam est beatitudo. Si autem ab originali macula absolui erant, sinum Abrahæ, qui alio nomine sanctorum patrum lymbus dicitur, petebant: in quo vsque ad Christi passionem nulla pena exerciti permanebant. In hoc tamen considerandum est, quod quidam voluisse in prima aetate peccatum originale in nullo deleri potuisse, donec ad annos discretionis homo peruenisset: tunc verò per primum actum bonum, quem in Deum dirigeret, siue sacrificii, vel alterius ceremoniae, aut saltem amoris intrinseci macula illa abstergeretur. Quo pacto quicunque paruuli in prima aetate seculi defecissent, necesse erat in aeternum esse damnatos, quoniam originali macula carere non potuerunt: quod satis graue est, ut aliquod tempus Deus hominibus sine salutis remedio dederit: quod ad Dei bonitatem fortassis satis dissonat. Aliis autem videtur, quod in hac aetate per sacrificia, & oblationes adimeretur originalis macula: quod si ad eos, in quibus macula deleri debet, referre volueris, grauius est, quae id, quod dictum a primis est. Aliis autem placet, quod in paruulis remitteretur culpa originalis per fidem parentum, sicut paruulis baptizatis in fide parentum baptizatus confert, maioribus autem sacrificia ad deletionem culpae proficiebant. De hoc Magister sententiarum in quarto distinctione prima: & ibidem Grego. ait, quod apud nos ualet aqua baptismi, hoc valet apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificiorum. Haec autem vltima positio iustior est, magisque bonitati Dei consentanea, quod sic intelligendum est. scilicet, si paruuli in illa aetate nascerentur a parentibus fidelibus, scilicet, Deum verum colentibus, & credentibus ea, quae solum in vniuersali, & a natura suscipienda sunt, scilicet, quod Deus est, & in se credentibus, atque sperantibus remunerator sit, iuxta Apostolum ad Hebraeos. cap. 11. Mox ut nascebantur pueri, ab originali culpa saluabantur: quia fides parentum cum iam esset, non expectabat vltiora tempora, in quibus haberet efficaciam, sed eam immediatè habebat. Quo dato impossibile erat aliquid de paruulis natis in prima aetate a fidelibus parentibus, Deum quae colentibus, si ante tempus discretionis, & vsus liberi arbitrii morerentur, perisse aeternam liter, quoniam mox ut nascebantur liberati erant ab originali culpa. In quo melius cum eis agebatur quam cum paruulis natis tempore datae circumcissionis. Nam si ante octauum diem pueri Hebraeorum eo tempore, quo circumcisio erat, morerentur, culpa originalis in eis remitti non poterat, cum per circumcissionem, quae in die octauo conferebatur abstergendum erat. Nec enim circumcisio praenata poterat, ut ante octauum diem fieret: quanquam quidam hoc senserint: quod videtur tenere Magister sententiarum in quarto, in fine primae distinctionis. De hoc magis diximus super Genesim in cap. decimo septimo. Ex hoc autem alterum accidebat, scilicet, quod in prima aetate, si aliqui paruuli ante annos discretionis mortui sunt de linea filiorum Cain illi aeternaliter perierunt, aut rarissimi saluari potuerunt. Cuius causa est, quoniam per lineam Cain, incepti, & tendebatur ciuitas diaboli, ut ait August. lib. decimo quinto de Ciuitate Dei. & omnes ferè illi mali viri erant Deo non adhaerentes, atque infideles, filii ergo eorum ex ipsorum fide nullum consequi poterant emolumentum, cum illa nulla foret: aut si aliqui eorum boni erant, & fideles rarissimi fuere. In linea autem Seth filij Adæ, quae fuit secunda linea generationis in prima aetate, a contrario accidere necesse fuit, cum omnes ferè viri boni essent, atque Deo fideles, quod sacra scriptura de eis restatur vocans filios Cain filios hominum, & filios Seth filios Dei, ut patet Genes. 6. ca. cum dicitur: Ingredi sunt filij Dei ad filias hominum, scilicet, filii Seth ad filias de stirpe Cain. Cum autem aliquis a patre fidei natus non fuerat, ita ut abstergeret originalis macula parentum

*Originalis culpa deleto macula deleri debet, referre volueris, grauius est, quae id, quod dictum a primis est.*

*Pena martyrij satisfaciunt pro peccatis.*

*Originalis culpa deleto macula deleri debet, referre volueris, grauius est, quae id, quod dictum a primis est.*



tum fides minimè profecisset, ab ea liberari non poterat, quousque discretionis tempora, & liberi arbitrij attigisset vsum. Et hoc est, quod dicit Greg. s. quod in parentibus proficiebat virtus sacrificiorum. s. ad hoc quod tolleretur macula originalis in parentibus erat virtus sacrificiorum. Quod intelligendum est, quado aliquis effectus parens, s. etatis maioris, & nondà fuisset in eo delecta macula originalis, deleteretur per sacrificia. Dicitur autè de sacrificiis, non quidem quod non esset alius modus delendi hanc maculam in adultis illius etatis, nisi per sacrificia. Nam & per omnes alios actus cœremoniales oblationis cuiusque, & laudis diuinæ, & orationum vel ieiuniorum, aut quarumcunque cœremoniarum in Deum trahentium. De sacrificijs tamen dicitur, quoniam nihil magis erat in omnibus actibus latræ deitatis expressiuum, aut significatiuum, quod offeres crederet esse aliquam deitatem, quàm offerre sacrificia: & ob hoc ea Deus magis sibi accepta dicebat, quàm reliqua in statu veteris testamēti. Et non solum per actus quoscuque cœremoniales in Deum culpa originalis in adultis debebatur, sed etiā per quemcunque actum in charitate: quod apparet, quia per quemcunque actum charitatis mortalia peccata delentur, & efficitur homo gratus Deo, sed nemo gratus Deo esse potest, qui ad mortem æternam obligatus est: quoniam qui Deo grati sunt, ei sunt vniti, dicente Apostolo secunda ad Corin. cap. 6. Qui diligit Deum, vnus spiritus est cum eo: sed partibus Dei, aut vnitis Deo debetur æterna felicitas: ergo necesse erat, quod per primum actum charitatis tolleretur originalis culpa. Quo fit, vt quando primo aliquis de commissis peccatis doleret, aut quando veniens ad adultam, s. discretionis ætatem, opus aliquod in charitate faceret, nulla actuali culpa precedente peccati originalis macula tolleretur. Primum patet, quoniam contritio de commissis remissionem peccatorum operatur: remissio autem per gratiam fit, sine qua collata peccata aboleri impossibile est, cum ipsa sit formaliter redemptiua peccatorum, vt dicit S. Thomas super tertium Sententiarum distinc. 20. Deus autem solum efficienter culpam delet, passio verò Christi promeritorie. Sed gratia cum nulla culpa fiat: ergo in possibile est in eo, qui de commissis tunc conterebatur, originale in manere culpam. Secundum patet. s. quod si quis ad ætatem discretionis perueniens, nulla precedente in eo culpa actuali aliquem actum bonum in charitate exerceret, scilicet, dirigendo in Deum, necesse erat in eo delevi originale culpam. Nam hunc operatem aliquid dirigendo in Deum, in quo nulla actualis macula precessisset, necesse erat esse in charitate. Charitas autem cum nulla culpa, aut macula, vel reatu æternæ mortis stare potest: ergo in eo deleteretur. Alioquin daretur, quod aliquis posset tota vita in charitate manens, & tunc nondum eam operans, atque decedens, æterna damnari morte: quod profusum impossibile est: igitur impossibile est in charitate existentem habere maculam originale, quia illa manente sumus filij iræ, & vasa mortis obligati ad mortem æternam, patet ergo quid de paruulorum statu dicendum sit, qui ante vsum liberi arbitrij in prima ætate decedebant.

Quædam ad supradicta. Cap. CVII.

**N**UNC vero dicendum est, si illi, qui in hac prima nascentis sæculi ætate decedebant, erant prouecti ad vsum discretionis, & ætatem aliquam adultam. Pro quo considerandum est, quod eo tempore hominibus nulla a Deo præcepta vitæ regulatiua tradita erant, nec obligabantur ad aliquem speciale modum viuendi, aut colendi Deum, sed in lege nature

viuebant. s. quod nullam aliam legem regulatiuam habebant nisi eam, quam natura eis tribuerat. Vocatur autem natura ipsa conditio speciei humane: est namque homo secundum speciem suam intellectum habens, qui in praticum, speculatiuumque distinguitur. In pratico autem sunt ea, quæ directioni agendorum proficiunt. Sicut ergo nobis intellectum habere natura est, ita & propositiones, quæ in intellectu nostro sunt nullo docente, sed ipsa determinante natura ex principijs rationis practicæ naturalia sunt: & homines in quantum per ea diriguntur, dicuntur viuere per legem naturæ, quoniam præceptum lex est. Præcepta ergo agendi, quæ naturaliter in sunt, naturalis lex appellatur. De hac lege loquitur apostolus ad Romanos. cap. 2. dicens: Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sunt sibi lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum causantium, aut etiam defendentium. Istis ergo lex nature est vt generaliter, & satis verè dixerimus, quidquid conscientia totaliter faciendum, aut vetandum dicit. Ideo quisquis agit contra conscientiam, peccat dicente apostolo ad Roma. 14. Omne quod non est ex fide, est peccatum. i. quidquid est contra id, quod homo credit esse bonum, est peccatum. Et principaliter, atque magis expresse homines in hac lege nature obligabatur ad decem præcepta decalogi, quæ postea Deus de dit Israelitis in monte Sinai: vt patet Exod. 20. cap. In hoc autem tempore primæ etatis idola nulla fuisse referuntur: quoniam homines recenter in memoria habebant sæculum creatum fuisse a Deo, & illum esse verum Deum: sed in secunda etate idolorum cultus cepit exordium. Colebant autem tunc homines Deum, sed ad nullum modum cultus specialiter obligati erant, cum nulla lex determinans præcessisset, sed aut in sacrificijs sic, vel aliter factis, vel orationibus, vel ieiunijs, aut diuinis laudibus, vel quibuscunque actibus in hunc modum. In his enim si originalis culpa delecta non fuisset ex fide parentum in paruulis, quando ad adultam ætatem peruenirent. In qua vsum liberi arbitrij, & aliquantè discretionis habent, in primo actu facto in charitate directo in Deum remittebatur reatus, & cõferebatur gratia, sicut tempore datæ circuncisionis in veteri testamento per ipsam circuncisionem fiebat, & nunc in nouo testamento per baptismum efficitur. Tales autem quando cunque post hoc morerentur, in originali macula decedere non poterant, nec damnari in æterna tenebra lymbi paruulorum. De his ergo dicendum est, quod aut in peccatis actualibus mortalibus dicitur clauderent extremum vltimatè impenitentes, aut in charitate, & de commissis dolentes decedebant, siue in innocentia post remissionem originalis culpæ ante aliquam actualem culpam. Si vero peccatis mortalibus grauatus, & impenitens eo tempore quis decedisset, infernalibus incendijs mancipabatur, sicut nunc in statu noui testamenti fit, & fiebat in veteri. Si autè quis peccasset, & in charitate decedens de eis doleret, remittebantur ei: nam sicut nunc per contritionem cum proposito confitendi, & obediendi ecclesiæ in satisfactione peccatorum tolluntur reatus: ita & tunc, & ab origine creati sæculi in quacunque gente hoc obtinuit, vt sola contritione peccamina deleterentur. Vnde etiam si quis eo tempore tota vita idola coluisset, aut alijs se facinoribus, & flagitijs immiscuisset, mox vt de eis doleret, remissa erant, dicente Ezechiele: Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non memorabor. capitulo decimo octauo. Aequalem enim vigorem contritio omni tempore habet. In his autem, qui de peccatis

Lex nature & præcepta eius.

Lex nature obligat ad decem præcepta.

Idola cõperant in secunda etate.

catis dolentes in prima ætate decedebant, distinguendum est: quia aut peccaminum suorum satisfactionem viuentes expleuerant, aut nequaquam. Si verò complerent, animæ a corporibus solutæ mox in lymbum sanctorum patrum, qui sinus Abrahæ dicitur descendebant: vbi vsque ad Christi passionem permanebant nullam penam sentientes. Si vero plenam de commissis satisfactionem non egissent, ad purgatoria loca ferebantur, vbi tandiu manebant, quousque perfectam satisfactionem implerent. Si autem aliquos de punitis in purgatoria clemētia ante Christi passionem exple peccatorum debita supplicia contingeret transferebantur in sinum Abrahæ: nam expletis supplicijs debitis nulli in purgatorio loco, qui penalis est, manendum erat. Deinde autem in lymbum sanctorum hęc animæ manebant expectantes Saluatoris passionem, ante quam ad vitam æternam nemo pertingere potuit.

De decedentibus in secunda etate. Cap. CVIII.

**C**VM de conditione decedentium in prima etate dictum sit, nunc ad eos, qui in secunda etate vitam clausere transeundum est. In secunda etate iā puerilis, & præcedentis sæculi, quæ totum tempus cõtineta diluuiio facta vsque ad tempus, quo Abraham egressus de Mesopotamia venit in terram Chanaan, & accepit circuncisionem anno vitæ suæ nonagesimo nono: vt patet Gen. 17. capit. fluxerunt anni trecenti octoginta octo, vt patet computando annos generationum singularium a tempore diluuij vsque ad natiuitatem Abrahæ, quæ omnia habentur Genes. 11. c. & his superaddendo annos nonaginta nouem, quos egerat Abraham cum circuncidit carnem præputij sui. In hoc autem toto tempore fuit eadem conditio decedentium, quæ fuit in eis, qui ante diluuium decedebant: & eadem distinctiones de illis habende sunt, vt de prioribus. In hoc autem differt, quod in tota prima sæculi etate idola nulla fuisse referuntur. In tẽpore autem post diluuium vsque ad datam circuncisionem Abrahæ multæ gentes idola coluisse leguntur. Obligatio autem nulla magis tunc, aut determinatio ad cultum diuinum, aut lex data erat quàm in prima sæculi etate, sed adhuc sola lex nature in hominibus per manebat. Totum autem tẽpus, quod ab Abrahæ circuncisione vsque ad legem datam Iudæis in monte Sinai fluxit quadringentorum, & sex annorum est, vt apparet latissime ex computatione, quæ fecimus Genes. 15. & Exod. 12. c. In hoc autem tempore differens modus fuit morientium, quantum ad statum animarum a corpore solutarum, quam in alijs temporibus. Nam tunc Iudæi descendentes de genere Abrahæ ab originali macula, & reatu sola circuncisione liberabantur, quia quamquam a principio hominibus salus ab originali reatu per parentum fidem esset: quia Deus iam dederat speciale præceptum Abrahæ, & semini eius, erat ablatum in eis istud remedium, & sola circuncisione saluandi erant, quod ad viros extenditur, quibus inerat sexus potens recipere circuncisionem. In feminis autem nihil tale fiebat, sed per ipsam parentum fidem saluabant, sicut dicit Gregorius. & habetur quarto Sententiarum distinc. prima. Ideo si aliqui Iudæorum non circuncisi ad adultam ætatem peruenirent, in qua aliquas cœremonias sacrificiorum aut alterius generis facerent in Deum dirigentes, aut eum diligentes, non tolleretur peccatum originale, quousque circunciderentur. Sicut si quis christianis parentibus ortus sciens se non baptizatum, & ad ætatem adultam iam pronectus non se faceret baptizari. Ideo si de Iudæis decedentibus agatur a tempore datæ circuncisionis vsque ad datam legem Moyfi, dicendum

est, quod aut isti moriebantur ante circuncisionem, vel post. Si enim ante circuncisionem morerentur, eternaliter damnabantur ad lymbum paruulorum. Si verò post tempus circuncisionis factæ morerentur, aut in peccato mortali impenitens decedebat, aut in charitate, & de commissis dolens moriebatur. Si enim decederet impenitens, infernis sedibus mancipabatur. Sic enim & nunc qui charitate priuatus moritur, mox infernali incendio detruditur, semperque hæc lex communis extitit. Si autem decedens in charitate decederet, aut aliquando actualiter peccauerat, aut non. Si innocens foret. s. vt post delectam originale culpam nunquam quidquam mortale commisisset in sinum Abrahæ, qui lymbus patrum dicitur, deducebatur. Si vero aliquando mortale commisisset, nunc tamen in charitate decederet, aut de commissis debitam satisfactionem expleuerat, aut nequaquam. Si expleuisset, identidem in sinum Abrahæ ducebatur. Si vero in expleta foret, tandiu purgatorijs detinebatur in incendijs, quousque in expleta complerentur sarcinularum remissionem. Cum autem plena facta foret in penaltibus solutio, si ante mortem Christi hoc accidisset, ad lymbum patrum reducebatur, vt ibi vsque ad Christi mortem expectans redemptionem maneret.

De circuncisione penes gentiles. Cap. CIX.

**C**VM autem de his, qui de genere Abrahæ circuncisionem susceperunt dictum sit, de gentilibus, qui eo tempore. s. a circuncisione data vsque ad datationem legis fuerunt, dicendum est. De quibus hoc primò constat, quod non tenebantur ad circuncisionem: nam circuncisio Abrahæ & semini eius tradita & iniuncta est, vt habetur Genes. 17. capi. cum dicitur: Dixit Deus ad Abraham, tu custodis pactum meum, & semen tuum post te, in generationibus suis. Hoc est pactum, quod obseruabitis inter me, & uos, & semen tuum post te circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncideris carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. Gentiles ergo ad hanc circuncisionem datam non obligabantur: quoniam non fuit intentio legislatoris eos obligare cum ad eos lex data non sit. Si tamen aliqui de gentilibus ad circuncisionem transirent per eam debebantur in eis peccata, scilicet, originalis macula, sicut in Iudæis accidebat. Ideo aut gentiles illius temporis circuncidebantur, aut non: si circunciderentur, dicendum est de eis penitus, sicut de Iudæis, quia in nullo differabant. Si autem non circunciderentur, aut decedebant ante quam peruenirent ad vsum liberi arbitrij, & ætatem alicuius discretionis, aut non. Si ante vsum discretionis, aut erat ademptus originalis culpæ reatus, aut non: si non erat ademptus per fidem parentum, vt in precedentibus declaratum est, ad paruulorum lymbum originali deprelli macula, in æternum damnati ferebantur. Si autem ademptus reatus foret, ad sinum Abrahæ inter sanctos patres descendebant. Si verò postquam discretionis attigissent ætatem morerentur, aut in mortali decedebat culpa, aut nequaquam. Si verò mortali deprelli decedebant, in æternum gehennalibus incendijs mancipandi erant. Si autem vitio mortali carētes decederent, aut antequam actualiter peccauerūt, aut quidquam commiserunt mortiferum. Si autem nunquam peccauissent, ad sinum sanctorum patrum ferebantur. Si verò aliqua eis mortifera labes contracta foret, aut de ea plenè satisfactum in poenaltibus erat, aut non: si satisfactum foret, ad sinum sanctorum patrum descendebat huiusmodi. Si verò nondum futura satisfactio impleta esset, tandiu in purgatorio detinebatur, quousque ad nouissimum quadrantem perlolutum

Gentiles non tenebantur ad circuncisionem.

solutum foret. Cum autem hæc impleta esset, si ante Christi mortem hoc accideret, ad lymbum sanctorum patrum transferendus erat. Prædicta probantur: nam gentiles quia ad suscipiendam circumcissionem obligati non erant, saluari poterant ea non suscepta: ideo si decederent in innocentia. scilicet ab originali macula, ante omnem contractam culpam, aut de peccatis suis dolentes plena præcedente satisfactione, necesse erat, ut saluarentur sanctorum patrum lymbum petentes, nec poterant gehennæ incendijs mancipari. Quo suscepto inquireretur, quem locum isti decedentes petebant: dici nequit, quod isti vita defuncti æternæ felicitatis peterent sedes, nemo namque vitam æternam adipisci potuit, quousque Christus redemptionis nostræ precium soluit. Idem tamen dici nequit, sic decedentes puerorum lymbum petere: quoniam illi duntaxat illic manent, qui originali solum culpa grauari decesserunt: hi autem quoniam hanc maculam iam deposuerant, lymbum puerorum teneri nequibant. Amplius autem nec dici poterit hos apud purgatorias manere sedes. Nam purgatoria clementia illis solis est, qui de commissis dolentes in expleta tamen penitentia decesserunt: qui tamen innocens mortuus est, aut de commissis plena iam satisfactione, nihil pro quo puniendus sit, habet: apud purgatorias ergo sedes nequaquam manebit. Manet ergo duntaxat inus Abrahæ, qui est locus sanctorum patrum, in quo taliter decedentes debeant permanere. Ex prædictis ergo inductum patet quod gentiles, qui à tempore datæ circumcissionis usque ad datam legem in monte Sinai decesserunt, si innocentes, aut de commissis plena habita satisfactione defuncti sunt, sinum Abrahæ, qui est locus sanctorum patrum petebant.

Gentiles saluari poterant absque circumcissione.

Qui ex gentilibus ad purgatorij loca tendebant. Cap. CX.

SI VERO gentilium quispiam completa nondum satisfactione, sed de peccatis dolens, & ex parte satisfactio decessisset, purgatoria clementia in sedibus purgatorijs exercendus erat: quod apparet. Non enim hic gehennalibus supplicijs mancipandus erat, cum de commissis doluisset, idem tamen quoniam hoc suscepto nihil differret aliquem impenitentem ultimæ morti, aut de vniuersis dolendo sceleribus, quod falsum liquet. Amplius autem perennitatem felicitatis hunc assequi non contingebat, quoniam ante Saluatoris passionem nemini hoc contingens fuit. Præter hoc, quia qui in vitæ æternæ felicitate suscipiendi sunt, ab omnibus maculis, & reatibus absoluti esse debent, qui verò aliquam penæ particulam explendam habent, nondum ab omnibus reatibus absoluti sunt: ergo ad vitam æternam non admittuntur. Idem tamen autem dici nequit hos in puerorum lymbum locandos, quoniam hic locus eis solis debetur, qui macula originali depressi decesserunt. Qui verò de commissis dolentes aliquam præmissâ satisfactione, & si non plena decesserunt, culpa originali non grauantur, ad lymbum ergo puerorum deficientes non tendunt. Ad sinum quoque Abrahæ huiusmodi decedentes tendere nequeunt, ibi quippe soli detinerentur, qui iusti usque neque sunt, nihil eluendum supplicijs habentes. Hi autem aliqui adhuc flammis exurendum habent, quia nondum plenè satisfecerunt, manet ergo eis duntaxat purgatorius locus, vbi usque ad penarum perfolutionem clementer exercendi sunt. Gentilis ergo, qui de commissis dolens nondum plena satisfactione decedebat, ad purgatorias necessariò tendebat sedes. Amplius autem necesse erat, ut cum gentilis, qui ob inexpletam satisfactionem purgatoria adierat loca de-

Quibus debeat puerorum lymbus.

cedens, cum ibidem quod viuenti defuerat expleuerit, ad sinum Abrahæ transferatur, quod apparet. Hic enim qui semel purgatoria clementia exercitus est, ad gehennæ cruciatus transferri est impossibile, cum a purgationis loco ad penitentiam acerbam gehennæ minimè transeat. Ad lymbum quoque puerorum a purgatorijs sedibus transfugare impossibile est: quoniam in lymbum puerorum illos duntaxat puniri constat, quos originalis culpa grauat, in purgatorijs verò sedibus actualium culparum in expleta completur satisfactio. Ab vno ergo in alterum transitus impossibilis est. Præter hæc autem a minori pena in maiorem transitus nunquam fit, sed è contrariò. penæ tamen purgatoriarum minores sunt damnis lymbi puerorum, quoniam in lymbum puerorum manere, æternum malum est. Purgatorijs autem implicari penis temporale malum est, a purgatorijs ergo locis in locum lymbi transitus nullus fit. Amplius autem qui purgatorium ignem egreditur, omnium facinorum suorum penas eluit. penæ autem peccatis correspondent. Qui ergo ignem iam exit purgatorium, gehennæ incendia aut puerorum lymbum amplius non sustinebit: vterque enim penalis locus est quantum variè. Hic quoque purgatorio iam liberatus igne, paradisi felicitatem assequi non poterat: nam æternæ vitæ ianua usque ad Saluatoris mortem cunctis conclusa mansit. Restat ergo solus Abrahæ sinus de receptaculis animarum corpore solutarum. Apparet ergo animas gentilium, quæ purgatoria clementia præteritarum macularum penitus exsoluissent cruciatus, in sinum Abrahæ mox transferendas esse.

Gentiles ex purgatorio in sinu Abrahæ: quæ ad ista usque tempora obseruata est.

Penæ purgatorij minores sunt damnis lymbi.

De lege data in monte Sinai. Cap. CXI.

TEMPVS autem a lege data in monte Sinai Iudæis eundem per omnia videtur habere modum: quantum ad conditionem decedentium, qui tempore datæ circumcissionis, scilicet, ex quo data est usque ad legem datam. Quod primò in gentilibus apparet, ipsi quippe nullam data lege maiorem obligationem, quam ante habuerunt: nam sicut ad circumcissionem obligatos eos nullatenus esse probauimus, ita & de lege data conformiter dicendum est. Nam circumcissio est ianua ad totum vetus testamentum, & ea suscepta obligatur quis ad veteris testamenti ceremonias vniuersaliter, ut patet ad Galat. c. 5. cum dicitur: ego Paulus testificor omni homini circumcidenti se, quod debitor sit vniuersæ legis faciendæ. Sicut ergo nemo christianus esse valet, nisi baptisate dilutus sit, ita nemo ad legem obligatus erit, aut intrare poterit, nisi caro preputii eius circumcisâ fuerit. Gentibus autem ad circumcissionem obligatio nulla erat, ergo nec ad legem. Amplius autem hoc patet, quoniam lex neminem obligat nisi eos, quibus data est. Lex autem data in monte Sinai solis Iudæis imposita est: quod apparet Exod. 19 vbi Deus blanditijs quibusdam collatorum beneficiorum Iudæis suadet, ut eius legem suscipiant, cum ait: Vos ipsi vidistis, quid fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis præceptum meum, eritis mihi in peculijs de cunctis populis terre: Mea enim est omnis terra, & vos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gens sancta. Et postea sequitur quomodo populus consensit accipere legem, cum dicitur: Respondens omnis populus simul ait: cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. Ecce ergo qualiter speciali consensu eorum lex data est, & si eam recipere recusarent, Deus eam non dedisset. Ad gentiles autem hoc factum non est, quia nec ipsi suscipere consenserunt, nec Deus aliquos po-

puilos

pulos consuluit an legem ab eo suscipere vellent: Ad obseruandam ergo hanc legem, nemo nisi Israelitæ tenebantur. Præcisè ergo gentiles, qui tempore datæ legis erant, ad obseruationem legis naturæ tenebantur. Gentilibus autem ab hoc tempore usque ad Christi mortem, & euangelij publicationem, idem status mansit, nec quicquam obligationis acquisitum est. Ideo dicendum est, quod si quis gentilium ante ætatem discretionis decederet: si fide parentum originalis culpa ei abolita nequaquam foret: aut ad ætatem aliquam discretionis perueniens in ea duntaxat originali labe maneret ad puerorum lymbum tendebat: quod apparet. Nam ad lymbum sanctorum patrum huiusmodi anima ferri nequibat, quoniam ille iustorum locus erat, sicut nunc amenitas paradisi. Decedentes autem in originali macula iusti non erant: ad eum ergo locum non descendeant. Amplius verò paradisi felicitatem ipsi adipisci nequibant, quoniam hic locus nulli aut iusto, aut iniquo ante Saluatoris mortem reueratus est. Præter hoc quoniam eorum hic solum locus est, qui omni labe mundi, & omni reatu penarum absoluti sunt. Qui autem originali macula inficiuntur, vtrunque horum habent, paradisi ergo felicitatem non attingebant. Idem tamen autem purgatorijs sedibus immorari non poterant, quoniam hic locus eorum est, qui de commissis dolentes satisfactionem in expletam habent, qui tamen originali macula decedentes grauantur, in peccato mortali obeunt, nec de contractis dolent, aut culpa in eis delata est, purgatorias sedes nequaquam adibunt. Nec quidem in gehennalibus supplicijs huiusmodi decedentes detruduntur: quoniam solum illi supplicia patiuntur gehennæ, qui in mortalibus decedentes de patris nequaquam doluerunt. Qui verò sola originali tenentur labe, & nulla adhuc actualia facinora commiserunt, gehennalibus nequaquam cruciatus adigendi sunt. Solum ergo lymbum puerorum manet de locis animarum corpore solutarum: ad hunc ergo ibant. Generaliter ergo diffinitum sit, quod Gentiles ab exordio orbis conditi, si dicere voluerimus, aut a tempore circumcissionis datæ, ut proprius dicamus, ante usum liberi arbitrii in culpa originali decedentes, aut si peruenientes ad usum liberi arbitrii, & aliquantæ discretionis in ea duntaxat morerentur, ad lymbum puerorum descendeant tibi in æternum mansuri. Generaliter quoque diffinitum sit, Gentiles, siue ab initio creati orbis, siue a circumcissione data ante usum liberi arbitrii delata originali culpa decedentes, aut ad ætatem discretionis peruenientes, & in innocentia delata originali macula obeunt, vel de patris sceleribus plena satisfactione præmissâ ad sinum sanctorum patrum usque ad Christi mortem descendeant permansuri. Hoc autem necessarium patet. Nam sic decedentes gehennalibus supplicijs teneri non poterant. Illi enim duntaxat his tenentur malis, qui de patris impenitentes decedunt. In his autem nulla mortalis macula fuit, aut si fuit, prorsus quantum ad culpam, & omnem penæ reatum delata est. Hi ergo gehennalibus non manebunt locis: nec cursus paradisi felicitatè assequi possunt: quia hoc nulli ante mortem redemptoris datum est. Nec hi quoque purgatorias petebant sedes. Hic enim locus eorum est, qui cum de actualibus mortalibus doluerint, plenam eorum viuentes satisfactionem non egerunt. Hi tamen aut nequaquam de actualibus quippiam habuerunt, aut de eis prorsus satisfactionem expleuerunt, ergo purgatoria non exurentur flammis. Ad lymbum quoque puerorum his descendentem nequaquam est: quoniam hi, qui originali labe infecti decesserunt tenentur duntaxat. Hi autem dum viuerent huiusmodi deposuerunt maculam. Eis er-

Lex gentilium quæ ad ista usque tempora obseruata est.

Quibus circumscriptus sit purgatorij locus.

Gentiles qui mortem habent ante usum liberi arbitrii perpetua lymbi pena damnati sunt.

Ad go solum sinus Abrahæ de omnibus animarum receptaculis manet.

Quædam penes supradicta. Cap. CXII.

REPENTIBVS ergo nobis eandem conclusionem dicendum est, quod si Gentilis ab orbem condito, usque ad mortem Saluatoris deposita originali labe innocens moreretur, aut de commissis plena satisfactione præmissâ, sinum Abrahæ, qui lymbus sanctorum patrum dicitur, petebat. Si vero quisquæ gentilium ab orbem incipiente usque ad Christi mortem, de commissis sceleribus impenitens decederet, gehennalibus incendijs in æternum mancipabatur. Hoc autem omni ætati, genti, & sexui, & professioni vniuersale est. Nihil enim ad hoc differt, an de Christianis, aut Iudæis, sarracenis, aut quibuscunque gentibus decedens fuerit. Si autem aliquis de Gentilibus toto hoc tempore, usque ad Christi mortem de commissis peccatis plena præmissâ satisfactione decederet, ad lymbum Abrahæ descendeat, ut patet ex rationibus supra assignatis. Si autem quispiam de Gentilibus de patris sibi quotcunque sceleribus dolens moreretur, satisfactione nondum finita, aut non cepta, solo dolore, vero de commissis præcedente, toto hoc tempore, necesse erat, ut ad purgatorias descenderet sedes tandiu ibi puniendus, quousque ad nouissimum quadrantem debitas exsolueret penas. His verò periolantibus ad lymbum sanctorum, scilicet ad sinum Abrahæ transferri necesse erat. Ad inferni quippe cruciatus descendere non debebat: nec ad puerorum lymbum, nec sinum Abrahæ, nec paradisi amenitatem descendere poterat ex rationibus supra assignatis in hoc casu. Cui verò satisfactio usque ad vnguem finita foret ad sinum Abrahæ transitus erat usque ad redemptoris mortem.

Sinus Abrahæ lymbus sanctorum patrum appellatur.

Quæ differentia fuerit inter Iudæos, qui ante legem datam post circumcissionem impositam erant, & eos, qui post legislationem usque ad Christi mortem existerunt. Cap. CXIII.

IN VNC verò de Iudæis dicendum est, cum de Gentilibus egerimus: in quibus hoc diffinitum est, paruum inesse differentiam eis, qui sub data lege fuerunt usque ad Christi mortem ab eis, qui fuerunt à data circumcissione usque ad legislationem. In hoc enim differrebat: quoniam Iudæi, qui à data circumcissione usque ad legislationem existerunt, ad solam legem circumcissionis obligati erant. In aliis autem poterant facere ex arbitrio: dum tamen non militarent contra præcepta legis naturæ expressa, aut contra quodcumque conscientie dictamen. Ideo nunquam mortaliter isti peccarent, nisi cum aut circumcisci recusabant, vel negligebant, si contingeret aliquem adultum incircuncisum fore, vel ut conuenientius dicamus, si parentes circumcidere, aut negligenter, aut recularerent, vel cum contra legem naturæ agerent. Cum verò lex suscepta est, non solum ad circumcissionem supra legem naturæ obligati erant, sed etiam ad omnia legis mandata, contra que agentes mortaliter peccabant secundum ipsius legis determinationem. In ceteris autem plena erat similitudo Iudæis, qui ante legem datam post circumcissionem impositam erant ad eos, qui post legislationem usque ad Saluatoris mortem existerunt. Si enim aliquis post datam legem Iudæus incircuncisus usque ad Christi mortem decederet, ad lymbum puerorum descendeat: nam lymbus est sedes eorum, qui duntaxat originali macula deprimuntur: hi autem in ea solum decede-

decedebant. Illuc ergo eis tendendum erat. Si vero post datam legem usque ad mortem Saluatoris quiscumque de Iudeis post circumcisionem in totali innocentia deederet, aut de commissis plena satisfactione premissa lymbum sanctorum patrum, scilicet sinum Abrahamae petebat. Eadem quippe in hoc rationes sunt, quas in praecedenti tempore datae circumcisionis ante datam legem esse ostendimus. Si vero quisquam de Iudeis a data lege usque ad Christi passionem suscepta circumfisione, & de patris sibi peccatis dolens: plena tamen nondum habita satisfactione, aut nondum cepta moreretur, purgatoria clementia usque ad uniuersorum suppliciorum debitorum perfolutionem exercendus erat, in prioribus rationes datae sunt. Cum vero satisfidatum esset pro commissis, ad sinum Abrahamae usque ad Saluatoris passionem transibat.

De statu quorundam decedentium. Cap. CXIII.

**A**LIVS autem status decedentium fuit a morte Saluatoris usque ad publicationem dati Evangelij, qui a prioribus differens esse conuincitur. Fuit autem publicatio Evangelij post mortem Christi per Apostolos, & coadiutores eorum fides facta. Dicitur autem facta publicatio Evangelij non quidem cum primo apud aliquam gentem Evangelium praedicatum est, sed cum apud omnes gentes sufficienter per uocem Apostolorum, & aliorum diuulgatum est: ita ut credere possent, quae uellent, nec quisquam Evangelij ignorantiam praesentia se tueri posset. Quod autem status temporis huius intermedium a ceteris temporibus differens sit, patet primo quidem de Gentilibus: hi enim eo tempore ad circumfisionem, aut ad legem Moisaicam obligati non erant, sicut nec ante hoc obligabantur. Sed adhuc nunc magis ab obligatione recedebant, quam in praecedentibus saeculis: prius quidem, & si Gentiles ad circumfisionem ceterosque Iudaicos ritus obligati non essent, circumfio tamen in se proficiens erat, ipsique proficisset Gentilibus, si ea acceptarent. Nunc uero omnia extincta, morte redemptoris erant: ita ut in se circumfio, & cetera ceremonialia nullius essent uirtutis contentina, aut effectiua, & si Gentiles ad Iudaismum conuerterentur, nihil proficisset, sed essent sicut cum liberi in lege naturae manebant: nam & ipsi Iudeis, qui a primordio in his manserant ceremonijs nihil talis proderat exercitio. Identidem autem Gentiles huius temporis ad legem Euangelicam obligati non erant, nulla nempe lex super aliquos uirtutem consequitur, quousque perfecta publicata sit: quod non contigit de Euangelica, donec per totum orbem Apostolorum insonuit tuba, & in fines orbis terrae eorum efficacia uerba audita sunt. De Gentilibus ergo, qui hoc tempore siue nondum peruenientes ad usum rationis, siue eum aliqua ex parte attingentes, qui tamen culpa originale nondum exuerant, dicendum est, quod decedentes ad lymbum puerorum trahebantur. Quod quidem omni saeculo, & aetate generale est, ut quicumque sola originali depresso macula decesserit ad puerorum tendit lymbum. Hic enim locus maculae illi praefixus est. De tempore ergo decedentis aut aetate saeculorum nihil differt: cum in originali macula duntaxat permaneat. Si autem hoc tempore aliquis de Gentilibus moreretur abolita originali culpa, innocens adhuc manens, uel de commissis plena praemissa satisfactione, ad paradisi amoenitatem ferebatur. In hoc autem status ille a ceteris prioribus saeculi nimis differt: nam prioribus statibus quicumque hoc modo habens extremum clausisset diem, ad sinum Abrahamae ducebatur, nunc uero ad vitam aeternam, quod sic inducitur: nam qui inno-

Euangelij publicatio quid.

centis aut de commissis dolens, & plena satisfactione expleta decedebat, gehennalibus claudi nequibat supplicijs, quoniam impenitens non decedebat. Amplius autem purgatoris sedibus huic nihil eluendum erat: nam hic locus eis duntaxat est praefixus, qui satisfactionem aut non expleuerunt, aut de peccatis doluerint, satisfacere tamen non coeperunt. Praeter hoc etiam ad puerorum lymbum descendere non debebant humodi: quoniam eis locus ille congruit, qui originali infecti macula duntaxat obeunt, in his autem abolita iam est. Ad sinum quoque Abrahamae siue lymbum sanctorum patrum descendere non debebat, quoniam iste fuit locus iustorum, in quo detenti erant quousque Saluator moreretur, qui morte sua hos, qui detenti erant, & ceteros redimeret, quosdam sufficienter, & efficienter, quosdam autem solum sufficienter, oes uero efficienter. Non erit ergo aliquis talis locus opportunus ad detentionem animarum beatarum, quoniam cessabat causa detentionis. Ad vitam ergo ueritatem ferri necesse erat, uel si post mortem Christi ante publicatum Euangelium decedentes pure in innocentia aut completa de commissis satisfactione ad uitam aeternam non transferrentur ad omnem uitam: numquam daretur, quod taliter decedentes uitam consequerentur aeternam: quoniam nulla maior dispositio fieri poterat, siue ex parte redemptoris, siue ex parte redemptarum animarum, ad hoc ut illam perhennem consequerentur Paradisi felicitatem.

Dicendum ergo, decedentes eo tempore, ut dictum est, mox in sedes aetherae ferebantur. Si uero quisquam de Gentilibus hoc tempore, scilicet post mortem Christi usque ad plenam promulgationem Evangelij decederet de commissis quidem penitens, nec tamen plena eorumdem satisfactione praemissa, purgatoria clementia exercendus erat usque ad solutionem uniuersis debiti, ex rationibus supra positis. Non enim erat alius locus, ad quem ferri deberet. Completa autem satisfactione delictorum, ad uitam aeternam conuolabatur. In hoc quoque huius temporis status a prioribus differere: nam in praecedentibus perfoluta debita satisfactione animae omnino purgatae in sinu Abrahamae transferebantur: nunc autem in uitam aeternam. Ratio autem huius diuersitatis est, quoniam purgatarum omnino animarum locus ipsa aeterna felicitatis sedes empyrea est, & ad hanc toto tempore ante Christi mortem sanctorum uirorum animae conuolare debebant. Sed quoniam illuc nemini nisi per sanguinem testamenti mediatoris patebat iter: detinebatur quousque redemptor sanguinem effudisset. Cum uero Christus mortuus est, iam patebat iter cunctis dispositis: nihil ergo impediabat, quin animae tunc ad uitam aeternam dispositae, mox ut a corporibus egrederentur, uitam caelestem peterent: ideo non detinebantur in sinu Abrahamae, nec in eo aliqua de sanctis animabus post mortem mediatoris mansit.

Quadam penes supra dicta. Cap. CXV.

**S**ICVT autem tempus a morte Saluatoris usque ad perfectam publicationem Evangelij in Gentilibus decedentibus a ceteris saeculorum statibus differens fuit: ita & idem ad Iudeos conferendo dicendum est. In hoc enim tempore Iudei ad circumfisionem, aut ad quaecumque praeccepta legis Moisaicae obligati nequaquam erant: cum ipsa enim morte redemptoris legalis obligatio extincta, & sepulta est. Si ergo quisquam Iudeus eo tempore incircuncisus moreretur, non sequebatur ex hoc, quod in peccato originali decedebat, nam obligatio ad circumfisionem

extincta erat: poterant nempe baptisate Christi ab originali culpa liberari. Identidem autem hoc medio tempore Iudei ad legem Euangelicam, & Baptisatis susceptionem obligati non erant: nulla namque lex uires obligandi consequitur, quousque plenè promulgata sit: lex autem Euangelica hoc medio tempore promulgata non erat: Iudei ergo medijs duorum testamentorum hoc tempore ab utroque liberi erant. Nam quodcumque illorum obseruantes saluarentur: sed ad neutrum determinatè obligati erant, utrumque tamen illorum exuere non poterant, sed ad alterum eorum obligabantur licet non determinatè. Si autem neutrum hac libertate utentes obseruare uellent, saluari non poterant: sed tenebantur illud magis obseruare, quod eis conscientia determinasset. Similiter determinat Apostolus ad Roma. 14. cap. ubi de caeremonijs legis, an hoc tempore nondum perfectè publicati Euangelij obseruari deberent, agit. Et dicit, quod illi, qui credebant se obligatos ad obseruationem caeremoniarum, non distinguentes diem, & omnem diem obseruarent: quia conscientia eis dictabat obseruare debere: qui uero intelligebat se obligatos non esse ad hanc obseruationem, distinguentes inter diem, & omnem diem, non debebant obseruare caeremonias: quia nihil contra conscientiam agendum erat, cum omne quod contra fidem sit, peccatum sit. Hoc autem tempore si quis de Iudeis post susceptam circumfisionem in innocentia moreretur, aut de commissis perfecta satisfactione praemissa, ad Paradisi felicitatem confestim euolabat. In hoc autem differt tempus istud a statu elapsorum saeculorum, quoniam in nullo praeteritorum temporum decedentes in innocentia, aut commissorum expleta satisfactione uitam aeternam petebant, sed in Sinu Abrahamae tenebantur. Diuersitatis autem ratio est, quia in praeteritis saeculis uita aeterna ianua clausa erat, cum Christus nondum soluisset precium redemptionis nostrae: ideo iusti, qui moriebantur, quanquam ad uitam aeternam dispositi erant, tamen in Sinu Abrahamae usque ad mortem Redemptoris praestolari necesse erat. In tempore autem quod inter Christi mortem, & Euangelij publicationem intercedit: quoniam Saluator mortem iam subierat, ianua uita aeternae cunctis ad hanc dispositis patebat, nec oportebat decedentes in hac dispositione ad lymbum Sanctorum Patrum descendere, aut ad aliquem locum adire per aliquod tempus praestolari. Si uero aliquis de Iudeis hoc tempore de commissis habita contritione, nec dum tamen plena satisfactione moreretur, clementia purgatoria exercendus erat quousque contractae labis exemisset reatum. Cum uero omnia deleta forent, ad Sinum Abrahamae non transibat, ut in praecedentibus saeculis generale erat, sed mox ad aeternam uitam felicitatem conuolabatur. Haec autem ex praepositis rationibus petant.

Diuerfitas horum temporum a prioribus in his, qui moriebantur iustos.

De morientibus post publicationem Euangelij usque ad finem mundi. Cap. CXVI.

**A**LIVS autem status a cunctis prioribus differens post hos sequitur, scilicet, post publicationem perfectam Evangelij usque ad finem mundi. In hoc autem tempore istud a prioribus differt: quia lex Euangelica, quae iam publicata erat, omnes homines ad custodiam sui obligabat, quam si non obseruauerint saluari eos impossibile est. Hoc autem est, quoniam differt lex Euangelica a Moisaica: nam totum tempus, quo durauit ad libertatem Gentilium concessum est. Nihil enim ad huius obseruationem obligati erant: ideo quanquam non obseruarent, nihil in hoc mortaliter peccabant. Legis autem Euangelice

modus ab hoc distans satis est: nam quicumque ad hanc obseruandam tenetur. Et si quis alicuius gentis, populi, nationis, aut professionis fuerit, qui hanc legem aut nullatenus obseruare uelit, aut eam ex aliqua parte infringat mortali grauatur reatu, ne quouis modo solui poterit, nisi eam obseruare reincipiat. Quod autem lex Moisaica Gentilem nullum obligaret, sed duntaxat Iudeos apparet: quoniam eis solis data est ipsique a Deo consulti sunt, an eam uellent, & beneficiorum enarratione ad eam acceptam suasi sunt: aliae autem gentes, nec ad hoc consultae sunt, aut eis quidquam collatum est, ut in prioribus declaratum est, & habetur Exo. 19. cap. Lex autem Euangelica omnes obligat: quia omnibus collata est, omnibus quoque gentibus in uoce Apostolorum, & aliorum coadiutorum promulgata est. Sic enim Christus iussit, & habetur Matth. ult. cap. & magis Marci ultimo dicitur: Euntes in mundum uniuersam praedicat. Euangelium omni creaturae, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit condemnabitur. Causa autem, quare lex Euangelica omnes gentes obligare debuit, lex autem Moisaica solos Iudeos est, quia lex Euangelica concernit statum perfectum ordinantem homines ad aeternam felicitatem, in qua eorum totum bonum est. Fuit quoque ista lex data in praecceptis uniuersalibus, quae non determinantur magis ad modum uiuendi unius gentis, quam alterius: quamobrem cuilibet conueniunt. Lex autem Moisaica non continebat statum perfectum deducentem hominem ad perfectionem, sicut de ea Apostolus diffiniuit ad Hebr. cap. 7. f. Neminem ad perfectum deduxit lex, sed erat quadam dispositio ad suscipiendam legem Euangelicam, quae perfectionem continebat. ut homines assuefacti iugo legis, & occupati in caeremoniali facilius inducerentur ad obseruandam legem perfectionis. f. Euangelicam. Amplius autem lex Moisaica consistebat in quibusdam particularibus praecceptis, tam caeremonialibus, quam iudicialibus, quae non conueniebant omni nationi, sed ei soli genti Iudeorum, de qua Messias nasciturus erat. Tam particularem enim statum, & conditiones concernebant leges Moisaicae, ut etiam si omnes aliae gentes eas suscipere uellent, eis non conueniret. Cum ergo lex Euangelica post perfectam promulgationem suam omnes homines ad custodiam suam obliget, necesse est, ut si quis non suscepto baptismo, qui ad legem Euangelicam introitus est, & praecipuum de praecceptis noui testamenti, in aeternum damnatus sit. Erat enim hic duplex peccati genus, & utrumque quidem ad aeternam damnationem sufficiens. f. originale, quod nondum deletum erat: quia illud deleri non poterat, nisi per baptismum, cum omnes obligati erant ad istum modum expiationis peccati originalis, sicut in Iudeis tempore ueteris testamenti nullus erat modus expurgandi originale labem, nisi per circumfisionem, ad quam specialiter obligati erant. Erat autem & praeter hoc peccatum mortale, si hic, qui non baptizatus decedebat ad aetate discretiuam peruenerat, cum reculeret illud accipere, quod accipere obligabatur. Hunc ergo aeterniter damnati gehennalibus supplicijs mancipatum necesse est. Si uero aliquis post publicatum Euangelium imbaptizatus moriatur, antequam ad discretionis perueniret annos, labem originale nondum exemit, quoniam nisi per baptismum hoc tempore adimi nequit. Ad lymbum ergo puerorum hunc descendere necesse est, qui originalis culpe locus est. Nec quidem gehennalibus incendijs mancipabitur, quia in mortali actuali non decessit: cum iste baptismum contemneret, aut reculare non posset, qui nihil intelligere ualuit.

Cur lex Euangelica oes obligauerit: lex uero Moisaica, solos Iudeos.



Si verò adultæ fuerit ætatis : quia tam originali, quàm actuali mortifera premitur culpa, gehennalibus adigi cruciatibus neçesse est. Si autem quis assumpto baptifino, ac per hoc originali labe exempta in perfecta innocentia decesserit, aut de commiffis dolens plenam eorum fatisfactionem præmiferit, ad vitam æternam mox conuolabit, vt ex fuprapofitis rationibus liquet. Si autem aliquis fufcepto baptifmate in mortali decesserit, infernorum detrudi fedibus neçesse est. Hoc quippè omnibus temporibus generale fuit, vt quicunque his preffus decesserit, in æternum gehennæ incendijs adigatur. Cùm autem quifpiam de peccatis plenè dolens, plenatamen fatisfactione nondum pmissa decesserit, purgatorijs fedibus detinetur, tamdiu illa clementia purgatoria exercèdus, quoadufq; vniuerfè labis reatum exemerit. Cùm verò hæc completa fint, ad vitam æternam transire neçesse est ad nullum aliorum locorum tranfeundo. Non enim ad finum Abrahamæ tranfbitur, velut in ftatu præcedentium sæculorum: ibi quippè iuftorum animæ detineri solebant: quoniam nondum redemptionis noftre ianua maniffelta erat. Ex prædictis illatum patet de ftatu animarum à corpore folutarum, fcilicet, quæ loca peterant in quocunque tempore, & ftatu homines morerètur ab exordio sæculorum vfque ad finem eorundem.

Pœna purgatorij ab orbe condito vsque ad eius interitum fuit duratura. Cap. CXVII.

NUNC autem redeuntibus nobis ad ea, quæ de purgatorio dicere cœperamus: dicendum est pœnas purgatorias ab orbe condito vsque ad eiusdem confummationem permanere: ita quòd nulli fuerit tempus, aut ætas, in qua hominibus pœnæ purgatorie non tollerantur, fiue ante mortem Saluatoris, fiue post eam. In hac autem purgatoria clementia, quæ in igne exercetur, ante mortem Saluatoris, tam animæ Gentilium, quàm Iudæorum puniebantur. Quoniã Iudæi in lege Mofaica faluabatur: Gentilibus quoque in folius legis naturæ obferuatione falus erat, etiam fi legem Mofaicam nullatenus obferuarent. Ad eam quippè obligati nequaquam erant, vt in præcedètib; declaratum est. Cùm ergo horum aliqui de commiffis quidem dolèntes, nec tamen plena fatisfactione præmiffa decedebant, purgatorio igne omnem felerum eximebant reatum. Hoc idem à tempore mortui Saluatoris vsque ad cõpletam Euangelij promulgationem manfit, cùm nec Iudæi ad Mofaicam determinatè, nec Euangelicam obligati erant, licet ad alteram indeterminatè tenerentur. Gentiles verò ad neutram tenebatur, vt in prioribus inductum est: ideo quomodocunque faluabantur. Promulgatione autem completa Euangelij, nemo decedens ad purgatorias fedes tendit, nifi Euangelicam fidem profellus fit baptifmatis regeneratus lauacro. Sarraceni autem, Iudæi, atque Pagani, & quorumcumque rituum gentes purgatorijs fedibus teneri nequeunt, quoniam eos decedentes gehennali carceri mancipari neçesse est. Hoc autem, quia omnes quocunque huiusmodi in originali, atque mortali culpa decedunt actuali, fi ætas capax fit discretionis. Paruuli namque eorum nondum rationis attingentes vltim originali folùm deprimentur culpa, quoniam baptifma emundatiuum non fufceperunt. Qui verò iam adulti funt, duplici tenentur piaculo, originali fcilicet, & actuali: originali quippè, quia baptizati non funt: actuali autem, quia baptifma contempferunt.

Quadam de Chrifti defcenfu ad Inferos. Cap. CXVIII.

DE Purgatorijs autem fedibus Chriftus ad Inferos post mortem fuam defcendens nullos traxit ad Paradifi ampnitatem eos ducentes. Nam qui Purgatorijs cruciatibus exercebantur, ad perfolutionè debitæ fatisfactionis his cruciatibus immanebant. Tunc ergo qritur fi Chriftus ad inferos defcendens de purgatorio igne aliquos eduxit, aut hi plenè pro cõmiffis fatisfecerant, aut nequaquam. Si verò fclerum fuorum plenè eluiffent cruciatibus labem, in purgatorio igne iam eis manendum non effer, fed in finu Abrahamæ quem Sanctorum Patrum lymbu dicimus. Non ergo hi de Purgatorijs ignibus educerentur, fed de finu Abrahamæ. Si verò aliquos à Chrifto educètos aftruamus, qui plenè pro commiffis non fatisfeciffent, abfurdum confitemur. Hoc pacto dici neçesse erit aliquos, qui nondum plenè mundi funt manere in vita æterna. Neminem enim illa admiranda, nec tamen plenè nobis excogitata foelicitas Paradifi recepit, nifi omnibus profus mundum inquinamentis. Hoc ergo neçessarium est, vt dicamus Chriftum ad Cœlos ascendentè nullum de his, qui purgatoria clementia exercebantur, fecum eduxiffè: fed hi cū cruciatibus plenè concretam exemiffent labem, ab his liberati fupplicijs in Cœlum ferebantur. Hæc autè inconcuiffè vera funt, nifi eueniffè dicamus, vt cū Chriftus in Cœlos afcenfurus effer, aut ex tempore, quo ipfe defcendit ad inferos, aliqui de commiffis expleuerint fatisfactionem. Tunc enim hi cū Chrifto exeuntes in Cœlum confcendififfent, ficut aliqui exiituri erant de purgatorijs fupplicijs, fi Chriftus non moreretur. Propriè ergo loquentes dicendum est, qd Chriftus nullos de purgatorijs fedibus eduxerit. Nam & fi aliqui eo exeunte exierint, eis tamè ex eius morte, aut exitu ad hoc, qd de purgatorijs fupplicijs exierint nil acceffit, nilq; aufuit. Profuit tamen eis quodam alio modo: nam fi Chriftus tunc mortem non fubiffet quanquam ifti purgatoria fupplicia exuerent, in lymbu tamen sanctorum detinendi erant ad fedes empyreas nequaquam afcenfuri. Quia verò tunc Chriftus mortuus est, eos ad vitæ æternæ foelicitatem perduxit. Eos autem Chriftus verè, & directè eduxit in Cœlum fecum ferens, qui in finu Abrahamæ tenebantur: quia hi foli propriè redemptorè expectabant: alij tamen & fi eis faluatoris mors prodelfet, tamen non expectabant. Amplius autem animaduertendum est gehennales cruciatibus, & purgatorias pœnas inæquales duratione effer: nam gehennalis afflicto æterna est. Quilibet namque, qui illic tenetur, in his in æternum affligitur, nec vlli quantumcumque longorum feculorum ibi tranfegerit fpacia, exuere atroces illos cruciatibus datur. Qui verò purgatoria detinentur fede in æternum ibi non manent, fed tamdiu cruciantur, quamdiu illos cruciari commifforum quantitas, & diuina iudicatio cogit. Præter hæc quoq; purgatorie pœnæ cū æternæ non funt, nec etiam extremi examinis. f. diei Iudicij tempus excedunt. Cū ipfo. n. ordine feculoru psumato, Purgatorij quoq; extinguuntur cruciatibus: post autè nemo ibi cruciabitur quantacūq; peccata pcefferint. Vnde fiquis ante diem Iudicij p mensem, aut octo dies faltè, vel quatumcūq; parui difcurfus tēporalis inexplera de cõmiffis fatisfactione, q iuxta magnitudinem patroru, & refarciendorum p triginta, aut quadraginta annos Purgatorijs fupplicijs exercendus foret, in pauco illo temporis difcurfu totum hoc feueritatis perferret, quod cūque in triginta, aut quadraginta annis fublaturus foret, vt pœna illa diem Iudicij non excederet. Tota enim manes duratio ad felicitatem sanctorum pertinet animarum: nihil ergo illius sibi in pœnalitatibus ducendum est.

Differètia pœnaru in ferni, & purgatorij

De

De lymbu puerorum. Cap. CXIX.

CVM de duobus locorum gehennalium locis actum fit, de tertio superueniendum est. Hic quibus enim lymbus puerorum appellatur. Iste enim locus lymbus à Deo dispositus est, qui ante ætatem capacem vltus rationis decedentes in originali macula: quia baptizati non sunt, aut alio modo ab illa emundati piaculo deprimentur: vel vt proprius dicamus, hi foli in hoc detinentur loco, qui in sola originali macula diem claudunt, fiue ideo originali macula expiati nõ funt, quia baptifmatis eos vnda non abluit, fiue cū circumcidi deberent non circumcifi funt, aut eo tempore, quo fides parentum eis fuffragari debebat ex iniquitate parentum nihil contulit. Dico autem in sola originali macula decedentes: nam fiquis originali macula preffus obeat, cum qua & actuales plures habeat, in lymbu puerorum non manet, fed in Tartareis fedibus collocandus est. Omnes nempe de ftirpe Adam geniti per decisionem feminalem, immediatè originale maculam contrahunt, nifi hoc Deus specialiter adimere voluerit, vt in Beata Virgine factum creditur. Causatur autem hæc originalis macula in nobis propter peccatum prothoplasti Adæ iuxta Apostoli testimonium ad Romanos capitulo quinto: vbi latè inducit quomodo omnes in Adam peccauerunt, & in ipfo moriuntur: in Chrifto autem omnes iustificati funt, & viuificati. Hoc autem est, quoniam Adam totius naturæ humanæ pater erat: totamque in lūbis fuis continebat: potuit ergo totam inficere, fed per peccatum quicumque peccat inficitur. Adam autem, quia in se totam continebat speciem, non folùm peccabat vt persona, fed velut tota natura: ideo cū ex hoc peccato infectus est, non folùm ipse personaliter infectus est, fed & totam, quam in se continebat humanam infecit speciem. Cū ergo nos per feminalem nascimur deriuationem, maculam originale contrahimus: non quidem à parentibus noftris immediate, fed ab Adam: nam parentes noftri non continent in se totam naturam: ideo naturam inficere nequeunt. Personalis autem coinquatio non est ab vno in alterum: fed eam in se quilibet habet. Dicimur ergo in peccato nati originali, quia ab illo originem trahimus, qui totam infecit naturam. De hac etiam originali macula ait Apostolus: omnes nascimur filij iræ, id est, omnes, quando nascimur fumus in ira Dei: nemo tamen in ira Dei esse potest, nisi merito peccatorum: ergo quancumque quis nascatur, in peccato nascitur. Sed istud non est aliud peccatum quod agamus: quia cū nascimur nondum quidpiam boni, aut mali egimus: ergo est peccatum quod contrahimus, & vocatur originale: quia ex origine illud contrahimus, fcilicet, cū nascimur, imò cū in vtero concipimur in ipsa anima rationalis vnione ad corpus. De hoc etiam Psalmista Pfal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non enim potest esse conceptio noftra in peccatis, nisi de originali macula intellexerimus. Nullum enim alterum tunc, vel agimus, vel contrahimus. Nifi fortè quis hæc peccata, aut iniquitates ad concipientem fœminam, & non ad prolem conceptam referre malit. Sed hoc non conuenit: nam tunc mater in peccato concipit, cū à viro non legitime accepto in fœcus matrimoniale cognita concepit: Dauid autem de legitimo matrimonio natus est. Et dato, quòd per damnatam, aut quouis modo illicitam copulam natus foret, talem turpitudinem de matre fua non expreffiffet: de originali ergo peccato conceptæ prolis neçessario in Alph. Toft. Parad.

A telligendum est. Si ergo proles concepta mox, vt nata est, obeat, aut in ipsa ab vtero effusione, ita vt prius mortua, quàm plenè nata fit, aut cū intra vterum fuerit nondum matura ad vterum relinquendum deccedat: in peccato originali moritur, quia nullo remedio emundatiuo abluta est.

Quanto tempore mori quispiam non poterat abfque originali forde. Cap. CXX.

AB orbe condito vsque ad circūcisionem datam vltim rationis decederet originali culpa grauati moriebantur. Dicunt enim peccatum originale toto illo tempore duarum ætatum sæculi aboleri nequiffisse, nisi aliquibus cæremonijs directis in Deum, vt sacrificijs, vel fimilibus, aut faltem quibuscumque actibus charitatis. Hæc autem nulli infunt vsque quo capacem rationis ætatem attingerit: ad illud igitur vsque tempus à peccato originali nemini falus esse poterat. Quomodocunque ergo quis toto hoc tempore moreretur, priusquam ad ætatem rationis capacem perueniffet, in originali macula eum mori neçesse erat. Sed hoc non simpliciter est verum, quoniam vt superius declaratum exiit, tota duarum ætatum primarum sæculi difcurfu paruuli in fide parentum ab originali macula liberabantur, ficut in veteri testamento per circūcisionem, & nunc per baptifmum. Sed hoc generale in eis remedium non erat, nam tunc fides parentum genitis faluandis proficeret, cū parentes fideles effer, fcilicet, de Deo rectam habentes fidem eumque colentes, nec conuerfi ad Idolorum infanias, proles in eorum fide faluarentur. Si tamen parentes de Deo nihil crederent eorum, quæ naturaliter cognoscere possent, fed simulacrorum infisterent cultui, & varijs superstitionibus, filij paruuli in fide parentum non faluabantur, cū parentum nulla fides exiffet. Hi ergo vsque ad ætatem rationis capacem ab originali elbi non poterant, in qua actibus fuis mundarentur. Si verò hi in ætate nondum rationis capaci decessiffent, neçesse erat in originali eos macula decessiffisse. Ad lymbum ergo puerorum hos defcendere neçesse erat. Post datam verò circūcisionem vsque ad legislationem factam in monte Sinai Ifraelitis, omnes Gentiles decedentes in parua ætate ante rationis vltim, neçesse erat in originali labe decedere, nisi fide parentum adiuuarentur. Et quoniam hoc tempore tota terra varijs superstitionibus, & simulacrorum cultibus plena erat parentes, cū fideles nõ effer filios, adiuuare fide fua non poterant, de Deo nihil rectè sentientes: vnde omnes ferè gentilium filij tunc ante rationis vltim deficientes in æternum damnabantur ad lymbum puerorum defcendentes. Si autem Gentiles ad ætatem perueniffent adultam, in primo actu cæremonialij, aut qualitercumque bono, quem in Deum dirigerent, quem theologi actum latriæ vocant, quia talem in Deum referimus, tanquam ei triè apud debitum, faluabantur ab originali macula. Iam verò qualitercumque se haberent, ad lymbum puerorum defcendere non poterant. In eo autem tempore quod à lege data in monte Sinai vsque ad publicatum Euangelium fuit, Gentilibus idem modus à culpa originali eruendi fuit, qui in præcedètib; fcilicet, vt fide parentum in parua ætate, vel fide fua, & operatione in adulta. Iudæis autem post datam legem in monte Sinai, imò post datam circūcisionem in Abraham, vnicus modus emundandi originale labem fuit, fcilicet, vt circumciderent paruuli octo dierum, vt habetur Genesis decimo septimo. In fœminis autem, O que

Actus latriæ apud Theologos quæ sit.

quæ circuncisionis capaces non erant propter carentiam sexus, fides sufficiebat parentum, vel quadam sacrificiorum cæremonia, de quibus ex parte dictum est, & aliquid infra dicetur. In his ergo peccatum originale non excedebat diem octauum deputatum ad masculos. In foeminis autem confestim, vt natæ erant, abolebatur originalis macula, quoniam in his fides parentum suffragabatur, sed fides parentum nõ magis ad diem primum, quàm septimum, & octauum, vel ad millesimum: ergo immediatè, vt natæ erant foeminæ, tollebatur in eis macula originalis. Si fortè per sacrificia fieri hanc culpæ abolitionem dice-remus, ad tempus sacrificiorum differenda erat necessariò abolitio peccati. Et in hoc melius erat foeminis, quàm viris inter Iudæos, quoniam parvuli ante octauum diem inter Iudæos decedentes, quia circuncidi non poterant, æternaliter peribant: foeminæ autem, quia immediatè, vt nascebantur, saluæ erant, securius, quàm masculi se habebant. Qualitercumque ergo Iudæi se haberent, non excedebat in eis originalis culpa octauam diem. In Gentilibus autem interdum permanebat illa per totam vitam virorum: etiam si centum, aut ducentis annis viuerent: imò plurimi Gentilium in peccato originali decedebant, etiam magno tempore viuentes. Hoc autem ideo accidebat, quoniam plurimi Gentilium, & ferè omnes filij infidelium parentum erant, scilicet, de Deo male sentientium, & idola colentium, ideo in parua ætate in macula originali non expiabantur fide eorum, cum in eis nulla recta fides esset, sed omnis prauitas in intellectu, & affectu. Cum verò peruenissent ad ætatem ratione vtentem, idolorum culturæ, & alijs illicitis se tradebant in hoc usque ad mortem perseverantes. Vnde nihil in eis vnquam erat, quo originale maculam exuere possent: quia actum nullum vnquam in Deum dirigebant. In hac autem mori eos necesse erat hoc pacto, cum nunquam abolita foret, nec tamen ad lymbum puerorum isti descendebant, quia cum plurimis actualibus grauarentur peccatis, gehennæ sedes eos decedentes suscipitura erat.

*Omnes gentes præter Christianos post legem Euangelicam moriuntur originali crimine infecti.*

Cap. CXXI.

**P**OST publicationem autem Euangelij omnes Iudæos, & Saracenos, Paganos, & cuiuscumque ritus gentes, & populos præter eos, qui fidem Christi profitentur, in peccato originali mori necesse est. Quia ad baptismatis susceptionem omnes homines obligantur, nihil quæ aliud eis esse potest, quo originalis macula deleatur, aut in æqualenti, scilicet, in sanguine. Sed hunc quoque baptismum appellamus: nam baptismus fluminis, & sanguinis sine desiderio, aut conformitate aliqua ad baptismum fluminis esse nequit. Soli autem Christiani sunt, qui sine originali reatu decedunt: quoniam in eis baptismus regenerationis lauacrum est ad emundationem originalis maculæ cæterorum quæ peccatorum, si qua fuerint. Si tamen quis eorum nondum renatus baptismi lauacro decesserit, originale nondum exemit labem, ideo æternaliter damnatus lymbo puerorum, tanquam carceri sempiterno mancipatur. Hæc autem vniuersaliter vera sunt, nisi cum quis filius Christianorum parentum inaduertentia in baptizatus manet: & postea hoc in obliuionem transit, ipse autem, qui filius Christianorum est se baptizatum æstimat,

Quo foemina ab originali culpa dissoluetur apud legem Mosaicâ.

**F** cum adultam ætatem pertigerit, nec inquirere curat, an baptizatus sit, cum ceteri Christiani baptizati sint. Si hic rectè, quæ alma mater Ecclesia recipit, creditur, cum decesserit, originale nullam culpam habet. In eo enim fides de baptismo, & cæteris, quæ Orthodoxa positio recipit sine baptismo originale culpam deleuit, quàm aliàs fides per baptismum deletura erat. Huic autem ad æternam salutem nihil obstat non baptizatum esse. Ecclesia quoque pro eo defuncto orabit, etiam si post eiusdem mortem constiterit eum sine baptismo decessisse. Sic habetur extra in decretalibus in titulo de clerico non baptizato, in capitulo Apostolicam: vbi Papa auctoritate beati Augustini in octavo de Cinitate Dei, qui ait: Sæpe hominibus Baptisma Sacrum conferri inuisibiliter operante in eis gratia inuisibilis Dei, cum nescitur, an baptizatus quispiam sit, vel cum aqua Sacramentalis ommissa non ob contemptum, sed propter inuincibilem ignorantiam fuit. Idem etiam in eodem capitulo beati Ambrosij auctoritate confirmatur. Si tamen aliquis filius Christianorum ad adultam perueniens ætatem se non baptizatum fuisse manifestis documentis compererit, baptizari debet. Potest tamen baptizari cum conditione: imò debet secundum formam, quam tradidit Ecclesia, scilicet: Si tu es baptizatus, ego non te baptizo, &c. vt patet extra de baptismo, & eius effectu capitulo primo. Quamuis tamen aliquis dubitet, & documenta manifesta nulla inueniat, quibus edoceatur eum baptizatum esse, non debet baptizari, si filius Christianorum est, & inter Christianos semper nutritus. Si tamen compererit lucidè se baptizatum non fuisse, baptizandus est. Sic patet in decretalibus in titulo de præbytero non baptizato, cap. veniens.

*Quædam ad superiora atinentia.*

Cap. CXXV.

**S**I verò quispiam de sacerdotibus fuerit ministrans in sacerdotio suo, de quo euidentissimis constat probationibus, quod baptizatus non sit, baptizari debet, & iterum promouendus est incipiendo à prima tonsura, quamquam iterum omnes ordines nullo facto saltu sumperit: & hoc vsque ad illum ordinem, in quo ministrabat cum baptizatus est, siue præbyter vsque ad diaconatum, & sic in cæteris. Sic habetur in eodem titulo de præbytero non baptizato, capitulo, si quis præbyter. Hi autem sacerdotes, qui existimant se baptizatos, cum non sint, quando promouentur, nullum ordinem verè suscipiunt. Baptismus enim omnium Sacramentorum noui testamenti ianua est: ideo, eo non suscepto, nullum Sacramentum suscipi potest, ordines autem Sacramenta sunt. Amplius autem hoc apparet: nam si iste sic ordinatus aliquem prius ordinem suscepisset non reordinaretur: Ecclesia tamen eum ordinari iubet: apparet ergo eum nullum ordinem suscepisse. Est quoque aliud accidens his sacerdotibus, quod cum ordinati non sint, conficere Euchariæ Sacramentum non possunt. Hoc enim solius præbyteri efficere est. Hi autè, & si videantur conficere proferentes verba, quæ alij veri præbyteri proferunt cum consecrant: nihil in efficiunt, quoniam collatam ordinis potestatem nullam habent. Velut si quis purè laicus in apparatu verba consecrationis proferret etiam totam Missam celebrans, perspicuum est eum, nihil efficere posse, quoniam laicus est.

Amplius

Quo baptizari debet, quod dubitatur, an sit baptizatus.

Amplius autem hi sacerdotes non baptizati existimantes se baptizatos absoluere nequeunt eos, quorum peccata in confessione audierint. Absolutio quippè actus est à duabus clauibus Ecclesiæ, scilicet, à scientia discernendi, & potestate ligandi atque soluendi, quæ simul in ordine solius sacerdotij conferuntur. Ad sacerdotium ergo non promoti has clauis nequaquam habent, nec absoluunt. Sic autem est de cæteris actibus, qui potestatem alicuius ordinis exigunt. Nam cum isti ordinem nullum habeant, nequaquam poterunt efficere, quod intendunt, aut agere videntur. Cum tamen hi sacerdotes non consecrati coelebrantes dignè, & deuotè consecrationis verba proferunt existimantes se quidquam facere, sicut ceteri veri sacerdotes efficiunt, & post illum panem, & vinum sumentes, quæ arbitrantur in verum corpus Christi, & sanguinem versa, tantam in anima sua gratiam suscipiunt, sicut si verum corpus Christi, & sanguinem suscepissent, quanquam secundum veritatem, nihil nisi purum panem, & vinum assumpserint. Causa huius patet, quia hic inuincibilis ignorantia est, nihil quæ hic ommissum est contemptu, aut negligentia aliqua sacerdotis. Identidem autem in laicis, qui de manu talium sacerdotum Eucharistiæ Sacramentum accipere conantur, accidit. Nam cum isti volunt Eucharistiæ suscipere arbitantes illum sacerdotem sine vilo scrupulo conficere posse, & hanc quam conficit esse Eucharistiæ, quanquam corpus Christi, & sanguinem nequaquam suscipiant, sed purum panem, & vinum, quia sacerdos iste conficiendi potestatem non habuit: tantam tamen gratiam suscipiunt, quantum veram corpus Christi assumentes suscepturi erant. Si autem hæc sic non consistenter, magna, atque intoleranda inconuenientia sequerentur, scilicet, multos sine aliqua culpa sua, & nihil efficere vltorius potentes æternaliter damnari. Hæc autem omni æquitati repugnant: nimis quoque diuinæ bonitati obuiarent. Amplius autem cum quis talium Sacerdotum aliquos confitentes audierit, absoluere nequit: & ipsi quos talis sacerdos absoluere videtur nullatenus absoluti sunt: quia clauis ad ligandum & soluendum iste non habuit. Deus tamen, qui summus sacerdos est, in hoc casu confitentes absoluit, quantum ad id, quod clauis Ecclesiasticorum ministrorum effecturæ erant: quia hi, qui confitentur, nihil vltra efficere queunt. Est enim hic error publicus, & inuincibilis ignorantia: contrarium enim sciri nequit, nec præsumi vllatenus rationabile est. Quod si actus ordinis, quos isti administrantes faciunt, nullius essent efficaciam, omnia confusa essent, & plurimis magnum damnum immeritis sequeretur. Damnum autem publicum per errorem consentiendum non est, sed magis, vt error publicus veritati non noceat: hoc enim omnis ratio recta dicit. Iura quoque humana id sequuntur, vt patet digestis de iudicibus in Lege, Barbarius Philippus: vbi dicitur, quod Barbarius Philippus seruus erat, & propter notam seruitutis iudex esse non poterat, qui Romanus vadens, ignorato quod seruus esset, iudex constitutus est, qui cum magno tempore iudicasset, in multis causis diffiniuit, & rectè quidem: comperit autem post multum esse, eum seruum esse, cui consequens erat illum iudicem constitui non potuisse, nec fuisse iudicem, & consequenter sententias ab eo latis nullius esse momenti, tanquam à non iudice latis. Quia tamen cunctis eius sententijs retractatis magnus error fortassis reipublicæ, & singulis de populo non ambigè sequebatur, decretum est omnes ab eo datas sententias ratas esse. In sacer-

Alph. Toft. Parad.

dotibus autem, de quibus sermo fit, simile per omnia est. Apparet ergo cuncta, quæ ab huiusmodi sacerdotibus facta sunt, & si quantum ad potestatem agentis nulla forent, rata tamen, & plena efficacia manere, ac si à veris sacerdotibus effecta fuissent. Hoc tenet Bernardus in Glo. cap. si quis præbyter. in tit. de præbytero non baptizato.

*Casus, in quo non baptizatus ab originali culpa eximitur.*

Cap. CXXIII.

**A**LIVS autem casus est, in quo qui baptizatus non est, & constat sibi baptizatum non esse, ab originali labe prorsus eximitur. Hoc autem, vt si quis baptizari velit, & cum baptizari festinet, in itinere moritur, aut si quis baptizari coeptus prius expiret, quàm baptismus expleatur. Hi enim ab originali ira plenè mundantur, ac si baptismatis fonte renati forent, & quod in eis baptismus cum fide effecturus erat, sola fides compleuit. Sic patet in decretalibus in titulo de præbytero non baptizato, in capitulo Apostolicam. Sic quoque testatur beatus Ambrosius: ipse enim Imperatorem Valentinianum baptizaturus erat, qui cum in itinere positus esset, vt ad baptismum propinaret, morte præuentus est, de quo dicit Ambrosius, quod gratiam baptismalem non perdidit, aut vltius ea non caruit, in quibus. Ventrem meum doleo, quia quem regeneraturus erã amisi: ipse tamen gratiam quam consecutus erat, non perdidit. In cæteris autem casibus, quotiens quis in baptizatus diem claudat, originali culpa pressus decedit, atque lymbi puerorum immergitur.

*Non omnes in originali culpa decedentes in puerorum lymbi mancipantur. Cap. CXXIII.*

**I**N præcedentibus quoque dictum est decedentes dumtaxat in originali macula sedibus lymbi puerorum detineri. Non enim verum est omnes in originali culpa decedentes in lymbi puerorum mancipari. Plerique nempe originali macula pressi decedunt, qui Tartareis sedibus immerguntur. Velut in Iudæis, Saracenis, cæterisque Paganorum populis accidit. De his enim perspicuum est, quod omnes in originali macula decedant. Nam nullum emundationum huius remedium est præter regenerationis lauacrum baptismale, in quo cunctæ maculæ cuiuscumque generis abluuntur: has tamen Gentes non abluuntur baptismate patet. Ab originali ergo macula eas in eo ritu manentes abstergi impossibile est. Saraceni tamen, Iudæi, atque omnium Paganorum nationes cum eas decedere contingit, non in lymbi puerorum, sed gehennalibus incendijs immerguntur: quoniam præter originale quod mortale est, multa alia actualia habent peccata. Cum verò quispiam in peccato actuali decedit, siue præter hoc originale habeat, sine nequaquam, Tartareis sedibus collocatur: vbi peccatorum suorum actualium in æternum penas luit pro peccato quoque originali, quod in lymbi puerorum passurus erat suffert. Pro vtroque enim in inferno damnatorum sufficiens, & conueniens secundum speciem pena est tam pro actualibus per se, quàm pro originali. In lymbi autè puerorum è contrario est, qui pro sola originali macula pena ibi data sufficit, pro actualibus verò nequaquam: nam originali culpæ priuationis pena debetur, sicut culpa, & actus eius in sola priuatione est: actualibus

O 2 vero

verò debetur pena sensus in actuali inflictione penarū sicut ipsa in actione consistunt. In gehennali autem mansione damnatorū vtraque pena est, quia grauior est cruciatus: ideo tam originali, quàm actuali pena hæc sufficit. In lymbo autem puerorum sola pena priuatiua. Non ergo sufficit eis, qui in tartareis damnatorum sedibus collocantur. In gentilibus autem, vt communiter hoc accidebat potissime ab eo tempore quo idolorum cultus, & varia superstio orbem possidere cepit: nam rari eorum tunc erant, qui in originali non decederent macula, etiam si multo tempore superuenerent. Nam fide parentum in parua etate non mundabantur: cum verò ad discretionis capacē ipsi peruenerent, nō habebant aliquid, quo talis macula eleuerēt, cū mox idolatriæ, & alius im munditiis se traderent. His igitur non in lymbo puerorum manendū erat, sed in tartareis mansionibus. Illi autem ad puerorum lymbum decedebāt, qui originali macula decedentes nihil alterum impiē egerūt. Hi autem erant qui in etate paruula morte occupati prius moriebantur, quàm peccandi acquirerent facultatem.

Quæ pena sit in lymbo puerorum.

Cap. CXXV.

In hoc autem de quo agitur puerorum lymbo pena sensus nulla est, scilicet pena frigoris, aut caloris & huiusmodi alia, quæ pertinent ad aliquam inflictionem: sed priuatiuæ penæ sunt, scilicet in priuatione sola diuine visionis consistentes. Hæc enim qua priuantur beatifica visio est, in qua hominibus totum bonū, quod habere possunt consistit. Animæ quippe rationales talem perfectionem sibi naturam habent, vt Deū intelligere possint, & in eo delectari. Cum verò a corporibus soluantur, eis tempus est, vt Deum videant, & fruuantur. Si verò congerit eas corpore solutas Deū non videre, nec in eo delectari, pena illis est: quia eo bono carent, quod aliis habituræ essent, nisi peccassent: Deus aut, quia iustus, & iustitia est, iuxta qualitatem & quantitatem culpæ penarum mensurat quantitatē, vt in omnibus æqualitas sit, cū iustitia in æqualitate consistat, iuxta Arist. Ethicorum lib. 5. Culpe aut omnes priuationes sunt, earū tñ quædam in priuatione sola, alæ verò in positio quodam fundantur, quæ aut in purè priuatiuo fundantur, nullum positiuum præsupponunt in actu voluntuo nec in actu executiuarū potētiarū fundant: id nec per eis positiuā penam Deus infligit. Quæ obrem qui in aliquo actuali mortali decedūt, igne gehennali in æternū cruciant. In hoc aut aiarum receptaculo penæ frigoris, & caloris sunt, & similes, quæ penæ sunt in positio actu consistentes. Originalis aut macula super purè priuatiuo fundat: in sola quippe originali iustitiæ priuatione consistit, quam tenere obligabamur. Pena igitur, quæ pro hoc peccato infligitur, in pura priuatione consistit, vt qui in sola originali labe decedūt, in æternum diuina visione priuentur, in qua totū hūanū bonū, quod felicitas vocatur, consistit. In hoc aut puerorum lymbo nulla in sensu pena est, scilicet frigoris, aut caloris, aut alterius modi. Ignis namque aut demones, vel aliquod dolorē, aut pauorem incutiens ibi non est. Omnia tamen bona, & delectationes, quibus infelices animæ ille cōsolari possent abstant, ita vt infelices prius sint. Et velut in hac gehennæ particula habitantibus interior tenebra est in priuatione visionis diuine, quæ est lux intellectus nostri: ita & exterior tenebra est. In priuatiuo interioris lucis, scilicet quæ oculis videri debet. Est ergo ibi in loco illo infelici æterna caligo, atque

Perfectionis rationis a natura infusa.

palpabiles tenebræ, ne saltem miseris aliquod lucis oblectamentum sit.

De his, qui sunt in lymbo puerorum.

Cap. CXXVI.

In hoc autē puerorū limbo de quo agitur, ab exordio orbis conditi non fuerunt, qui hac æterna punirentur cecitate, velut in inferno damnatorū à primordio seculorum qui punirentur fuerunt. Ibi namque demones ab initio extiterunt, qui mox, vt creati sunt transgressores effecti, tartareo carceri mancipati sunt. Postea autem aliquanta successione seculorū ibi quoque spiritus hominum esse ceperunt. In lymbo autē puerorum nulli demones sunt, qui puniant aut puniantur, sed solè animæ in peccato originali decedentium. Sed ab exordio orbis conditi, scilicet cum ipso orbe creato nemo immediatè in originali decessit reatu: ergo populatio lymbi non cepit cum orbis condicione, sicut populatio carceris gehennalis. Assumptum pater, quia nemo in originali peccato decedere potuit nisi de posteris Adæ. Hi etiam, qui nunc in lymbo detinentur in nouissimo die examinis horrendi cū ceteris, qui aliquando homines fuerunt resurgēt, quoniam resurrectione generalis erit: nihil quippe ad humanam speciem vnquam pertinuit quod ibi non resurgat. De his tamen necessarium non est, vt coram Domino ceteris astantibus in die iudicij presententur in valle Iosaphat, in qua iudicium futurum à doctoribus asseritur. Sicut videtur sonare illud Ioel cap. 4. cū dicitur: Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo cū cōuertero captiuitatem Iudæ, & Ierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Iosaphat, & disceptabo cū eis. Et quibusdam interpositis dicitur: Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi enim recumbere faciet dominus robustos tuos: confurgant, & ascendant gentes in valle Iosaphat: quia ibi sedebat vt iudicem omnes gentes in circuitu. Quod aut hi nō presententur in iudicio, ratio esse videtur, quia iudicium fiet de his, quæ vnusquisque prauè egit aut probè: vt qui peccauerunt, iustam operum suorum vicem recipiāt videantque se coram toto orbe iuste pro patris damnari. Hi autem nihil egerunt, pro quo dānari debeant, sed contraxerūt originale, propter quod visione Dei priuati sunt in æternum: nō ergo his opus est Deo iudice peccatum suum eis demonstrante: cū nō ipsi peccauerint, sed à patribus peccatum contraxerint. Hoc aut quidam existimant, sed nos cum ceteris coram Deo iudicante presentari aut nequaquam nihil differt. Amplius autem sciendum, hos, qui in lymbo puerorum patiuntur, in æternum ibi mansuros. Pena quippe cuiuslibet mortalis peccati in æternum manet. Qui verò in lymbo puerorum sunt, in mortali peccato decesserunt: originale quippe mortale est, quanquam de actualibus non sit. Sicut ergo qui in actuali mortali decedit in æternum gehennalibus incendiis mancipatur: ita qui in originali diem claudit, in æternum in lymbo puerorum illa interiori, & exteriori affligitur tenebra. Sciendum autem de hoc puerorum lymbo à Christo tempore Passionis, & resurrectionis suæ nullos eductos fuisse: omnes quippe de inferorum locis educti ad vitam æternam conscenderunt, ad eam tamen nemo ascendit, nisi qui perfectè mundus est. De lymbo ergo puerorum nullos secum Christus eduxit: quia illi in mortali peccato, quod originale dicitur, in æternum manent.

Quis lymbo sit puerorum non aderit aut Deum, vt infelicitate alicui sententia.

Originale peccatum mortale est.

Quartus

Quartus sinus apud Inferos.

Cap. CXXVII.

CVM in prioribus de tribus receptaculis animarum in Inferno distinctis actum sit, de quarto aliquid enarrare opere precium erit. Est autem quartus, atque extremus sinus inter infernalium loca lymbus Sanctorum Patrum, quem Christus cognosci dedit per beatum Lucam capitulo decimo sexto, cū dicitur: Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham: mortuus est autem, & diues, & sepultus est in infernum. Eleuans autem oculos suos, cū esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Hunc autem lymbum Sanctorum Patrum vocant, quia in hoc soli viri iusti, & totaliter ab omni contagione exempti erant. Nemo namque ibi erat, qui in mortali decessisset crimine, aut qui aliquid poenalitatis pro incompleta satisfactione explendum haberet: hi quippe ad alios tres sinus, vt in prælibatis distinctum est pertinebant. Descendentium verò ad Sanctorum Patrum lymbum modus hic erat, quod quicumque adempta originali macula aliquo de supra descriptis mundanioribus remedijs in innocentia moreretur, ad lymbum hunc descendebat, si ante Saluatoris mortem decessisset. Aut si quis semel adempto originali reatu aliqua actualia flagitia perpetrasset, de quibus plenè ante obitum satisfecisset, ad lymbum sanctorum ferebatur. Hæc autem conditio decedentium ab exordio conditi orbis fuit vsque ad datam circuncisionē: & inde generaliter vsque ad mortem Saluatoris, siue Gentilis ille, siue Hebræus esset. Quod si quisquam quolibet horum ante Saluatoris mortem elapsorum temporum de commissis dolens, imperfecta tamen satisfactione decessisset, ad purgatorias descendebat sedes, vbi tam diu cruciatibus purgatorijs exercebatur, quousque vniuersum præteritæ labis reatum exemisset: deinde autem ad sanctorum patrum lymbum transferebatur. In hoc autem quarto sinu inferorum poenarum locus non erat, quoniam qui ibi manebant, nullam culpam, aut reatum habebant, propter quæ poenalaribus affligendi essent, nec quidem eis, quæ in sensu sunt, nec eis, quæ in damno, scilicet, in tenebris interioribus. Hunc autem locum ideo diuina bonitas ab exordio seculorum cum ceteris animarum receptaculis struxit: quia viri, qui quocumque tempore in innocentia, aut completa de commissis satisfactione decederent, vitæ æternæ felicitatem confestim habituri erant, quia ad hanc suscipiendam perfectè dispositi erant. Identidem autem, & qui de commissis dolentes, incompleta tamen satisfactione decedentes, purgatorijs ignibus tenebantur, exempta prorsus labe ad vitam æternam mox recipiendi erant. Et quia toto seculorum præteritorum lapsu vsque ad Saluatoris mortem ianua vitæ æternæ clausa extiterat, nondum soluto precio redemptionis nostræ, sed Christus moriens vitæ portam reuerat: necesse erat quendam poni locum, in quo vsque ad id temporis animæ virorum iustorum ab exordio seculorum decedentium permanerent. Hic autem est ille locus, quem Sanctorum Patrum lymbum appellamus, qui ad stabilitè manendum non erat, sed vt ibi promissam, atque proculdubio assecuturam præstolarentur redemptionem, scilicet, vsquequo Paradisi porta referat foret. Hic autem locus à ceteris tribus animarum receptaculis differebat, quoniam in alijs aliquid poenalitatis erat, in hoc autem nihil. Nam qui in alijs tenebantur locis, aliqua culpa grauabantur, aut onus

Quanto rpe huius lymbi durauerit cōditio.

Sinus Abrahamæ vnde dicitur sit.

A satisfactionis in expletæ eos premebat, quamobrem vbi cumque existerent, necesse erat, vt aliquo genere poenarum afficerentur. Qui autem in lymbo Sanctorum Patrum erant, nulla culpa tenebantur, nec aliquam in expletam completari erant satisfactionem: iniustum ergo satis videretur eos aliquo poenalarum genere affligari.

Quædam de nominibus Lymbum Patrum.

Cap. CXXVIII.

HOC enim quartum animarum apud inferas sedes receptaculum: quod nos sanctorum patrum lymbum dicimus sacra scriptura sinum Abrahamæ frequenter appellat. Sic enim patet Luc. decimo sexto. vbi Christus dicit mendicam Lazarum ab angelis portatum in sinū Abraham: diuitem quoque in tormentis gehennalibus acriter afflictatum introducit clamantem ad Abraham, & ad Lazarum, qui erat in sinu eius. Nec nos cum quibusdam arbitremur hunc sanctorum animarum locum ante Christi passionem sinum Abrahamæ ideo vocatum, quoniam ibi Abraham primus steterit. Nam ante eum plerique ad eum locum descenderunt. Sic enim de prothoplasto Adam pater, qui quamquam a principio peccans, postea tamen vir iustus, & timoratus Deo fuit: tanti enim boni priuatio quantum experiri cooperat in terrestri paradiso, quod identidem culpa sua perditum nouerat, eum nimis cautum reddidit, atque vitæ eius exosum, & in ea velut in quodam diuturno luctu manentem, atque in perpetuo desiderio illius, quam semel cognouerat foelicitatis. Vnde de eo sacra scriptura testimonium reddit, quod vir sanctus fuerit. Sic patet Sapientie capitulo decimo, scilicet: Hęc illum, qui primus formatus est à Deo orbis terrarum pater, cū solus esset creatus, custodiuit, & edaxit a delicto suo. Præter hoc autem ante omnes, qui ad lymbum sanctorum descenderunt, Abel filius Adæ primus fuit, qui quoniam Deum diligenter, ac deuotè colebat, Deusque sacrificia illius suscipiebat, exterminatus est a fratre suo Cain, vt patet Genes. capitulo quarto. Tota autem sacra scriptura de hoc testimonium perhibet, quod vir sanctus sit. Potissimum autem est Christi præconium de eo, quod habetur Matthe. vigesimotertio capitulo, vbi dicit: Vt veniat super vos omnis sanguis, qui effusus est a sanguine iusti Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz. Ecce enim iustum vocauit Abel. Hoc etiam habetur ad Hebræos capitulo vndecimo, scilicet: Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain Deo obtulit, per quam testimonium consecutus est iustus testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Hic autem cū obiit ad lymbum sanctorum mox descendit, cū innocens moreretur: nulla quippe peccata in eo præcesserant, quorum merito ad alta loca descendere debuisset, & si aliqua peccata habuisset, iam de eis plenè satisfecisset, cū scriptura eum iustum vocet. Dato quod Abel quædam habuisset peccata, quæ viuens deplorasset, de eis tamen non plenè satisfecisset, cuncta obligatio ad satisfactionem per martyrium extinguebatur. Eo enim quo zelans Dei patriam, & iustitiam emulatois fratris sui manu concidit, ab omni onere satisfaciendi liberatus est: ipsa enim martyrii susceptio plena, & supererogans satisfactio erat. Hoc quidem catholicum documentum apud omnes theologicos doctores est, quod etiam si quis ducena



millia patrauerit mala, pro quibus ei in vita dolenti in purgatorijs ignibus amplius, quam per mille annos manendum esset, si pro Christi nomine, aut pro defensione cuiuscumque probitatis mortem subeat, mox ad sanctorum æteram conuolabit felicitatem. Martyrium quippe cuiuscumque satisfactionis faciendæ quantumcumque magna sit, extinguit obligationem. Dicendum ergo ex his patet, primum fuisse Abel virum sanctum, qui ad sanctorum lymbum descendit. Post hunc autem descendit Adam pater eius. Prius namque Abel, quam Adam mortuus est: quia post mortem eius Adam genuit Seth, dicens, posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain, ut haberetur Gen. 4. capit. Post Adam tertius ad lymbum descendens fuit filius eius Seth. Prius autem Adam, quam Seth mortuus est, ut colligitur Gen. 5. cap. computando annos Adæ, & filij eius Seth, & annos, quos habuit Adam cum genuit Seth. Nam Adam vixit annis octingentis postquam genuit Seth, & Seth vixit annis nongentis, & duodecim: ergo centum duodecim annis mortuus est Adam ante Seth: quæ patent in eodem cap. Quod autem Seth fuerit vir iustus descendens ad lymbum sanctorum constat: quia omnes de stirpe eius viri sancti appellantur usque ad finem huius primæ ætatis circa diluuium, cum iam omnis caro corruerat viam suam, ut apparet Gen. 6. cap. Quartus descendens ad lymbum fuit Enos filius Seth: ille enim vir sanctus fuit: quoniam Sacra Scriptura testatur de eo, quod ipse cepit invocare nomen Domini super terram, ut apparet Gen. cap. 4. Sed iste mortuus est post Seth annis nonaginta octo, quia Seth vixit postquam genuit Enos annis octingentis septem. Enos verò vixit annis nongentis quinque, ut patet Gen. 5. cap. Et sic de cæteris viris sanctis per lineam Seth, usque ad Noe, dicendum satis rationabiliter videtur, quod omnes ad lymbum descendit sanctorum: potissimum de illis, quos Sacra Scriptura in illa linea enunciat. Quoniam præter hos multi alij in eadem fuerunt linea, quæ in Sacra Scriptura non computantur: de quo non est idem præsumendum, quod de eis, qui scripti sunt: quoniam nullus, qui in linea Seth scriptus in Sacra Scriptura reperitur, periit in diluuium, ut patet ex computatione quam fecimus Gen. cap. 5. Multi tamen de his, qui non sunt in eadem linea scripti, quam de eadem fuerunt, diluuium absumpti sunt, cum per aquam solum octo animæ saluæ factæ sunt. f. Noe, & tres filij sui, & uxores Noe, & filiorum trium. Post hos autem de Noe manifestius adhuc est, quod ad lymbum descendit, quam cæteri, quia de eo manifestiora testimonia sunt in Sacra Scriptura, ut patet Gen. 7. cum dicitur: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac. De eo etiam testimonium redditur, quod iustus fuerit Eccl. 44. cap. f. Noe inuentus est perfectus iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio: ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium, testamenta sæculi postea sunt apud illum ne deleri posset diluuium omnis caro. Laudat etiam eum apostolus de fide ad Deum, ut habetur ad Hebr. 11. f. f. Fide Noe responso accepto ijs quæ adhuc non videbantur metuens, aptauit arcam in salutem domus sue, per quam damnauit mundum, & iustitiam, quæ per fidem est hæres est institutus. De Henoch, qui in hac ætate prima fuit ante Noe Sacra Scripturæ testimonium reddunt, quod vir sanctus fuit, ad lymbum tamen non descendit, sed rapuit eum Dominus, & transfuit in Paradisum: sic patet Ecclesiastici quadagesimo quarto capitulo, scilicet: Henoch placuit Deo, & transfuitus est in Paradisum, ut det poenitentiam gentibus. De hoc etiam Apost. ad

Primus Abel descendit ad lymbum patrum.

Hebræos cap. 11. ait: fide Henoch transfuitus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transfuit illum Deus. Ante translationem enim testimonium habebat placuisse Deo. Hic igitur omnes alijque plurimi ante Abraham ad sanctorum sinum descendunt. Non est ergo rectè dictum: ideo vocari hunc locum sinum Abraham: quoniam ipse illuc primus descendit. Item hoc stare non potest: nam de Abraham habetur Gen. 25. cap. Deficiens mortuus est in senectute bona, prouectusque ætatis, & plenus dierum congregatusque est ad populum suum. Et hoc exponunt doctores de congregatione ad viros sanctos post mortem. Oportet ergo, quod alij in lymbum existenterent cum ipse illuc descendit: quia dicitur congregatus ad illos: primus autem ad nullum congregari potest. Et non solum alij præcessisse in lymbum probantur, sed etiam multi: quia dicitur congregatus ad populum suum: vnus tamen, aut duo, vel pauci populum non faciunt. Aliqui autem istum populum vocant angelos: sed hoc super Genesis capitulo vigesimo quinto improbauimus. Necessè est ergo locum hunc sinum Abraham propter aliam causam vocari. Hoc autem est, quoniam in tota natura sic obtinuit, ut à dignioribus denominetur res: sed in toto lymbum nullus æque iustus, & Deo acceptus erat, ut Abraham, ideo ab eo denominari debuit. In ipso quoque populus Dei accepit exordium: nam ante eum nemo populus Dei vocatus est, quamquam in linea Seth descendentes ab Adam filij Dei vocabantur, in quantum differabant à descenditibus per lineam Cain, qui pessimi erant, de quo Gen. 6. cap. Deus quoque ad Abraham maiorem monstrauit familiaritatem, quæ ad aliquem antiquorum Patriarcharum, sicut patet ex processu Genesis à cap. 12. usque ad 24. Omnes quoque posteriores viri sancti cum a Deo aliquid præcabantur commemorando merita Abraham præcabantur, & se hoc modo exaudiendos aestimabant, ut frequenter patet in Exodo, & in libro Numerorum, atque in plerisque libris veteris testamenti. Amplius autem promissiones factæ de danda terra Chananæorum, quæ erat diuisa in septem gentes, vel in decem, ut patet Gen. 15. c. & de Messia nascituro de femine suo, nulli ante Abraham factæ sunt. In eo quippe cuncta inchoata sunt. Nam et si omnia noui, & veteris testamenti volumina, perlegeris neminem inuenies, ad quem primo ista dicta sunt. Sic enim ait Apostolus ad Galat. capitulo tertio: Abraham factæ sunt promissiones, & semini eius. quasi dicat, non fuerunt factæ prius alijs. Omnium autem harum rationum, & plurimum fundamenta habentur diffusè per processum Genesis, & habentur simul Ecclesiastici 44. capitulo, cum dicitur: Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruauit legem Excelsum: & fuit in testamento cum illo. In carne eius fecit stare testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis, ideo in reiuuando dedit illi gloriam in gente sua crescere illum quasi terræ cumulum: & ut stellas exaltare semen eius, & hæreditare illos a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terræ. Et in Isaac eodem fecit modo propter Abraham patrem ipsius. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput Jacob. Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & diuisit ei partem in tribus duodecim, & conseruauit illi homines misericordie inuenientes gratiam in oculis omnis carnis. Ex prædictis autem rationibus alisque in hunc modum conueniens laus patet debuisse vocari sinum sanctorum ab Abraham, quanquam ante ipsum plures in eo manerent.

Abraham præ cæteris patriarchis a Deo optimo dilectus est.

Ex fide parentum originalis macula in pueris tollitur.

Quomodo ad sinum Abraham iustorum anima siue Iudæi, siue Gentiles essent descendebant.

Cap. CXXIX.

AD HVNC sanctorum lymbum, siue sinum Abraham, iustorum virorum animæ descendebant, siue Iudæi, siue Gentiles essent. Cuius modus hic est. Ab exordio orbis conditi decedentes, aut in ætate adulta moriebantur, aut priusquam ad ætatem rationis capacem peruenirent. Si verò in parua ætate decederet, aut merito fidei parentum originalis culpa abolita erat, aut nequaquam. Sed si fides parentum fuisset, ut in prælibatis expositum est, macula in paruulis tollebat, quo pacto decedentes paruulos ad lymbum sanctorum deferri necesse erat, quoniam cum plena innocentia diem clauerant. Si verò nulla parentum existente fide paruuli nequaquam iuuarentur, in originali illos decedere necesse erat: & hoc modo ad lymbum paruulorum descendere, qui originalis maculæ locus est. Cum verò homo ad ætatem rationis utriusque & considerare potentem peruenisset, per primum actum bonum, quæ in Deum dirigeret, originale maculam poterat expiare. Hic autem si postquam originale eluisset reatum in innocentia manens decedebat, ad sinum Abraham ferebatur. Quod apparet: nam hic gehennalibus incendijs detruendi non poterat, quia in mortali non decedebat peccato, gehenna tamen damnatorum pro actuali & mortali culpa locus est. Præter hoc autem, nec purgatorijs sedibus detinendus erat, quia ibi illi duntaxat exercentur, qui in expletæ satisfactionis reatu tenentur. Hic autem nihil eluendum habet, cum nihil dignum pena commiserit. Ad lymbum quoque paruulorum descendere nequibat: quia ibi soli tenentur, qui originalis maculæ reatu grauantur. In hoc autem omnis macula exempta est. Vita quoque æternæ gaudia adipisci non poterat. Nam ad hunc locum nemini accessus patuit, quousque Saluatoris mors illum referaret. De receptaculis autem animarum corpore solutarum nullum manet, necesse est ergo ut in sinu Abraham, qui reliquus est huiusmodi decedentis anima commoreretur. Si quis verò post aliqua mortalia patra decederet, aut ille de commissis doluerat, aut minime. Si verò nequaquam doluisset, quoniam impetens erat, ad gehennam incendia descendere necesse erat, ubi in æternum manendum erat. Si verò de commissis ante mortem doleret, aut de eis expleuerat satisfactionem, ad sinum Abraham descendebat, nihil namque in eo erat, propter quod alterum locum petere deberet. Si verò plenam de commissis satisfactionem non egisset, purgatorijs sedibus detinendus erat, quousque debita satisfactionis expleretur modus. Cum verò hanc supplicij exercitum expleuisset, ad sinum Abraham transferendus erat: quia nihil in eo erat, propter quod ulterius supplicij purgatorij immanendum esset. Ibi autem manebat usque ad mortem Saluatoris. Iste autem fuit modus omnium decedentium ab exordio orbis conditi, usque ad circuncisionem Abraham datam, quod est tæpus duarum ætatum sæculi.

De mutatione decedentium de statu sæculi, quoad conditiones data circuncisione.

Cap. CXXX.

DATA autem circuncisione aliquantum de statu prioris sæculi, quantum ad conditiones decedentium. Alph. Toft. Parad.

A dentium mutatam est. Nam suscepta in Abraham circuncisione quicumque circuncideretur, siue de Gentilibus, siue de Iudæis ille foret, ab originali macula in ipsa circuncisione saluabatur. Ideo cum inter Iudæos aliquis suscepta circuncisione moreretur, etiam si ante ætatem rationis capacem decederet, parentibus etiam non suffragantibus per fidem, in originali macula decedere non poterat: ideo ad lymbum Abraham iste descendebat. Ad Infernum quippe damnatorum nequaquam ferri poterat, quoniam nullo mortali actuali grauabatur. Ad purgatorias quoque sedes identidem non tendebat: quia iste in expletæ satisfactionis locus est: huic autem expellendum nihil mansit, cum nullum vnquam poena dignum egerit. Nec quidem in paruulorum lymbum detineri poterat: quia iam ei originalis ablata fuerat labes. Nullum autem ei de animarum corpore solutarum præter sinum Abraham reliquum receptaculum erat: ad hunc ergo huiusmodi ferri necesse erat. Si verò Iudæus post datam circuncisionem in adulta moreretur ætate, iam in eo originali abolita macula, aut in peccato actuali mortali decedebat, aut non. Si verò nullo adhuc mortali patra decederet, ad sinum Abraham descendebat, nulla quippe, aut culpa, aut satisfactionis expendæ onus ad aliud animarum receptaculum ire cogebat. Si autem in mortali culpa decederet impetens quidem, id est, de commissis non dolens, gehennalibus detruendi cruciatibus necesse erat. Si autem paratis quibusdam mortalibus doleret expleta pro eisdem debita satisfactione ad lymbum Sanctorum descensus erat, ut ex prædictis patet. Si verò de commissis præcessisset dolor, nec tamen expleta facinorum satisfactio foret, purgatorijs cruciatibus expleri necesse erat, ubi cum omnis macula supplicij assumpta foret, ad lymbum Abraham transitus ei erat.

Quædam de Gentilibus.

Cap. CXXXI.

HIC autem modus, quem in Iudæis post datam circuncisionem assignauimus, in gentilibus fuit post datam circuncisionem usque ad mortem Saluatoris. Data enim circuncisione gentiles proprie esse coeperunt: quia tunc data circuncisione Abraham, & posteri eius coeperunt esse populus Dei, à cæteris gentibus signaculo circuncisionis diuisi. Sed adhuc proprius gentiles dicti sunt suscepta lege ab Israelitis in monte Sinai, quam nulla aliarum gentes susceperunt. Lex autem facit vnum populum ab altero distingui. Gentiles autem, qui à data circuncisione Abraham usque ad mortem Saluatoris fuerunt: imò usque ad publicatum Euangelium ad sinum Abraham descendere poterant quadrupliciter. Primo quidem, si quis eorum à parentibus fidelibus natus, scilicet, qui de Deo rectè sentirent, quæ naturaliter sentire poterant, & idolorum immunditias cauerent, in parua ætate ante tempus discretionis decederet, fide parentum in eo macula tollebatur originalis: ad sinum ergo Abraham descendere necesse erat. Fides namque parentum inter Gentiles in paruulis originale culpam adimere potuit: rari tamen parentes fideles habebant: cum omnes ferè ad idola declinarent: ideo hic modus inter Gentiles rarus fuit. Secundus autem modus erat, si quis de Gentilibus in parua ætate ab originali macula in fide parentum expiatus ad adultam perueniret ætatem, aut si non expiatus fide parentum ad ætatem rationis capacem im-

Quo tempore Gentiles esse coeperint.

penso aliquo actu ceremoniali in Deum directo, ab hac liberaretur, si usque ad mortem nullum mortale patretur in plena innocentia permanens, ad sinum Abrahamæ descendebat. Quod apparet, quoniam ad damnatorum supplicia gehennæ huic eundem non erat, quia nulla actuali mortali culpa tenebatur. Identidem autem ad purgatoria loca hic non pergebat: quia nihil ei igne cremandum manebat, cum nihil unquam poena dignum patraisset. Ad lymbum quoque puerorum descensus nullus erat, quia ille originalis culpæ locus est, qui in huiusmodi decedente abolita prorsus erat. Taliter ergo morietur nullum animarum restabat receptaculum, nisi sinus Abrahamæ. Ad hunc ergo descendere debebat. Nam ad vitam æternam nulli unquam ad mortem usque Saluatoris transitus patuit. Tertius modus descendendi ad Sinum Abrahamæ in Gentilibus erat, cum quis mortalia patrans de eis doleret, siue hoc in cultura simulacrorum, siue in quocunque genere peccati esset. Postea autem plena habita satisfactione decederet, ad sinum Abrahamæ talibus iter erat. Huic namque ad gehennales sedes, aut purgatoria loca, aut Aethereas empyrei mansiones, aut puerorum carcerem transitus nullus erat. Ratio autem ex prædictis patet. De Paradisi loco causa manifesta est. De alijs autem patet, quoniam poenalia loca sunt: huic autem nihil inest, propter quod puniri vlatenus debeat. Quartus autem modus, quo Gentilibus in hoc tempore patebat descensus ad Sinum Abrahamæ est, si quis quibusdam mortalibus perpetratis de eis dolens non expleta satisfactione ad purgatoria sedes descendere: ibi autem cum debitam satisfactionem expleisset, ad sinum Abrahamæ transferebatur. Nam completa suppliciorum debita pro sceleribus toleratione, in cruciatibus ulterius immanendum non erat. Patet ergo ex dictis, quod non solum Iudæi ad Sinum Abrahamæ descendebant, sed etiam Gentilibus ab orbe condito usque ad plenam Evangelij promulgationem illuc multipliciter iter patuit.

*Quando anima in Sinu, scilicet, patria esse coeperunt.*  
Cap. CXXXII.

**A**MPLIUS circa istud quartum animarum receptaculum speculandum occurrit, quando anima ibi esse coeperunt, & quando esse desierunt, vel an aliquando euacuetur. Cui respondendum in hoc sanctorum lymbo ab exordio creationis rerum non fuisse animas, sicut in inferno ab initio rerum conditarum fuerunt, qui punirentur, scilicet, demones ipsi, qui mox, ut creati sunt ceciderunt. In lymbo autem sanctorum non accidit hoc: quoniam ibi dumtaxat iustorum virorum animæ erant, quæ sine mortali culpa, & originali reatu, & omni satisfactionis onere à corporibus discesserunt, aut si quam decedentes habuerunt priusquam ad lymbum sanctorum peruenire foret eam poenitus persoluerunt. A principio tamen orbis conditi non fuerunt aliquorum virorum iustorum animæ à corporibus solutæ: ergo lymbus sanctorum à principio orbis conditi animas nullas habuit. Nam ut supra inductum est primus homo, qui in toto orbe mortuus fuit, iustus Abel extitit: hic tamen usque ad annum ab orbe condito secundum Iosephum libro primo Antiquitatum mortuus non est. Amplius autem in hoc sinu Abrahamæ animabus in æternum manendum non est velut in gehennalibus supplicijs, aut lymbo puerorum. In his enim duobus receptaculis animæ semel receptæ in æternum manent: in Sinu autem Abrahamæ usque ad mortem Christi dumtaxat animarum sanctorum fuit in-

colatus. Huius autem ratio, ut ex prælibatis patet, est: quia qui sine culpa mortali actuali, aut originali premente, aut onere inexpletæ satisfactionis decedit, ad vitæ æternæ gaudia dispositus est: nihil quippe ei ex se deficit, ut ad hæc dispositus sit. Si ergo animæ iustorum mox, ut à corpore solutæ sunt, gaudiorum loca non assequuntur, ex eis non est, sed ex conditione ætereorum sedium, quoniam referatæ non sunt. Et quia vitæ æternæ mansio nulli concedenda erat, quousque pro omnibus peccatis nostris plena esset facta satisfactio, quæ per solum mediatorem nostrum, Christum Iesum fieri poterat: necesse erat, ut nulli animarum ad vitam æternam pateret ingressus usque ad mortem Saluatoris. Ideo viri sancti, qui ex se nihil habebant, quo à fruitione beatifica impedirentur, toto hoc tempore impediti in sinu Abrahamæ manebant, ubi nullius afflictionis habebant experimentum. Facta autem redemptione per saluatorem necesse erat, ut omnes viri sancti ad Paradisi reciperentur sedes, quia tunc nihil, aut ex parte sui, aut ex parte redemptoris manebat explendum. Ad quod necesse fuit, ut Christus moriens omnes, qui in lymbo sanctorum erant, educeret, cum dumtaxat hic eius præstolaretur mortem, & consequentem redemptionem. Post mortem autem Saluatoris nemo ad Abrahamæ sinum descendit: quoniam quicunque in iustitia perfecta deficeret nullo actuali, mortali, aut originali pressus, aut alicuius in expleto satisfactionis onere alligatus, mox vitæ æternæ gaudia consequeretur: quoniam iam vitæ æternæ porta prioribus incognita seculis patefacta erat. Ex prædictis satis inducitur, quod cum Christus surrexit, & ad Caelos ascendit, non solum secum de animabus sanctorum virorum Iudeorum duxit: sed etiam de animabus Gentilium. Hoc autem apparet, quoniam Christus eos omnes secum tulit quos moriens, atque descendens ad Inferos in Sinu Abrahamæ inuenit. Non enim erat vlla ratio de aliqua animarum ibi manentium, quod magis ibi relinqueretur, quam cœtere: omnes quippe iustorum virorum animæ erant: singulis adipiscendæ vitæ æternæ perfecta inerat dispositio. Iniquè ergo agi videretur cum ea anima, quam Deus relinqueret in sinu Abrahamæ, cum nihil magis induceret quasdam earum ibi manere, quam alias. Sed ut euidentiſſimè in prioribus inductum est, in sinu Abrahamæ, tam Gentilijs, quam Iudeorum animæ erant: Christus ergo ad tartara descendens de sinu Abrahamæ animam Adæ prothoplasti, & iusti Abel, atque Noe, & similiarum virorum sanctorum secum eduxit. Hi tamen Gentiles fuerunt, quia non susceperunt aliquod circumcisionis signaculum: in Abraham nempe hoc inchoatum est, nec legem directiuam à Deo receperunt: quia ista primò per Moysen in deserto Sinai data est. Sed in solis naturalis leges præceptis vitam duxerunt: in hac autem posteriore gentiles, qui iusti erant, vixerunt à tempore datæ circumcisionis usque ad mortem Christi. Cum ergo decederent, & in sinu Abrahamæ locarentur, congruum erat, ut Christo resurgente, & ascendente ab inferis, cum eo iste sanctæ Gentilium animæ ascenderent, sicut animæ Iudeorum. Ex quo satis rationale videtur animæ Socratis, & Platonis, atque Aristotelis similiarumque Philosopherum ad lymbum in morte ipsorum descendere, postea autem cum Christo resurgente inde in ætereas ascendere mansiones. His quippe vita studioſa erat, & vitia castigabantur ad vugnem, ne quid inhonestum eis accederet cautissime aduertebant, quod satis colligi datur, si eorum dicta, & facta ex historijs Philosopherum aduertamus.

*Cum Christus surrexit, & ad Caelos ascendit, non solum secum de animabus sanctorum virorum Iudeorum duxit: sed etiam de animabus Gentilium.*

*Quo persuadere gratia possit Aristoteles & Platonem in cælis esse.*

*Quomodo*

*Quomodo differat sinus Abrahamæ a lymbo puerorum.*  
Cap. CXXXIII.

**N**VNC verò circa istud quartum receptaculum animarum, quod sinum Abrahamæ appellamus, speculandum occurrit, quomodo differat a lymbo puerorum. Nam ad cætera si contuleris, differentia euidens est. In gehennali quidem carcere poena æterna est, in sinu autem Abrahamæ, nec poena vlla est, nec ibi in æternum manendum est, sed solum usque ad mortem Saluatoris. In purgatorijs quoque sedibus, & si in æternum manendum non sit, aciores tamen & magna cum acerbitate poenæ sunt, etsi cum clementia exerceantur; in sinu autem Abrahamæ, nec incolatus in æternum est, nec vlla poenalis sentitur afflictio, quæ aut temporaliter, aut in æternum duratura sit. Restat ergo dumtaxat speculandum quomodo differat, & an quid differat inter sinum Abrahamæ, & lymbum puerorum. Huius inquisitionis motiuum est, quoniam diuersa ijs locis manentibus animabus conditio inest, locorum ergo dissimilis debet esse habitudo. Nam qui in lymbo puerorum tenentur, originali macula infecti sunt, in qua lucem elauerunt, quæ & in eis in æternum manet. Qui vero in lymbo sanctorum sunt, nulla actuali mortali, aut originali culpa tenentur: aut inexpletæ satisfactionis vllius pondere obnoxij sunt. Sed dumtaxat ibi manent: quia nondum vitæ æternæ ianua aperta erat, quæ in Christi passione aperienda erat, ut in præcedentibus explanatum est: non ergo debuit in his vllum esse genus, poenæ sicut in eis, qui in lymbo puerorum erant, cum nihil haberent, cui poena responderet. Quibusdam tamen videtur nihil differre inter habitudinem lymbi puerorum, & sinus Abrahamæ: lymbus nempe puerorum nihil continebat poenalitatis in sensu: sicut in frigore, aut calore, vel ceteris in fluxionibus: ut in superioribus magis patuit. Cuius causam esse diximus, quia originale peccatum in nullo positio fundatur in eis, in quibus est siue quantum ad rationales potetias, & principia actuum humanorum, siue quantum ad potentias executiuas, sed in pura priuatione originalis iustitiæ. Nulla ergo poena in eis positio corporalis, aut qualiscunque assignari debuit, sed sola priuatio diuinæ visionis. Hanc autem poenalitatem sustinere coguntur. Eandem vero poenalitatem sustinere videtur, qui in sinu Abrahamæ sunt. Diuina enim visione carebant, dum ibi manebant. Si enim eum ibi vidissent, perfecta illis iucunditas esset, atque felicitas: vnde in vita æterna esse dicerentur: Nihil quippe ad completum eorum bonum deesse videbatur, quoniam in loco nihil differt, an hic vel ibi beatitudo sit, dum tamen reuelata facie Deum cernat. Hoc tamen non stat, quoniam in continua spe manebant animæ virorum sanctorum apud inferos permanentium, de Messia venturo ad liberandas eas atque de lacu, in quo non erat aqua educendas ad gaudia paradisi in sanguine testamenti sui. Si tamen has, quæ in sinu Abrahamæ erant diuina visione carentes dicamus, nihil differre videtur a conditione animarum permanentium in lymbo puerorum, nulla ergo in alterutrum eis differentia erat.

*Opinio quorundam de differentia lymborum.*

*Responsio ad superiora & obiectio quedam.*  
Cap. CXXXIII.

**A**D HÆC autem quispiam fortassis conabitur respondere, dicens nimis interesse in animabus, quæ in lymbo puerorum sunt, quæ ibi usque hodie manent: atque eis usque in æternum ibidem manendum est; quæ verò in sinu Abrahamæ erant, non habebat hunc velut imperpetuam mansionem, sed usque ad solam redemptoris mortem consistere cogebantur, qui eas

A inde eduxit, nunc nulla ibi manet, satis ergo in hoc interest. Contra hoc autem aliquis obijciendum putabit, non satis rectè hanc differentiam assignari duorum receptaculorum animarum. Nam & si animæ in paruulorum lymbo consistentes in æternum manere habebant: animæ autem, quæ in sinu Abrahamæ tenebantur, perpetuam ibi mansionem non acceperant, tamen adhuc data aliqua poena animabus manentibus in sinu Abrahamæ est. Nam velut animæ paruulorum in suo lymbo manentes æternam diuinæ visionis patiuntur priuationem, & hoc eis dumtaxat poena est, ita & animæ virorum iustorum, quæ apud sinum Abrahamæ manebant, hac carentia diuinæ visionis afficerentur eo tempore, quo eis ibi manendum erat. Ex quo aliquid forsitan non parum absurdum confecerimus. Sed ab orbe condito usque ad descensum Saluatoris morientis ad inferos, æqua fuit poena animarum in sinu Abrahamæ manentium, & earum, quæ in lymbo puerorum manebant, & usque hodie permanent. Sed adhuc istud inconueniens videtur: nam poena in eis similis esse debet, qui in culpa similes extiterunt; cum verò culparum dissimilitudo est, poenæ quoque proportionaliter dissimiles esse debent. Et quia animæ in lymbo sanctorum permanentes, & quæ in lymbo puerorum erant non habebant cõparem, aut similem causam patiendi: cum illi, qui in lymbo paruulorum manebant, in originali mortali decessissent, qui verò in sinu Abrahamæ erant, nullo tenebantur actuali aut originali reatu, nec inexpletæ satisfactionis onere premerentur, poena æqua in eis esse non debuit. Modus ergo respondendi, quo similis poena assignatur eis, qui tunc in sinu Abrahamæ, & his, qui in lymbo puerorum, conueniens non est.

*Alia responsio, & quedam penes prædicta.*  
Cap. CXXXIV.

**F**ORTASSIS quispiam huic aliter respondere quæſito dicens, eis qui erant in sinu Abrahamæ non fuisse similitudinem poenæ cum eis qui erant in lymbo puerorum: nunc autem post passionem Saluatoris, quoniam hoc tempore nulla fuit, cum ibi nullus consistat. Sed adhuc in tempore quod ab orbe condito usque ad Christi passionem fluxit, in quo vterque locus habitatores habuit, dicent non fuisse vtriusque similem poenam. Quoniam paruuli, qui in lymbo erant, patiebantur plenam, & omnimodam excitationem intellectus: qui verò in sinu Abrahamæ erant, non patiebantur hanc excitationem, sed erat intellectus eorum lucidus satis. Ad quod animaduertendum est, quod habitus intellectus, qui sunt qualitates quedam infixæ, & permanentes in intellectu causatæ per doctrinam, aut speculationis exercitium circa aliquod genus obiecti: aut per infusionem & totaliter diuinam operationem, manent in intellectu post mortem eius cuius isti habitus sunt, atque consequuntur animam, quocumque ierit. Hi autem habitus sunt quibus homines perfectè, acutè, facilliter, & delectabiliter intelligunt, dum viuunt. Sic enim ait Aristoteli secundo Ethicorum. signum a generatim habitus est delectationem aduenire operibus. Amplius autem sciendum, quod vna qualitas causata in intellectu nostro, qua delectabiliter, & facilliter speculamur ea, quæ ad genus artis grammaticæ pertinent; vocatur grammatica aut habitus grammaticus. Qualitas quoque, qua speculamur circa genus artis, & obiecti dialecticæ, dialectica qualitas, aut habitus dialecticus appellatur: & hoc modo ponimus in ceteris generibus obiectorum speculabilium aliquos habitus consideratios. Hi autem habitus manent in anima post solutionem a corpore. Quod si anima his habitibus informata vitæ æternæ gaudia petierit, erunt

*Habitus intellectuales manent in anima post corporis solutionem.*

111

Isti habitus ad intelligendum perfectiores: plures quoque conclusiones per eos intelligemus, atque lucidius, & firmiter quam cum per eos viuentes speculemur. Si autem anima his habitibus informata gehennalibus incendijs mancipetur, aut purgatoria detineatur mansione, vel ad quodcumque alterum animarum receptaculum a corpore soluta tenderit, manebunt isti habitus eorum perfecti ad intelligendum, ut in uiuentibus fuerant nihil perfectionis suscipientes. Amplius autem consideratione dignum est, excellentiorem potentiam inter omnes, quae sunt in anima, intellectum esse. Quam obrem cum ponitur nobis differentia, qua ab alijs animalibus distemus, rationales a ratione, siue intellectu appellamur: nec vocamur volutiui a voluntate, quantum voluntas ita sit propria hominum, ut intellectus: in nullo enim ceterorum animalium voluntas vllatenus est, sicut nec intellectus. Si tamen voluntas perfectior, quam intellectus esset, cum omnes denominationes in natura a perfectioribus fiant, vocarentur homines volutiui a voluntate itaquam in modum differentia: sicut vocantur intellectiui ab intellectu, vel rationales. Intellectus autem, quia est perfectior potentia in anima, & perfectionem suam recipit per habitus intellectiuos, cum hac perfectione caruerit, nimis imperfectus est, & afflictio non intelligentis. Si autem intellectus habitibus intellectiuis perficiatur, gaudium, & perfecta letitia in intellectu est. Nam totum gaudium intellectus est in intelligendo. In hoc autem differt inter eos, qui in lybo puerorum, & eos qui in sinu patrum tenebantur. Nam qui in lybo puerorum erant, paruuli defuncti sunt, nec aliquos habitus acqfuerunt in intellectu, quibus intelligere queant. Non enim eos dum vixerunt, praeganglia temporis habere potuerunt. In eis vero, qui in lybo erant fecus accidebant: nam animae illorum, cum a corpore solute sunt, habitus intellectus habebant, maiori enim temporum spatio viuentes habitus intellectiuos acqfere potuerunt in intelligendo, ergo qui etate maiori sunt, non sustinebunt eandem penam, quam paruuli patiuntur in lybo.

*Impugnatio responsionis, & quadam alia.  
Cap. CXXXVI.*

**A**D SUPRADICTA autem speculantibus nobis, dicendum est stare non posse, quonia ista responsio impertinens est, & falsum praesupponit. Primum quidem, & si vera supponeretur, responsio tamen impertinens esset. Nam & si qui ad lybum puerorum descendebant, habitibus intellectiuis carebant, & in hac carentia afflictio quaedam eis erat: & ad lybum sanctorum descendentes habitus speculatiuos haberent in intellectu, quibus vacantes delectarentur, & similem eis, qui in lybo puerorum erant non paterentur penam: non proueniebat ex conditione locorum in quibus manebant, sed ex conditione etatis illue descendendum. Quia hi magni, illi vero in parua adhuc etate. Sed cum duorum locorum conuenienter differentia assignari debet, non est assignanda ex habitudine aliquorum ibi manentium, quia hoc est loqui per extrinseca rei, sed ex natura locorum diuersitas assignanda est. Ut si hoc modo accideret, quod quicquid ad lybum puerorum descenderet in quacunq; etate, aut qualitercunq; decessisset, hac penalitate afficeretur, quod priuaretur intellectu. Et quod tendentes ad lybum sanctorum patrum, qualicunq; defungerentur etate, necesse esset, quia in tali loco erant, habitus intellectiuos habere, sed haec falsa sunt. Amplius autem responsio ista falsum supponit. Siquid descendentes ad lybum puerorum, quia in parua etate de-

cedebant, in qua nihil addicere potuissent, carebant habitibus intellectiuis, & hac carentia afficiebantur. Qui vero in sinu Abrahae sunt, quia in magna etate decedebant, habitus potuerunt habere scientificos, quibus intelligentes non afficiantur velut hi, qui in lybo puerorum sunt. Vtrumque tamen falsum est: & primum quantum ad eos, qui in lybo erant puerorum: nam & si quantum ad aliquos verum sit, quod dicitur, tamen vniuersaliter non est constans: unde veritas per accidens erit. Quod pater in Gentilibus, si quis patribus infidelibus, & idola colentibus nasceretur, non poterat in etate parua originalis in eo macula deleri, cum fides parentum ad hoc non suffragaretur, quia nulla erat. Postea vero ad etatem perueniens rationis capacem, nec ad iniquitates vllas deflecteret, nec rursus aliquod actum specialem in Deum directum ageret, quo macula originalis tolleretur, nec tollebat in eo ille reatus, hic autem in ea consistens habitudine ad etatem satis adultam poterat peruenire, in qua habitus scientificos acquirere potuisset. Cum vero hic decederet, ad lybum puerorum descendebat, quia in eo originalis adhuc macula permanebat, & hac sola premebatur: poterat tamen iste cum in lybo puerorum esset, per habitus, qui in eo erant, intelligere, velut hi, qui in sinu Abrahae erant. Non esset ergo ista priuatio intellectio in omnibus, qui erant in lybo. Unde manebit inconueniens, si quod pene in sinu Abrahae, & in lybo puerorum aequales sint. Hoc quoque quod dicebatur de his, qui in lybo sanctorum erant, vniuersaliter verum non est. Sed maiores amplioresque adhuc patitur defectus: nam hoc quod dicunt, aliquatenus stare posset, si omnes, qui ad sinum Abrahae descenderant, in adulta satis etate morerentur, sed hoc non stat, tam in eis, qui moriebantur de genere gentilium, quam de genere Iudeorum. Nam i Iudaeis tollebat originalis macula per circuncisionem, haec autem in die octauo fiebat: ut patet Genes. 17. capitulo. Si ergo mox puer circuncisus moreretur, ad sinum Abrahae descendebat. De his ergo plerique decedere poterant ante etatem, in qua habitus intellectiuos acqfuisissent, unde necesse erat pati illam ignorantiam atque exceptionem, & afflictionem, quae est in carendo habitibus intellectiuis. In hac ergo parte equam haberent exceptionem, & penam cum eis, qui in lybo puerorum erant, imo quod amplius est, aliqui essent in lybo puerorum, qui hac non afficerentur penalitate, ut in praecedentibus inductum est. In sinu autem Abrahae exceptionis, aut verius cecitatis pena esset. In gentilibus quoque decedentibus ad sinum Abrahae idem patet: quoniam si hi a parentibus fidelibus nascerentur, ut in praecedentibus expositum est, in parua etate mox natis meritis fidei parentum macula tollebat. Hi ergo si confestim morerentur ad lybum Abrahae descendebant, quibus nullus habitus cognitiuus inesse poterat: eandem ergo paterentur cecitatem, & penam, quam hi, qui in lybo paruulorum essent, nec ex aliqua parte differrent. Amplius autem, & si verum esset, quod supponebant, scilicet omnes, qui descendebant ad sinum Abrahae, iam etatis adultae fore, quod manifeste falsum erat, adhuc non stat, quod dicunt. Multi namque ad hanc etatis viri sunt rudes nimis, qui habitus intellectiuos nullos acquirunt, ita ut in eis delectari queant: horum tamen aliqui ad lybum sanctorum descendere poterant, unde eandem ibidem cecitatem haberent, quam paruuli in lybo suo. Non stat ergo, ut sinus Abrahae, & lybi paruulorum differentia in hoc consistere dicatur.

*Alia*

*Alia responsio ad quesitum. Cap. CXXXVII.*

**A**CCEDEBVS autem nobis ad hoc quod respondi posse. Primum quidem differre eos, qui in sinu Abrahae erant ab his, qui in lybo paruulorum tanquam perpetuum a temporali. Nam qui in lybo paruulorum semel fuerunt, ibidem in aeternum mansuri sunt; qui vero in sinu Abrahae erant, perpetuum non habent incolatum, sed vsque ad Christi passionem permansere. nunc vero eorum nemo ibi est. Amplius tamen differunt, quoniam & in eodem tempore, quo quidam in lybo sanctorum, alij vero in lybo paruulorum manebant, differebant, nam his, qui in lybo paruulorum erant in poenam datum est, quod tunc, & vsque in aeternum manerent, nunquam inde exituri, nec vnquam diuinam viderent essentiam, nec videntes delectarentur, in qua totum bonum humanum est. His vero, qui in sinu Abrahae erant nulla penalitas imposita est: nec locus vllus in penalitate praefixus: nulla enim macula aut actuali, aut originali premebantur: nec in expleta satisfactionis eos vllum grauabat onus. Si forte obieceris eos, qui in sinu Abrahae erant, ita ibidem ante Christi passionem fuisse detentos, sicut qui in lybo paruulorum erant tenebantur: ita quoque eodem tempore vtroque; diuina visione aequaliter fuisse priuatos. Respondendum est eis, qui in sinu Abrahae tenebantur nihil in poenam assignatum fuisse: sed quia ad vitam aeternae gaudia, & diuinam essentiam videndam admittendi non erant, quousque morte redemptoris precium redemptionis fuisset solutum, tenebantur in sinu Abrahae, nec diuinam videntur essentiam, nec in loca paradisi erant. Hoc autem non ideo accidebat tanquam eis in poenam daretur, sed quia aliter fieri, aut disponi de eis conuenienter diuina iustitiae nequebat. Nam priuati diuina essentia, aut ut aptius dixerimus ipsae bonorum animae non videntes diuinam essentiam, in nullo loco conuenientius esse poterant, quam in sinu Abrahae. Si igitur defectus, aut penalitates aliquae in his, qui in sinu Abrahae erant, & his, qui in lybo paruulorum aequales essent, ex accidenti erat: non enim intendebat lex poenam aliquam imponere eis, qui in sinu Abrahae erant, sed quae etiam si omnes ei auferretur penalitates, dummodo eis diuina visio non concederetur, meliori modo esse nequebant quam erant. Cum vero in superioribus argueretur, equatis culpae, pene quoque; culpae aequari debent. Si vero culpae aequales fuerint, pene quoque; aequalitatem nullam habere debent. Sed eorum qui in lybo paruulorum sunt: eorumque, qui in sinu Abrahae permangebant, culpae aequales non erant: imo nulla inter eos collatio esse poterat, cum hi, qui in lybo paruulorum erant originali premerentur reatu. Qui vero in sinu Abrahae nec mortali, nec actuali tenebantur macula, aut in expleta satisfactionis pondere grauantur, pene ergo aequales esse iniustum valde erat. Respondendum est penas eorum, qui in lybo paruulorum & eorum, qui in sinu Abrahae erant nec aequales, nec inaequales esse, quoniam entis ad non ens collatio nulla possibilis est. Hi quippe qui in lybo paruulorum erant, hac premebantur pena, quod in loco illo manerent in aeternum non exituri, nec vnquam diuinam visuri essentiam. Eis vero, qui in sinu Abrahae quiescebant, nihil penale impositum erat. Nequaquam ergo qui in lybo paruulorum sunt, & qui in sinu Abrahae equantur in pena.

*Quaedam penes supradicta. Cap. CXXXVIII.*

**A**MPLIUS autem et si nihil respexerimus ad hoc, quod est aliquid impositum esse penale iis,

**A** qui in lybo alijs vero nihil quod satis magnum est, adhuc ex ipsa priuatione diuinae visionis, quae vtrisque inerat aequales non sunt. Nam qui in sinu Abrahae manebant, fixam tenebant spem, quod inde aliquando exituri essent, & diuinam visuri essentiam. Hoc autem non tanquam opinantes arbitrabatur, sed certissimè & immutabiliter hoc euenturum esse nouerant. In quo magnum eis gaudium erat, nec nimis affligebantur, quod aliquandiu ab hac spe separati essent, scientes se solidis bonis postertus gauisuros. Qui vero in lybo paruulorum erant, nihil de se tale nouerant per certitudinem, nec vllatenus suscipiebantur aut sperabant, sed potius desperabant scientes se Deum nunquam visuros, nec vllis gaudijs potiturus ad felicitatem pertinentibus, in quo eis affligendum erat. Amplius autem, qui in his duobus morabantur locis, dissimiles valde erant: nam qui in sinu Abrahae manebant, ab omni culpa immunes erant in gratia Dei, & charitate permanentes. Hoc etiam proculdubio eis notum erat, sciabant enim se a Deo diligi. Hunc quoque quod diligebantur amorem, nequaquam extinguendum aut minuendum esse in aeternum. Hoc nempe eis non mediocriter, nec de vulgaribus gaudium erat, quod famuli ad dominos experiuntur: nimis enim gaudent famulantes, si se a dominis diligi conspexerint, & si in praesenti eis nulla bona conferantur, gaudent tamen. Cum autem hunc amorem permanentem arbitrentur, etiam si in alijs affligantur, hoc solo affligentium curatum, & opprimentium laborum solamen accipiunt. Qui autem in lybo paruulorum erant, horum nihil habebant, sed eis ex opposita cuncta sunt. Sunt enim in originali reatu, in quo se manere sciunt, & quod eius merito ibi in aeternum manent diuina visione carituri. Amplius autem se in ira Dei esse sciunt, & quod illos Deus exosos habeat eo modo, quo creator creaturae suae iratus esse dicitur. Nam verè ira nulla est, ut patet Sapient. c. 6. Eos vero in ira Dei esse patet, quoniam in eo statu manent, in quo ab vtero eruperunt. Qui autem in statu, quo natus est, manet, in ira Dei semper est, eos ergo in ira Dei esse constat. Quod autem qui in lybo paruulorum sunt, in statu natiuitatis suae manent apparet: quoniam sicut cum nascerentur nihil boni, aut mali adhuc egerant, ita & qui in lybo sunt nihil boni, aut mali egerunt antequam illuc introirent. Nam si malum egressent, ad aliud animarum receptaculum ferri necesse erat. Si verò bonum identidem, ut patet ex superioribus inductionibus. Item quoniam hi cum nati sunt in originali macula de vtero eruperunt, ita & cum in lybo sunt, in eodem manent statu. Homines autem confestim natos in ira Dei esse apostolus prodit ad Ephes. 2. c. f. Omnes nascimur filij irae: i. quando homines nascuntur, in ira Dei sunt: hi ergo cognoscentes se in ira Dei esse, non modicum affligentur, non est igitur aequum malum eis, qui in sinu Abrahae, & his, qui in lybo paruulorum. Amplius autem qui in sinu Abrahae erant, quantum ad sedes passionem Christi detinebantur ne introirent in fides ethereas paradisi, erant tamen conciuies ciuitatis Dei: sicut angeli Dei, qui tunc in vita aeterna erant. Angelici autem spiritus hos conciuies suos esse cognoscentes, diligebant eos in charitate, atque iussu Dei frequenter illos visitabant reuelantes eis quaedam, in quibus valde consolabantur, potissimè enarrantes eis suam salutem è vicino affuturam. Sicut omnibus doctoribus theologis concors sententia est, angelicos apparere spiritus eis, qui in purgatoris ignibus exercentur. Qui autem in lybo paruulorum sunt, nihil solaminis, aut reuelationis, vel beneficii alicuius ab angelis suscipiunt, quoniam ciuitatis Dei conciuies nequaquam sunt. sicut demones, & animes gehennalibus mancipatae supplicis,



**7** plijis, in peccato nanque mortali originali sunt, atq; ira omnipotentis Dei: nihil ergo causæ subest, quare angeli sancti eis solamen aliquod afferre debuerint. Apparet ergo ex prædictis statum eorum, qui in lymbo puerorum sunt, & eorum qui in sinu Abrahamæ æqualem non esse: nec vtriusq; eisdem dari penas, cum nullæ eis, qui in sinu Abrahamæ sunt dentur: & argumētum factum non tenet.

*Alia solutio, & quadam de originali culpa.*  
Cap. CXXXIX.

**P**OTEST autem aliter huic quæsitio, & adhuc conuenientius responderi. Dicemus enim, quod inter penam eorum, qui in lymbo paruulorum erant, & eorum qui in sinu Abrahamæ differat, dum in sinu Abrahamæ aliqui fuerunt. Dicendum autem, quod qui in sinu Abrahamæ erant aliquam habebant penam: quæ quidem non erat pena sensus, scilicet frigoris, vel caloris, aut similibus qualitatum, sed pena erat in priuatione diuinæ visionis isto tempore, quo manserunt in loco illo. Scilicet ad passionem Christi. Hæc autem priuationem penalem sustinebant, quoniam eis Deus in penam impoluerat: sicut eis, qui in lymbo manebant priuatio visionis istius pena erat. Non tamen ideo hoc accidere debet, quia illi aliqua mortali actuali, aut originali premerentur culpa, aut aliqua inexpleta satisfactionis onere premerentur, nihil enim sibi tale inerat.

**Obiectio.** Sed immediate ad hæc quispiam arguet, dicens, cur Deus illis hanc inferebat penam, cum peccatis, aut peccatorum reatibus dumtaxat poenæ debeantur, in his autem nihil tale inerat? Respondendum est hos pro peccato originali puniri: non quidem quasi tunc hanc originalem in se maculam haberent: quia iam deleta erat: sed quia non plene redemptum erat.

**Solutio.** In quo consideratione dignum est, quod peccatum originale est macula quædam, vel culpa, quam anima nostra incurrit, cum corpori coniungitur: & ob hoc solum, quia coniungitur corpori deriuato ab Adam per propagationem seminalem: ipse enim totam humanam infecit speciem. Hæc autem originalis macula à nobis eximitur tum actione nostra, tum actione Dei. Actio verò nostra ad hanc maculam eluendam prioribus non sufficit: Deus autem, & si per se sufficeret: non tamē sine actione nostra alicui tollit. Quod Deus verè tollit originalem maculam, & quamcumque maculam peccatorum, sed tollere non vult, nisi nos egerimus aliquam dispositionem, quam ipse fieri vult, aut iubet. Cum verò nos egerimus quod ex nobis est, & si nihil actio nostra de ipsi peccati macula, aut reatu tollat: Deus tamen immediate cuncta tollit. Ut autem sciatur, quæ sit actio nostra, quæ Deus vult præcedere, aut iubet ad delendam maculam originalem, considerandum est, quod ab exordio orbis conditi vsque ad datam circumcisionem Abrahamæ tollebat macula originalis in paruulis confestim natis fide parentum, si pariter fideles essent. Sed de Deo rectè sentientes, quantum naturaliter sentiri poterat, non conuerfi ad Idolorum culturam: etiam si in quibusdam alijs mortaliter peccarent. Nam praua operatio non tollit meritum fidei, quando fides subsistit: opus ergo fidei sine aliqua alia cœremonia sufficiebat, vt Deus maculam originalem tolleret paruulis merito parentum. Si verò parentibus de Deo fides nulla recta esset, sed magis ad demonum culturam conuerfi essent, paruuli non poterant adiuuari meritis fidei parentum, quæ nulla erat. Manebat ergo macula in paruulis vsquequo ad datam rationis capacem perueniētes aliquem actum in Deum directum agerent, per quem macula tolleretur originalis, & si qua alia peccasset.

**F** vsquequo autem actum bonum specialiter in Deum exerceret, non poterat in eo macula originalis abstergi. Vnde in eis, qui fide parentum mox nati hanc originalem non exuerant labem, si perueniētes ad ætatem rationis capacem, prauè semper operarentur, impossibile erat originale deleri peccatum. Data autem circumcisione Abrahamæ, per circumcisionem delebatur originalis macula, siue fides esset in parentibus, siue non, & siue ille, cui abstergebatur, peccatum aliquem actum in Deum directum ageret, siue non: imò sine aliquo alio actu macula illa soluebatur. Hoc autem non solum in Iudæis, quibus data est circumcisio fiebat, sed & si Gentiles circumciderentur ad eadem eius circumcisio proficiebat. In Iudæis autem iste modus auferendi per circumcisionem vsque ad Christi mortem, & initium noui testamenti mansit. In Gentilibus verò poterat esse idem modus, sed qui de eis circumcidebatur penitus transibat in ritum Iudæicū non manens in gentilitate. Eis verò, qui in gentilitate manere volebant erat modus ille, qui ab initio orbis conditi vsque ad datam circumcisionem Abrahamæ fuit. Peccatum originale prædictis modis abstergebatur: quantum abstergi poterat per aliquam cœremoniam, vel actum factum ab homine Deo conferente virtutem. Nec tamen penitus ablatum erat, quia adhuc manebat aliquid auferendum. Et quanquam factis cœremonijs, vel actibus supradictis Deus cuiilibet peccatum originale remitteret, quantum ad ipsum tamen non penitus dimissum erat: quia non erat pena sublata, quæ tolleranda pro eo erat. Alia namque poena est, quam cuiilibet pro peccatis suis tollerat, alia autem, quam oportet tollerare mediatore. Et quia quodlibet peccatum est offensæ, vel iniuriæ infinitæ, cum contra illum fiat, qui verè infinitus est, commensurando satisfactionem iniuriæ ad æqualitatem Arithmeticam, quæ in hac commutatio iustitiæ requiritur, necesse est, vt aliquis pro hoc peccato patiatur, cuius passio sit meriti infiniti. Tunc enim prorsus auferentur peccata, sed non primò factientibus hominibus actus quosdam, aut cœremonias ad ablationem horum peccatorum. Nam huiusmodi actus non sufficiunt ad plenam ablationem, cum non sint infiniti meriti.

**G** Necesse erat ergo, quod propter inexpleram solutionem poenarum debitari, siue pro peccato originali, siue actualibus homines impedirentur ab ingressu in vitam æternam, & diuina visione quousque poenitus elueretur pena modo assignato, scilicet, per mortem alicuius, qui in infinitum mereretur.

*De pena originalis peccati.* Cap. CXL.

**C**VM ergo originale peccatum, vel quodlibet actuale potest totaliter tolli, aut ex parte tolli, & ex parte manere, aut nullo modo tolli, ita poena æquanda est, quæ pro ipso debetur. Si enim peccatum originale, aut actuale penitus ablatum sit, nihil poenalitatis pro eo infligitur directè, aut indirectè. Si verò peccatum, siue originale, siue actuale ex parte ablatum sit, nec tamen in totum: quædam poenalitas infligenda manet, sed non magna. Cum autem nullatenus peccatum remissum sit, magna pro eo pena infligenda. Hoc autem ex prædictis liquet: nam qui in lymbo puerorum sunt, nullatenus ab originali macula exempti fuerunt: quia nec ipsi aliquid ad huiusmodi deletionem fecerunt, nec aliquis pro eis: nec ipsa redemptio mediatoris illis aliquid profuit, cum membra eius non sint, quia ergo ex nulla parte ab eis culpa originalis ablata est, ex omni parte poenam debitam pro originali tolerant. Est autem totalis poena huius peccati carentia perpetua visionis diuinæ. Hanc autem qui

Totalis poena peccati originalis

qui in lymbo paruulorum sunt tolerare coguntur. Alij verò sunt, quibus originalis reatus ex omni parte abolitus est, siue quantum ad id quod Deus per se agit, siue quantum ad actus, aut cœremonias, quas homines præmittunt. Hi enim nullam penam sensitivam, aut damnum tolerant: quoniam nec diuina visione priuantur. Sic autem est in eis, qui baptizati antequam in aliquod mortale inciderint ab hac luce recedunt. Hi namque, aut alij loco eorum egerunt, quidquid fieri poterat, & debebat, vt ab hac originali soluerentur labe: quia baptizatus decedens iste est. Deus quoque quidquid ex parte sua agendum erat compleuerat ad huius peccati remissionem. Scilicet quod Christus pro hoc & ceteris moreretur, & moriendo satisfecit. His ergo qui assumpto regenerationis lauacro antequam in aliqua vitia inuoluantur, decedunt nulla pena toleranda manet, sed confestim decedentes vitæ æternæ gaudia consequuntur. Alii autem sunt, quibus peccatum originale ex parte ademptum est, sed non prorsus ablatum. Hi autem sunt, qui quantum per eos fieri debebat ad remissionem fecerunt: Deus tamen nodum fecerat, quod ad huius deletionem peccati facturus erat. Hi nempe sunt, qui in sinu Abrahamæ ante Christi passionem tenebantur. Quia cum viuerent quantum in eis fuit, egerunt, vt iustum erat, aut vt Deus fieri volebat ad huius deletionem peccati, siue per cœremonias, aut quouscumque actus. Vnde non debuerunt æternaliter puniri, quoniam iam in eis iste maculæ, aut reatus non manebat: nam qui in sinu Abrahamæ erant originalem maculam nullam habebant velut illi, qui erant in lymbo puerorum. In his quippe plena macula originalis manebat. Quia tamen in his, qui erant in sinu Abrahamæ non erat prorsus originalis delentus reatus, quia nodum ad expletionem eius Christus tolerauerat poenam, quam sublaturus erat, necesse erat, vt animæ sic inanes alicualem penam tolerarent, dum pro eis à mediatore plena fieret expiatio. Nam aliquid manebat soluendum. Hoc autem per nullum tolli poterat, nisi per mediatorem Dei & hominum Christum Iesum, & quia tunc Christus pro eis soluebat quidquid ipsi tollerare nequibant: iustissimum erat, imò quasi necessarium, vt ipsi penitus à pena quacunque soluerentur, plenam beatitudinem induentes ad diuinam productæ visionem: pena autem animarum pro quarum peccatis originalibus Christus nondum satisfecerat, erat vt diuina carerent visione. Hanc autem in sinu Abrahamæ perferebat. Et quia nihil de macula originali eorum, qui in lymbo puerorum manebant ablatum erat. De peccato autem originali manentium in sinu Abrahamæ multum ablatum erat, scilicet, quantum humana operatione agi poterat obediēte diuinis iussionibus, & Deo conferente efficaciam, iustitiæ modus exposcebat, vt inæqualis esset poena eorum, qui in sinu Abrahamæ, & eorum, qui in lymbo puerorum manebant, quanquam vtrique penam aliquam tolerabant.

*Notandum penes supradicta.* Cap. CXLI.

**C**IRCA ea verò, quæ dicta sunt, adhuc vltterius considerandum est, quod quanquam in sinu Abrahamæ essent animæ iustorum, quæ nullum vnquam mortale patrauerat, sed solum originalem maculam contraxissent, a qua per aliquam cœremoniam, aut actum proprium directum in Deum, aut fidem parentum liberatæ forent: tamen non pro hac sola macula nondum completæ expiata ibidem tenebantur, sed etiam pro peccato mortali. Non quidem, quod in eis esset, aut ipsi aliquando patrauerat, nam si sic accidisset, gehennalibus supplicijs detrusi forent: sed quia il-

lam partem satisfactionis, quæ residua erat, ipsi explorare non poterant: hæc quippe infinitum meritum exigebat, quod in eis nequaquam erat. Hoc autem inducitur: nam qui erant in lymbo sanctorum patrum, pro quibus non erat plene satisfactum, in peccato originali non decesserunt, nec tunc in eo manebat, cum eis dum viuerent ademptum foret secundum formam tollendi superius diffinitam. Nec tamen prorsus adimi potuit, quia ad hoc, vt pro actu illo plene satisficeret, necesse erat, vt aliquis cuius actus esset in finiti meriti aliquid pro illo pateretur satisfaciendo, hic autem Christus mediator est. Si ergo peccatum originale per actum nostrum prorsus adimi non potuit, sed necesse erat, vt aliquam pro eo pateretur penam, quousque mediator Dei, & hominum Christus prorsus sua morte redimeret, necessarium magis erit in peccato mortali actuali. Nam & si nos de illo patro contemneramur, & quantum nobis subest satisfaciētes pro illo penas toleremus, non possumus penitus satisfacere, quia offensæ infinitæ est: ideoque exigit, vt quis pro eo satisficiat, cuius actus infinitè meritorius sit: hic autem Christus est: nullum ergo peccatum actuale mortale penitus remitti, & deleri poterat: quousque Christus moreretur. Ex hoc autem inferitur necessarium esse, quod etiam si quis nulla mortali actuali, aut originali culpa affectus decederet, nec in expletæ cuiusvis satisfactionis onere pressus in sinu Abrahamæ maneret, tolerans penalitatem priuationis diuinæ essentia: quousque Christus ad deletionem illius culpe, & aliarum pateretur. Hoc autem inducitur hoc modo: peccatum quidem mortale actuale maioris grauitatis est, quam peccatum originale solum, sed pro peccato originali nemo satisfacere integrè per actum suum quemcumque valet, nec ergo pro actuali mortali valebit. Maior inductionis huius patet: quia penè secundum proportionalitatem ad peccata infliguntur, cum iuste inferuntur. Iuxta illud Deut. 25. cap. Iuxta mensuram delicti, erit & plagarum modus: & sic habetur Apocalypsis. 18. cap. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum dante illi & tormentum. Deus tamen maioribus cruciatibus puniri facit eos, qui mortaliter peccauerunt, quæ eos, qui solo originali crimine grauantur: maius ergo actuale peccatum mortale, quam originale est. Hoc autem patet, quia pro originali peccato Deus dumtaxat dat poenam, quæ est in lymbo: pro peccato autem actuali dat poenam, quæ est in gehenna damnatorum. Sed pena in lymbo paruulorum solius diuinæ visionis priuatio est. Pena autem gehennæ damnatorum est: partim in priuatione, & partim in inflictione penali. Est enim ibi priuatio visionis diuinæ essentia, sicut in lymbo. Amplius autem ibi poenarum multiplicitas in calore, & frigore ceterisque incommodis infligitur. Omnes enim poenarum modi a nobis excogitabiles ibi sunt, ampliora quoque quam nos imaginari valeamus. Secundum autem, quod in hac argumentatione supponebatur, erat, neminem pro peccato originali satisfacere posse, quod ex præcedentibus inductum est, amplius tamen inducitur. Si quis enim per aliquem actum suum, aut cœremoniam pro peccato originali satisfacere posset, etiam si Christus pro eo mortem non subiisset, mox vt a corpore anima soluta foret, omni labe prorsus exempta, libera celum peteret, nullum alium receptaculum animarum prius petens. Falsitas tamen euidentis est: nam hoc cõstito, cum Abraham ita vir probatæ patientiæ, obediētiæ, & fidei in tota sacra scriptura prædicetur, tantumque Deo familiaris. Moyses quoque Dei confecretarius nimium que dilectus, qui cum eo ore ad os loquebatur, sicut loqui solet homo ad amicum suum, vt patet Exod. 33. c. cui diuina essentia apertè reuelata est: quod de maximis benefici-

beneficiis est, quæ cuiquam mortalium conferri possunt, neuter tamen horum vitæ æternæ gaudia, mox animæ a corpore soluta petiit, sed in sinu sanctorum decessit. De Abraham patet Luc. 16. c. De quo Saluator noster testimonium perhibuit. De Moysæ autem eadem ratio est. Nullus ergo ceterorum quantumcumque sanctitate polleat, proprio actu originale laborem eximere poterit. Ex his autem adhuc fortius illatum est neminem propriis actibus pro aliquo actualium peccatorum mortalium satisfacere posse, cum actualiter originalibus maiora sunt. Ex his quoque necessario illatum patet, omnes animas, quæ aliquando mortali labe contactæ forent, & si quantum per hominem purum satisfieri poterat satisfecissent, siue de peccato dolendo, siue aliâ opera laboriosa satisfactoria faciendo, non poterant sufficienter hanc labem eximere, & consequenter necesse erat illas aliquas subire penas, usque ad mortem mediatoris, qui pro omnibus erratis integre satisfactorus erat. Hæ autem penalitates in sola priuatione visionis diuinæ essentia consistebant, quousque Christus moreretur, locus autem harum penalitatum erat sinus Abraham. Cum igitur aliquis ante mortem Saluatoris defecisset, qui nulla mortalia patrata forent, culpam quoque originalem per aliquos actus, vel ceremonias eluisset, ad sinum Abraham descendebat, hanc penalitatem priuationis visionis diuinæ essentia usque ad mediatoris mortem toleraturus. Hoc autem quoniam quedam, & maxima quidem satisfactoria pars residua erat, quæ per ipsum expleri nequebat, sed solo mediatoris actu. Conformiter autem si quis quibusdam patris mortalibus dolens de commissis, & ut alicui mortali satisfacere possibile est, atque debitum satisfeceret, ad sinum Abraham descendebat: quia non fuerat expleta satisfactoria, non quidem ea, quam hic defunctus expleturus foret, sed ea, quam iste explere non potens, Christus se ad tolerandam iniccerat.

Quædam penes superiora. Cap. CXLII.

**EX PRAEDICTIS** autem dubitandi occasio subapparet, cum enim dictum sit, eos, qui originali adempta labe per aliquam ceremoniam, vel actum secundum exigentiam temporis, & personarum ante Christi passionem decedebat, nullo mortali patrato, in sinu Abraham usque ad mortem mediatoris detineri, diuinæ visionis passuros carentiam, quoniam quedam pars satisfactoria pro originali residua erat, per solum Christum consumanda. Ampliores ergo penas in eodem sinu Abraham passurus foret, qui originali expiato, emundatis quoque quibusdam commissis mortalibus, pro quibus dolendo, & laborando vitæ satisfecit, cum illuc descenderet ante passionem Saluatoris. Primi namque in sinu Abraham pro sola residua satisfactoria pro originali culpa, quam Christus expleturus esset tenebantur. Secundi autem pro residuo, quod in originali manebat. Amplius etiam pro residuo satisfactoria, quod in peccato mortali per solum mediatorem manebat agendum. Et quod in recta distributione penarum quantitati culparum commensuratur penæ, acrius diuturniusque puniri debuit, qui pro residua satisfactoria peccati actualis mortalis, & originalis pariter in limbo sanctorum manebat, quam qui pro residuo explendo in satisfactoria pro reatu originali in limbo detentus usque ad passionem mediatoris erat. Huic autem forsitan aliquis argutè respondere conabitur; nequaquam inæqualem esse penam ad magis, & minus in eis, qui in limbo puerorum, & in his qui in sinu Abraham manebant, quoniam vitiorumque pena priuatiua est. In priuatione autem non est

dare magis, aut minus, nec gradus nec excessus quantitatis. sicut in cæcitate: cum enim semel quencquam verè cæcum diffinierimus, nullus eo magis aut minus cæcus esse valet. Sic & in cæteris priuationibus. In positiuis autem entibus, quæ verè aliquam habent entitatem, magis, aut minus dari potest, sicut in gradibus albi, & nigri, & similibus qualitatibus albius, & nigrius consistemur. Eadem autem collatio constat penis, qui in gehennalibus mansionibus detinentur, quoniam pro impiè factis ibi manent: in quibus positiuum aliquid ibi est penæ eorum culparum correspondentes, conformitati in positione consistunt. (in perfectione caloris & frigoris, & similibus sensibilibus qualitatibus. Hoc modo eis, qui in hac horrenda damnatorum sede manent, adiuuicem collatio constat. vt aliquæ maioribus affectum cruciatibus predicemus. vt maioribus frigoris, aut caloris stimulis, & cæterarum afflictuarum qualitatibus. Idem autem habitudinis modus constat eis, qui purgatoria clementia exercentur. Nam horum penalitates positiue sunt, sicut ipsi pro actualibus satisfaciunt peccatis, in quibus aliqua positiua actio, aut realitas est. Qui verò in limbo puerorum, & in sinu Abraham manent, penalitates suas in priuatione habent. Nam carentia diuinæ visionis his pro pena est, hæc tamen pura priuatio est. Non ergo erit magis aut minus, ita vt aliquem diuina visione magis altero priuatum asseramus. In limbo ergo puerorum nulli grauior quam alteri pena constat, siue quoque in sinu Abraham. Cum ideo omnes puniri dicantur, quia diuina visione solum carent, nemo abundantiore, quam alius penam habebit. Quo infertur, nihil magis puniri eum, qui pro sola inexplata satisfactoria originali labe a Christo faciendâ ibi manet: quam cui tam pro originali, quam pro actuali aliquid expiandum manet, quod a Christo tolleretur.

Obiectio contra ea, quæ dicta sunt. Cap. CXLIII.

**NUNC** autem contra prædicta quisquam obijcere valebit dicens, quod qui in limbo sanctorum sunt, pro quacunque causa sint diuinæ visionis priuationem sustinent, in quo pares esse nemini ambigendum fuerit: qui tamen in sinu Abraham sunt ab angelis conciuibus suis multa solaminis genera, & gaudiorum modos accipere soliti sunt, cum eis pleraque reuelauerit. Et sicut diuina essentia videnda priuari penalitas in priuatione est, ita & priuari gaudijs, quæ ab angelis præstari solent penalitas est priuatiua. Et quanquam nemo queat magis alio diuina visione priuari, cum vterque priuatus semel extiterit; potest tamen priuato diuina visione addici gaudiorum spirituum beatorum priuatio. Poterat ergo hoc pacto cuiquam de his, qui in sinu Abraham manebant, abundantior esse penalitas, quam cæteris, cum plures ei priuationes afferrent. Ad hæc verò responderi debet, quod cuiquam de manentibus in sinu Abraham maior inesse penalitas poterat, si ei plures inesset priuationes. Dicendum tam est, quod inter omnes, qui erant in sinu Abraham nemo erat, cui maior pena aut abundantior priuationum inesset multitudo, quanquam vnus duntaxat maneret, quia nondum per Christum reliquæ peccati originalis illius redemptæ erant, alius quia tam originalis macula, quam actualis ei manebat residuum per Christum eximendum. Ratio autem prædictorum est, quia si quis ibi maneret, cui duntaxat originalis macula manebat per Christum explendæ reliquæ, non habebat in se maculam originale aut reatum: quoniam hoc quibusdam actibus, vel ceremonijs in seculo isto promissis, dum viueret, ablata erant, manente eo duntaxat, pro quo Christus

In priuatione non est magis aut minus nec excessus aliquis.

In limbo puerorum nulli grauior quam alteri pena est.

flus solus satisfactorus erat, atque poterat. Si autem quisquam actualia mortalia commisisset, adhuc viuens necesse erit, eum prius pro commissis dolentem tantum affligi laboribus satisfactorijs, quantum aliquis homo purus satisfacere deberet, & posset, aut si hæc viuè in inexplata manerent necesse erat purgatorio igne absumi, postea ad sinum Abraham usque ad mortem mediatoris mansurum descendere. Cum ergo pro peccatis actualibus tantum satisfecisset, quantum alicui puro homini satisfaciendi facultas est, irrationabile prorsus erat, vt postea in limbo sanctorum, siue sinu Abraham amplius pati pro ijs debeat. Sic ergo ei qui in limbo sanctorum semel manere dabatur, nihil differerebat an multotiens, & varijs peccatorum generibus deliquisset quam semel, iam enim pro singulis horum quantum debitum homini satisfacere erat satisfactorius erat: nihil ergo oneris imponendum erat. Et si quis dicat, si pro peccato originali eunti ad sinum Abraham exempta hac labe in vita, manendum erat in penalitate carentiæ diuinæ visionis usque ad mortem Saluatoris, & id quod manebat Christo soluendum de reliquis actualium nostrorum, postquam nos satisfecerimus est tantum quantum pro originali, aut amplius, ergo pro eo amplius manendum erit, quam pro originali duntaxat. Respondetur, quod qui in limbo sanctorum sunt: quanquam ibi penalitate quadam afficiantur in priuatione visionis diuinæ essentia, cum non ponuntur in loco illo directè, vt penas patiantur, sed vt ibi maneat quousque; Christus pro eis satisfecisset, quod eis explendum manebat, nec expleri poterat per illos: ideo nihil differerebat, an Christus multa pro eis toleraretur an pauca foret, cum ipsi de his actu suo nihil possent adimere. Quod autem ad penam in limbo sanctorum directè non ponerentur, quamquam ibi penam aliquam haberent, apparet quia hoc dato quodocumque animæ aliquid haberent, propter quod ibi eis manendum esset, illuc descenderent, etiam si Christus iam mortem subiisset, & inde ferrentur in coelum. Sicut purgatoriæ sedes in penam animabus, nondum plenè expiatis indicitur. Ibi tamen manent etiam post mortem Christi, quousque debitam satisfactionem exsoluerint. De limbo tamen sanctorum secus: Inductum ergo patet eos, qui in limbo sanctorum erant æqualem per omnia habere poenalitatem, nec alteri altero plures habere priuationes.

An grauiores penas, quispiam ex his patiantur, qui in limbo sunt. Cap. CXLIII.

**SUCCESSIS** autem prioribus consequens est pertransire, an eorum, qui in limbo paruulorum erant, quosdam alios grauiores perpeti penas asserendum sit. Huic quisquam sicut in superioribus, de limbo sanctorum respondendum putabit. Quod cum pena limbi in priuatione consistat, in priuatione autem non est reperire magis aut minus. Ad hoc autem dici potest, quod quanquam quantum ad diuinæ visionis carentiam nemo eorum, qui in limbo paruulorum sunt, maiorem alio penalitatem ferre poterat, cum omnes penitus hac visione priuati sint: poterat tamen Deus alicui maiorem in tolerando hanc priuationem tristitiam inferre, quam cæteris. Velut in viuentibus experimur. Quidam enim sunt qui molestius ferunt priuationem, aut absentiam alicuius boni, quam alij in eodem bono ablato tolerarent, sic Deus vni eorum, qui in limbo manent maiorem tristitiam infligere poterit quam alijs, & hoc modo amarij punirentur. His respondendum est, plures esse modos, quibus quidam eorum, qui in limbo paruulorum sunt, acrius quam ceteri punirentur: nemo tamen grauiores alio penas

tolerat. Ratio autem horum est, quia penæ debent esse inæquales, aut æquales secundum quod culpa æquales aut inæquales sunt, omnibus tamen qui in limbo erant, culpæ constabant æquales: conformante ergo iustitia commutatiua penæ æquales esse debebant. Quod autem omnium, qui in limbo paruulorum erant, culpæ æquales consistere, euidenter est. Nam in peccatis actualibus, vnum altero maius esse accidit, ex diuersis causis, originale tamen alterum altero maius esse impossibile est. Quanquam in hoc nimis inter philosophos differt, inter eos dico, quos Stoicos vocant, de quibus Tullius, Seneca, Zeno, & Chrysippus atque consimiles sunt, & inter Peripateticos, quorum princeps noster Aristoteles est. Peripatetici quippe asserunt peccatorum inæqualitatem, quibus si dei catholica omniumque catholicorum positio consentanea est. Stoici verò peccatorum equalitatem constituunt, dicente sepius in Seneca in epistolis, aliusque locis: Si gubernator euerat nauem auri, vel paleam in re quidem differt, in arte verò nihil. Sic quoque Tullius in Paradoxo tertio, quod parua, inquit, culpa vt magna est, id est, æque grandis est parua culpa, vt magna. Ponere autem fundamenta Peripateticorum atque Stoicorum, & quomodo Stoicorum fundamenta deficiant, latissima, atque speculatiua inquisitio foret, de qua superferendum per singula erit. Sed in hoc superficialiter inuestigantibus nobis suffecerit vnica ratio cunctatio, quæ satis euidenter est. Stunc aliquod opus humanum rectè factum est, cum omnes circumstantiæ illius actus rectè sunt. tunc quoque actus prauus est, cum non omnes circumstantiæ actus in debita rectitudine obseruantur: siue in vna, siue in pluribus erratum sit. In actu autem esse possunt septem, vel octo circumstantiæ iuxta Arist. doctrinam Ethic. lib. 3. & in peruersitate cuiuslibet earum peccatur, necesse est, vt grauius peccetur, cum in duabus earum erratur, quam si in vnica: & si in tribus erratur, grauius deliquerimus, quam si in duabus: sic quoque usque ad peruersionem omnium simul sumptarum. Hoc autem amplius inducitur, vt si dixerimus quemquam aliquid facere, qualiter non debet, hic deliquit in vna circumstantia, quæ dicitur qualiter. Si autem alius fecerit quippiam non quando debet deliquit in circumstantia, quam quando appellare consueuimus. Hoc autem est cum ad aliquem actum tempus limitatum est: quod nec præueniri, nec prætermitti vel dilari licet: vt lege vel speciali alicuius decernentis iussione cautum est. Nunc verò dicamus alium hominum fecisse aliquem de prædictis duobus actibus delinquens in duabus circumstantiis. Quod non egit, quando fieri res debebat, nec qualiter fieri debebat. Postea verò dicamus duos viros in eodem actu, secundum speciem delinquere, alterum tamen, quia non egit quando debuit solum, alium verò quia non egit quando debuit, nec qualiter debuit, errans in duabus circumstantiis. Quo dato inquiretur, an hi æqualiter deliquerint, an inæqualiter. Quod si sciremur grauius deliquisse eum, qui deliquit non obseruans qualiter, nec quando in actu, eo qui duntaxat peruerit circumstantiam, quæ est quando: est quod intenditur. scilicet alteram maiorem esse iniquitatem. Si autem dicere malueris, equaliter errauisse eum, qui deliquit peruerrens quando in actu cum eo, qui peruerit qualiter agendum esset, & quando simul: sequitur nullum esse delictum errare in qualiter agendum est, quod falsum est. Apparet tamen, quoniam horum paruulorum delinquentium, alter deliquit in quando agendum esset, alius verò in qualiter, & quando actio dirigenda sit, error ergo vnus delicto alterius equabitur in peruersione circumstantiæ huius, quod est quando: Hoc autem dato inquiretur de circumstantia, quæ est qualiter an errorem

Peripatetici faciunt inæqualitatem peccatorum, sed non Stoici.

errorem causet in opere cum peruertatur. Si autem aliter peccatum esse in opere cum qualiter peruertatur, quæ est circumstantia modi: sequetur quod cum error, qui est in peruersione circumstantiæ temporis, quando quid agendum sit maius esse peccati in eo actu, quo quis peruerit duas circumstantias, scilicet, quando & qualiter, quæ sunt circumstantiæ modi, & temporis, quam in eo actu, quo quis deliquit peruertens duntaxat circumstantiam temporis, quæ est quando. Si verò dixeris, quod peruersio circumstantiæ, qualiter non addat aliquam grauitatem delicti super transgressionem circumstantiæ, quæ est quando, sed ita sit ac si sola circumstantia temporis peruersa foret, necessario fateberis peruersionem circumstantiæ modi, qualiter secundum se delictum nullum constituit, ac si nihil peruersitatis foret. Nam si hæc per se delictum constitueret, cum alteri circumstantiæ constituenti delictum adderetur, maius fieri necesse erat. Hæc enim conditio rerum vnius generis est, quod cum aliqua ponat aliquam magnitudinem, & alia ei superaddita sit, maius quid effici necesse est. Hoc tamen falsum est: nemo quippe etiam in sanis confitebitur transgressionem, quæ est circumstantiæ modi, peccati nullum constituit. Nam ex eodem fundamento induci potest circumstantiam temporis, quæ est quando, de qua concessum est, quod causaret in actu peruersitatem, cum non esset, vt decet, non causare peccatum. Nam deur de aliquo, quod quippiam egerit, vbi non oportet, deliquit enim in circumstantia locali: & huius actum confiteberis esse delictum vel errorem. Dicamus verò alterum deliquisse, quoniam egit quidquam vbi non oportebat, & quando non oportebat. Ecce enim hi duo actus, quos delicta, vel peccata necessario confiteris, & si nemo cogat, vtroneus confiteberis, æquales sunt quantum ad transgressionem circumstantiæ, quæ est vbi pertinet ad locum. Quo dato aut hos actus delicta æqualia vocas, aut inæqualia. Si verò inæqualia, habeo quod negas, asseres paruam culpam esse ita grauem vt magnam. Si verò æqualia astruxeris, necesse est, vt quod ante construxeras destruas: dixeris enim peccatum esse si quis transgredere circumstantiam temporis, nunc tamen confiteri cogeris in transgressionem huius circumstantiæ peccatum nullum esse. Nam cum hæc duo peccata s. in transgressionem, vbi, & quando, æqualia sint quantum ad transgressionem, quæ est in circumstantia dicente habitudinem loci, & tu ea simpliciter æqualia astruas, necesse est, vt transgressio circumstantiæ, quæ est, quando, nullam faciat peruersitatem, alioquin addita super peruersitatem, quæ est in circumstantia locali maiore efficiat transgressionem necesse est, sed prius confessus fueras peruersitatem esse in transgressionem circumstantiæ, quæ est, quando, ergo erras in maiori. Et hoc modo inducitur de singulis septem, vel octo circumstantiis actuum, quod in nullis earum transgressionem peccatum sit, quod prorsus absurdum est. Plures autem ad hoc rationes, & satis fundamentales induci poterant, sed suffecerit, quod dictum est. Ex prædictis ergo inductis satis solidè liquet alteram altera maiorem esse culpam. Apparet igitur prima pars antecedentis huius. Culpam quandam mortalem actualem altera esse maiorem. Ob hoc autem leges humane maiorem quibusdam sceleribus, quam alijs inferunt cruciatum. De legibus quoque diuinis idem patet in toto veteri testamento ac nouo. Sic enim & apud tartareas sedes atque purgatoria, loca quadam animæ acrimonibus, quam aliæ cruciatibus puniuntur.

*Nullum originale peccatum, altero maius est. Cap. CXLV.*

**H**VIVS antecedentis alia erat particula, nullum originale peccatum altero originali maius esse. Quod patet, quoniam originale non fundatur, super aliquem actum positum, sicut in actualibus est sed est quædam culpa, macula, & reatus, quam incurrit anima cum corpori vnitur: quia coniungitur corpori deriuato ab Adam per seminale propagationem. Consistit autem in priuatione solum iustitiæ originalis debita inesse. Et quoniam hoc non est transgressio circumstantiarum positinarum aliquarum, sicut in peccato actuali, per quarum violationem incurritur maior, vel minor peruersitas secundum numerum circumstantiarum deordinatarum, & earum habitudinem, sed solum consistit peruicatio originalis in priuatione; in priuatione autem magis, aut minus possibile non est, sicut in prioribus ostensum est, nequi igitur aliquod originale peccatum altero maius esse. Si ergo, duo ob solius originalis delicti maculam cruciatibus, aut quibusuis penalitatibus subiiciendi forent, non deberent alter altero grauioribus affici penis: sed qui in lybbo paruulorum sunt, ob solius originalis maculæ reatum tolerant quidquid habent, nihil ergo grauius altero tolerare debent. Quod autem qui in lybbo paruulorum sunt, solius originalis culpæ penas patiantur, ex prædictis satis apparet, scilicet, quod illi in lybbum descendebant, quos solius originalis culpæ grauabat reatus. Nam si quis decedens culpa actuali teneretur, etiam si pariter originali macula premeretur gehennalibus incendijs immergendus erat. Si ergo soli paruulorum lybbo tenebatur, qui originalis maculæ duntaxat onere grauabantur, satis liquet quoscumque in paruulorum detentos lybbo solius originalis culpæ penas luere, cum nihil aliud habeant, propter quod torqueri aut puniri qualitercumque debeant, nullum quoque originale altero maius est. Necesse est ergo alterius penam eorum, qui in lybbo paruulorum sunt, aliorum pena maiorem non esse. In hoc verò consideranda est quædam regula satis notabilis. s. quæ a principio orbis condita ante datam circumcissionem, & postea vsque ad finem seculi, nemo semel aut pluries actualiter peccati mortaliter committendo, qui ad paruulorum lybbum descenderet. Postquam quis enim mortaliter peccaret, quomodocumque se haberet, nequibat descendere ad lybbum paruulorum. Quod inducitur, nam cum quis mortaliter peccabat, aut conterebatur de illo, aut non. Si autem non contereretur ante mortem, quanquam cum originali quoque simul decederet, non poterat tendere in lybbum paruulorum, sed in gehennam damnatorum, qui locus eis, qui in mortalibus decedunt deputatus est. Si autem qui mortale patrauerat ante mortem de commissis doleret, necesse erat, vt quantum ante hoc semper fuisset in originali tunc decederet, atque prorsus non periret. Nam sicut in tempore datæ legis, & circumcissionis Iudeis tollebat macula originalis per circumcissionem, ita in gentilibus semp ante mortem Christi, cum adulti essent, tolli poterat per quemcumque actum directum in Deum: si in paruata ætate fide parentum ablata non fuisset, contritio aut actus directus in Deum originale tollere poterat. Si autem diximus, quod nunc non potest tolli originale per contritionem nisi baptismus assumatur, dicendum est, quod regula semper stat: nam aut per contritionem tollitur peccatum mortale in eo, qui conteritur, aut non: si tollitur necesse quoque est originale tolli. Si autem non tollatur mortale, non tollitur originale. In gentilibus enim qui ante Christi mortem ab orbe condito

Quantum possit contritio post peccata admissa.

Qui mortali crimine deliquit ad lybbum descendere non potest.

condito fuerant, quia non erat aliqua obligatio ad certam legem, per contritionem tollebantur semper peccata mortalia, & per quemcumque actum directum in Deum tollebantur originale. In Iudejs autem erat determinatio ad accipiendam circumcissionem, id saluari non poterant ab originali, nisi acciperent circumcissionem. Si ergo aliquis de Iudejs, qui forte non circumcisus esset, doleret de peccatis mortalibus dolens quoque; de hoc mortali, quod non sumpsisset in transactis temporibus circumcissionem, tollebantur per contritionem mortalia, & ipsum quoque originale. Si autem dolens de aliquibus mortalibus non doleret, quod circumcisus non fuisset, non tollebatur aliquod mortale peccatum, nec originale: non est quidem tanquam contritio ad tollenda peccata aliqui impotens fuerit, sed quia vera atque perfecta contritio non est, cum de quibusdam dolemus, si de aliis non doluerimus, aut in aliis maneamus. Idem autem casus est, si quis hoc tempore siue Christianorum, siue de quacumque gente natus, baptismatis lauacro tinctus non foret: nam hic in mortali peccato erat quoniam sacrum regenerationis lauacrum non sumebat. Si ergo de cunctis mortalibus doleret, nec esse esset, vt de hoc quoque; contereretur, quod hactenus imbaptizatus mansisset, & tunc ipso dolore ante susceptum baptismum, tam mortalia, quam originalia abolerentur. Est igitur generale, quod in quocumque statu contritio si vera, & perfecta est, omnia peccata, tam actualia, quam originalia delet, actualia quidem directe, originale autem indirecte. Nam cum mortale peccatum per contritionem deleatur, gratia conferri necesse est, qua macula peccati deturpans imaginem Dei formaliter deleatur. Sed gratia non consentit secum culpam mortalem, & obligationem ad mortem æternam, cum efficiat hominem deiformem. Culpam in originali est mortalis, reddens hominem obligatum ad mortem æternam, & tollens a deiformitate: ergo collata gratia homini dolenti de peccatis per contritionem necesse est, vt originali culpa si in eo præfuit deleatur. Cum ergo deleteretur in contritis, ergo non manebat. Stat ergo data regula, quod qui semel mortaliter peccaret ante Passionem Christi, ad lybbum paruulorum descendere non poterat. Et si superior probatio sufficiens sit ad omne tempus, vt inductum est, tamen adhuc magis induci potest de tempore post Euangelij promulgationem vsque ad consummationem seculi. Nam qui in hoc tempore mortaliter peccat, aut est Christianus, aut Saracenus, Iudæus, vel Paganus, aut cuiuscumque ritus. Si autem effectus Christianus sit, ad lybbum paruulorum descendere nequit, quoniam per baptismatis lauacrum hæc originalis macula deleta est, quam habentes duntaxat ad lybbum paruulorum descendebant. Si autem Saracenus, Iudæus, aut cuiuscumque gentis, vel ritus sit, aut ad fidem Christianorum aliquando rediit, aut nunquam: si verò aliquando ad rectam fidem conuertitur, in Baptismo originale cum omnibus actualibus, quæ præfuerunt, deleatur. Quomodocumque ergo post hoc decederit, ad lybbum paruulorum descendere nequit, quoniam iam originale ablatum est, propter quod erat descendens ad lybbum paruulorum. Apparet quoque ex prædictis eorum, qui in lybbo paruulorum sunt nullum altero grauius puniri, nec ad hoc est aliquod rationabile inductiuum.

*Dubium, an Ieremias, & Io. Bapt. qui in vtero sanctificati sunt, post obitum in lybbum descendissent. Cap. CXLVI.*

**Q**VONIAM autem in prælibatis dictum est, ante mortem mediatoris Dei & hominū Christi ianuā vitæ æternæ clausam fuisse, nec quisquam illuc introire potuit: sed illi, qui nulla originali,

aut actuali macula grauati, nullo quoque inexplētæ satisfactiois onere pressi decedebant, ad sinū Abrahamæ ferebantur, vsque ad Christi passionem mansuri: Cuius ambigendum videbitur de eis, qui in vtero sanctificati sunt. De Ier. patet Ie. c. i. cum dicitur: Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificauite, & Prophetam in gentibus dedi te. In quo satis nota est omnium catholicorum doctorum sententia dicitur, eum in vtero sanctificatum. De beato Io. Bapt. eadem oibus doctoribus catholicis, quæ de Ieremia sententia est: ideo Ecclesia in solemnitate eiusdem cantat id, quod ad de dictum a dño refert Ier. c. i. Inducunt autem catholici doctores satis rationabiliter ad asserendum de Beato Io. quod sanctificatus in vtero sit: nam Deus super ipsum miraculose operatus est: cum adhuc esset in vtero facies eum moueri, vt inclinaretur ad quandam exhibitionem reuerentiæ Matri Saluatoris nostri venienti ad Elisabeth Ioan. matrem. Sic habetur Luc. cap. i. cum dicitur. & factum est, cum audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit in fans in vtero eius. Et postea ipsa spiritu sancto mouente ait: Ecce n. vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in fans in gaudio in vtero meo. Hi autem, qui in vtero sanctificati sunt, peccati originale non habebant: si ergo actuale nullum committerent, sicut de quolibet horum duorum asseritur, cum decederent, non restabat eis quidquam animarū receptaculū, sed mox ad vitam æternam conuolarent. Nam in ceteris, qui ad lybbum paruulorum descendebant, & si pro actualibus satisfacti esset, si qua egissent, & originale ablatum, tamen reliquæ quædam manserunt, quæ pro ipsos expiari non poterunt, sed debebant per Christum expiari. In sanctificatis tamen ab vtero, quia nullum actuale erat nec originale, nullius reliquæ manere posse videbantur, pro quibus Christus satisfacturus esset, & isti vsque ad mortem suam tenebant in sinu Abrahamæ. Ad hoc raderi debet, quod sanctificati in vtero, sicut beatus Io. & Iere. si ante Christi mortem decederent, ad lybbum paruulorum, sed sinum Abrahamæ ferebantur, quam obrem cum tam beatus Ioan. quam Ieremias in vtero sanctificati ante Christi passionem decederent, ad lybbum paruulorum descendissent, vsque ad Christi mortem ibidem sicut ceteri permanserunt. Hoc autem inducitur: nam qui in vtero sanctificabantur, aut dum viuerent aliquid mortale peregerunt aut nihil: quamquam ista distinctio non recipitur ab omnibus catholicis, cum dicant sanctificatos in vtero confirmatos, & impeccabiles factos. Quod non impedit: non enim asserimus eos peccasse, aut peccare potuisse, sed de eis conditionaliter loquimur: conditio autem nemini præiudicat. Si ergo diceremus quemquam eorum mortaliter peccasse, aut dolere de patratu, aut minimè. Si non contereretur gehennalibus mancipantur incendijs. Si verò eos de peccatis dolentes feceris, atque perfectè, vt puro homini possibile, atque dignum est, laborantes pro commissis satisfecissent, ad lybbum Abrahamæ descendebant. Nam quædam reliquæ satisfactiois in peccatis actualibus manebant, de quibus per hominem purum satisfieri impossibile erat, sed Christo eluente manebant: ideo in lybbo paruulorum redemptionem illam expectaturi erant.

Si autem in vtero sanctificatos postquam de vulua eruperint, nullum incurrisse peccatum astruxerimus, adhuc necesse est hos ante passionem Christi decedentes ad lybbum paruulorum descendere. Nam hi in peccato originali concepti sunt. Cum enim aliquis in vtero sanctificatus erat, originale maculam prius contraxerat, cum descenderet de stirpe

P Adæ



Ade per derivationem feminalem: cum Deus tñ eos in vtero sanctificabat, debebat i eis originale culpā: cum autē erumpēbant in lucē nullo originali infecti erant: quia eis ablatum erat, in eo tñ sicut ceteri geniti sunt. Hi ergo ad lymbū sanctorum morientes descendebant: nam nihil a ceteris differunt: nisi qd alij in peccato originali cōcipiuntur, atq; erūpūt ex vtero, postea verò per aliquas ceremonias aut actus tollit. Sanctificati autē in originali concipiuntur, sed non nascuntur in peccato, cum ante natiuitatem ablatum sit. Sicut ergo illi, qui in peccato originali eruperunt in lucem, postea autē cōceremoniis circuncisionis aut quibuslibet alijs, illud exuebant, decedētes ad lymbū sanctorum descendebant, et si nihil vnq; mortale peregriffent, quia semel in illis peccatū originale fuit, & qd postea deleteretur, tñ plenē ablatum nō erat, qm̄ adhuc manebat aliquid expiandum per mediatorem. Ita cum qd in vtero sanctificabatur, primo originale contraxerat, ideo qd per sanctificationē deleteretur, tñ nō penitus debebatur, quin aliqd maneret posterius per Christum expiandum. Nam sicut circuncisio, aut quilibet cōceremonia, quæ deo imperante, aut volente efficaciam habebant, non sufficiebant delere originale maculam, etiam si deus illā delectionem operaretur, sed semper manebat aliquid expiandum per Christum: ita & sanctificatio per Deum solum facta in vtero non prorsus originale adimebat reatum, quin aliquid per mediatorem satisfaciendum maneret. Cum n. sanctificatio horum fiebat in vtero, nondum Christus mortem subierat, ideo satisfactio illa non poterat esse tantæ efficacis, vt omnino prorsus deleteret, ne quid de hoc morte mediatoris eluendum maneret. Inerat ergo eis semper aliqua obligatio, vt decedentes ad sinum Abrahæ descenderent. Sic ergo ad propositam dubitationem diffiniendum erit, omnes in vtero sanctificatos, qui ante Saluatoris mortem decesserint, etiam si in vita nequaquā quidquid peccauissent, ad lymbum sanctorum descendere, etiam nondum in eis omnis originalis reatus ablati erant vsque ad mortem Saluatoris. De Ieremia autem dicendum est, quod fuit vir sanctus atq; propheta, & vitæ incontaminatæ, atque sanctificatus in vtero, moriens tamē ad lymbum sanctorum descendit, eumque inde Christus iam passus eduxit.

*Dubius an Ioannes Baptista ad lymbum sanctorum patrum descendit. Cap. CXLVII.*

**N**VNC vero de Beato Ioanne Baptista cuiquā ambigendum videbitur, qm̄ ipse ante Christi passionem mortuus est, & de eo nunciatum est Christo, qd ab Herode occisus esset, & doluit, de quo Mar. 14. c. an ad sinum Abrahæ cum ceteris sanctis patribus descenderit. Rndendum est Ioan. Bapt. in vtero sanctificatum post mortem suam in sinum Abrahæ descendisse, sicut Ieremias descendit, qui in vtero fuit, & beatus Ioannes sanctificatus erat. Nam sanctificatio in vtero facta non tollebat originale peccatū præcessisse in sanctificatio, qd faceret iam non manere. Cum ergo præfuerit, nequibat totaliter tolli, ita vt non maneret aliquid post per Christi mortem redimendum, quod aliter redimi nequiuisset. Necesse ergo erat, vt vsque ad Saluatoris mortem maneret Beatus Io. in lymbo sanctorum. Si verò quis obiiciat Ioā. Bapt. à Christo fuisse baptizatum, & ob hoc penitus originale deletum, qm̄ baptismus Christi tollit originale, & actualia, si sint. Vnde si quis multis mortalibus, & ipso originali pressus baptizaretur, ab omnibus penitus exemptus esset, ita vt si cōfestim moreretur, ad vitam æternam euolaret. Sed Ioan. Bapt. a Christo baptizatus est: ergo per illum baptismum originale

macula prorsus auferretur, sicut tollitur in nunc baptizatis: cum ergo moreretur, nihil haberet, quo tenderet in lymbum sanctorum. Non n. de beato Ioan. quisquam astruit, nec aunderet asserere, qd aliquñ mortaliter peccauerit, & huius aliq; reliquie manerent p̄ Christum redimendæ, pro quibus teneretur expectare mortē saluatoris in sinu Abrahæ. Omnes quippe Catholici doctores asserunt Beat. Ioan. nunquam mortaliter peccauisse, cum de eo Christus tñ protulerit testimonium, sicut natos mulierum non surrexit maior Ioan. Bapt. vt patet Matt. 11. c. Si tñ mortaliter peccauisset, aliquis eorum maior surrexisset, cū de quibusdam alijs dicatur, quod mortaliter nō peccauerint. A mplius autē Ecclesia supponens eū mortaliter peccare non potentem, ait recessisse in desertum, vt non peccaret saltem venialiter in verbo leuissimo, vt haberetur in quodam hymno solemnitatis eius, scilicet.

*Antra deserti teneris sub annis  
Ciuum turmas fugiens peristi  
Ne leui saltem maculare posses  
Famula vitam.*

Huic autem respondendū est, qd et si baptismus Christi ante passionem suam institutus foret, vt Magister sniarū in iij. dist. inducit: necesse esset vt Io. etiam hoc baptizate lotus ad lymbū sanctorū descenderet, cū ante passionē Saluatoris decesserit. Cā huius est, qd si qd ante passionē Saluatoris baptismate eius tingeret, hac lotione ab originali culpa cunctisq; inquinamenti baptizatus expiabat, reffectus particeps redemptionis Chri, nō tñ liberabat penitus antequam Chri mortē subiret. Nā fructus passionis Chri cōcari nequibat anteq̄ esset: oportebat ergo vt quicq; decesserit sic baptizatus ante mortē Saluatoris, ad lymbū sanctorū descenderet. Baptizatus quippe Chri in se ipso vt a se tantā nō habet efficaciam, vt p̄ eū a delictis emundemur. Sed hāc virtutem dumtaxat hēt passio Saluatoris nri: ipsa quippe veraciter est meriti infiniti, iō p̄ eam vniuersa delicta soluant. Hoc autē inducitur: nā si baptismus Chri in se ipso hāc haberet efficaciam, vt oēs recipiētes illud simpliciter, & p̄fectē emundarentur ab oibus culpis, tā actualibus, q̄ originali, & a penis pro his debitis, ita vt si cōfestim decederent, ad vitæ æternæ gaudia conuolarent cū istud sacramētū ante Chri passionē institutū fuisset, iuxta sniam Magistri sniarum lib. 4. dist. 3. postquā illud institutū esset, non erat necesse, vt Chri moreretur, qm̄ qdqd mors illius nobis beneficij allatura erat, tā baptismus p̄fectē contulisset. Hoc tamen falsissimum est, & peruertens totam catholicam positionem. Nā alma mater Ecclesia astruit nobis peccata condonari non potuisse, nisi Christus pro nobis pateretur. Sic enim patet Ila. 53. Cuius liuore sanati sum⁹, i. qd nos p̄ vulnera bñdicti Iesu ab oibus maculis, & penis liberati sum⁹. Nō ergo hēt in se hanc efficaciam baptismus a Chro institutus, vt per illū ab oibus eriperemur malis, sed hęc erat virtus passionis mediatoris nostri Iesu.

*Nullum est tam efficax sacramentum, quod per se possit peccata dissoluere. Cap. CXLVIII.*

**H**OC identidem euident est ex eo, qd omnes doctores catholici, & tota mater ecclesia cōfiter, s. qd omnia sacramenta efficaciam receperunt a passione Saluatoris: non erat igitur efficaciam operis in illis, sed in passione. Dicendum ergo generaliter est, & vultum catholicē, nullum esse tam in nouo, q̄ in veteri testō sacramentum, per qd per se penitus, aut ex parte peccata deleantur. Qd primò apparet in sacramētis veteris testamēti. nā in his ceremonialibus operationibus, siue sacramētis nihil erat, p̄ qd totaliter, aut ex parte,

*Ioan. Bapt. nunq̄ mortaliter peccauit.*

*Liberatio à peccato originali i veteri lege erat p̄ hāc*

parte, per se, aut instrumentaliter peccatum aliquod deleteret, nisi circuncisio. Cetera quippe cære moniales expiationes proficiebant dumtaxat quibusdam maculis, aut irregularitatibus corporalibus abstergerendis, quæ interdum prohibebant homines ab accessu ad res sacras: interdum verò a communicatione populi, & contactu sacrorum. Sicut sæpissime habetur in lib. Leuitici. cap. 11. & vsque ad 17. & in libro Numerorum cap. 5. & 19. atque in multis alijs locis librorum Moysi. Circuncisio autem, quæ erat sacramentum veteris testamēti, tollebat peccatum originale. Non quidem quod circuncisio hanc in se contineret efficaciam, aut qd actus iste cæremonialis tanti meriti esset, vt eam recipientes mererentur omnium culpularum, aut ipsius saltem originalis delectionem. Liberatio autem à peccato originali in veteri testamento erat per fidem. Circuncisio quippe in se nihil erat, nisi quoddam signum distinctiuum populi Dei à ceteris populis, quia populus ille à cunctis distinctus moribus, & ritibus esse deberet, cum de eo Messias nasciturus esset, qui etiam populus ad Messiam ordinabatur. In eo autem, quod à Iudæis cæremonialis iste actus, & caracter circuncisionis sumebatur in fide futuri Messie, ad quem ista fiebant, siue ista fides esset in manifesta protestatione, siue occulta, tollebat hoc modo originale per circuncisionem secundū fidei meritum Deo hoc agente. Amplius enim apparet, qd per fidem, aut per conuersionem ad Deum originale magis tolleretur, quàm per circuncisionem. Nam ante datam circuncisionem inter omnes alios homines peccatum originale tollebat per primum actum bonum cōuersionis, quem habuissent in Deū. Data quoque circuncisione hic idem modus in omnibus gentilibus vsque ad Christi passionem manit: non ergo ipsa in se circuncisio, sed magis conuersio in Deum, vel fides originale abstergebat labem. In sacramentis autem noui testamēti idem dicendū est, qd ipsa in seipsis non habeant efficaciam peccatorum delendorum, & penarum soluendorum etiam si loquamur de baptismatis lauacro, & de penitentia, quæ naufragantium tabula secunda est, per qua duo omnia deleri peccata sententia omnium catholicorū, nec dubia quidem vlatenus est. Quamquam in his differt, quoniam per baptismum oia delentur. Originale cū actualibus, in penitentia autē sola actualia, originale autem nequaquam. Idem autem quātum ad penas peccatorum differt. Nam in regenerationis lauacro omnis macula originalis, & actualis abstergit: pene quoq; pro his debitis soluuntur totaliter. Vt si quis baptizatus cōfestim decederet, qui ante multa scelera patrauisset in sedes æthereas raperetur. In penitentia autem omnes actuales culpe tolluntur, poenæ tamen pro his debita non soluuntur, nisi quantum ad quandam particulam, quæ virtute clauium aboletur.

*Quaedam attinentia ad superiora. Cap. CXLIX.*

**I**N his autē dicendū est, qd sacramentū regenerationis, & penitentia: in seipsis efficaciam non habent vniuersorū delendorum peccatorum, nec alicuius, aut partis alicuius peccati. Nā baptismus nō est tale ens, in quo sit aliquis actus, vel cæremonia, s̄m qd deberent peccata dimitti. Quia in se nihil habet promeritorij, aut naturaliter æqualens delectionē faciēdi peccatorū. Passio autem benedicti Saluatoris nostri nō est, sicut sacramenta noui, ac veteris testamēti: passio namq; Saluatoris est meriti infiniti, qd tolerabat eā, qui erat meriti infiniti. Deus & homo, cuius operatio quilibet infiniti meriti est in eo, qd operatio in caritate, quæ est ab anima Christi, quia est operatio alicui⁹ vniti verbo Diuino ex ea parte trahit infinitatem in merēdo, siue

*Alph. Toft. Parad.*

quia ipsum suppositū operans diuinū, & nō humanū. Peccata autē nostra simul sumpta, & q̄ facta à principio sunt, & quæ vsque ad finē sæculorū sicut in se verè infinita non sunt: passio autem Christi erat in se ipsa sine aliquo adiuncto extrinseco infiniti meriti, quæ erat actus eius, qui poterat in infinitum mereri: ipsa igitur naturaliter talis erat, quæ equiualeret ad auferendum peccata nostra, cū maius esset bonum in ea, q̄ malum in peccatis nostris. Rationabiliter ergo dictū est, oia humana peccata, quæ ab exordio sæculorū vsq; ad terminos omnium ætarum in ipso die Iudicij, delecti posse per passionem, qm̄ omnia simul sumpta, nec in numero, nec in culpa infinita sunt. Cū ergo passio Christi hic posueris, culpularum verò nostrarum multitudinē contuleris, maioris ponderis reperietur bonū, quod in passione est, s̄m meritum infinitū, quā malum, vel culpa peccatorū nostrorū. Secundū ergo naturalem exigentiā, habita ratione mensuræ & mensurati, etiam si nihil passioni Christi faueamus, ipsa p̄meret, vt pro ea omnia hominum peccamina deleantur. Velut si quis equum, pro formica daret, ex natura apparet cōuenienter, & vltra modum satisfactum: nam equus in valore tam s̄m perfectionem speciei, quàm s̄m rationem vsus nimis formicæ valorem excedit. Habitus tamen maioris excessus est s̄m naturā passionis Christi ad peccata oium hominum: nam culpationis Christi meritum verè infinitum sit peccatorum nostrorū simul sumptorū culpæ infinite nullatenus sint, liquet passionis Christi meriti in infinitū excedere mala peccatorū nostrorū. Quodlibet namq; finitum quātumcumq; magnū sit, in infinitum excedit ab eo quod est infinitum. Nec dūtaxat hoc de humanis peccatis dixerim, sed etiā si eis oium dæmonum peccata coniunxeris, non equiparabitur meritis passionis Christi, quæ quidem infinita sunt: peccatorū autem mala semper manent finita in numero, & culpaturū grauitate: ideo passio mediatoris nostri Christi Iesu non solū sufficit ad redemptionē peccatorū humanorum, sed & si cū eis dæmonum peccata iuncta forent: dæmones tñ Christo moriēte redēpti nō sunt. Causa autē, quare dæmonum passione Saluatoris redempti non sunt, cū ipsa vtrūq; delendis sufficisset, est, quare rationabile fuit hoies redimi, de dæmonibus autē irrationabile foret. Quare autē taut in quo rationabile fuerit hoies à Deo redimi, de dæmonibus id idē nō fuit, disputare altissimæ fortassis speculationis erit. Quoniam hoc depēdet ex conditione liberi arbitrij angelicij, & humani. L. an angelicū liberū arbitriū semel versū ad aliquid possit se p̄uertere ad contrariū, sicut de humana no est, & de fundamētis eius, de quibus decurrandi styli causa in p̄senti relinquat. Ponit autē Sanctus Thomas causas quinq; sup 3. Sent. dist. 1. art. 2. in resp. ad arg. 5.

*Passio Christi aliquid habet in se, quod meretur solutionem peccatorum, quod in nullo alio Sacramento est competum. Cap. CL.*

**C**onclusum autē manet ex p̄dictis nullā esse similitudinē inter Passionem Saluatoris, & inter sacramenta noui & veteris testamēti: nā Passio Christi habet aliquid in se, s̄m qd meret naturaliter remissionē oium peccatorū. Et adhuc amplius cū t̄neat meritū infinitū, qd naturaliter p̄poderat culpis oibus, q̄ naturaliter nec vllomō sūt p̄uersitatis infinite. Sacramēta autē in se nihil tale hnt, qd naturaliter p̄poderet ad malum, qd est in aliquo peccato, ita vt p̄ illud destrui debeat: non ergo hnt sacramēta in seipsis efficaciam, s̄m qd oia, aut aliqua deleat peccata, qd i collatione sacramentorū vniuersa abstergūt delicta. Cū autē tota alma mater Eccl. cōfiter, & est assertio Christi, p̄ sacramenta oia peccata deleri, non est sensus, qd sacramenta in se ali-

*P 2 quam*

*Cur dæmones à Passione Christi nō fuerint redempti.*

Sacramen- ta noui te- sti sunt in- tra qdā q- bus meri- ta passio- nis Xpi nobis coicatur.

quam efficaciam continent, secundum quam peccata delentur, & ista operatio ipsorum met sacramentoru...

Prelati sunt Ecclē- się mini- stri.

bent virtutem, sed eam a principali agente recipiunt: que ideo ad actionem pertinere dicuntur, quia per ea vir- tus principalium agentium deriuatur in effectum...

De Baptismo virtute. Cap. C L I.

N V N C vero baptismus Saluatoris plenam habet virtutem: quia passio Christi a qua trahit efficaciam iam preterijt: possunt ergo iam per eum in nos...

Si quis ba- ptizatus co- nstet de- cessisset, ex- vira ppe q- dā hris fuit- ter passus ad: lymbū cōmigrā- bat.

in aqueductibus patet. Si enim aqueductus ante fon- talem scaturiginem fiat, inutilis est. Si tamen facto aqueductu fontalis origo fluente emittere coeperit...

Obiectio contra pradicta, & quaedam alia. Cap. C L I.

F O R T A S S I S autem contra supradicta quisquā molietur dicens, baptismum a Christo ante passio- nem suam institutum, ante eandem passionem plenā...

eo institutis. Nam Christus erat verus Deus, cui facul- tas erat remittendi peccata nostra etiam pro nulla re, aut nihilo premissio, ita vt pro eis nihil pateretur...

Sacramenta ex se ipsis nullam efficaciam habent delendorum peccatorum, nisi quatenus in- strumenta quedam sunt. Cap. C L I I I.

N V N C vero, vt in superioribus inferebatur, dicē dum patet, passionem domini Iesu solam esse, quā omnium peccaminum abstergendorum, & pe- narum relaxandorū in se ipsa virtutē habet efficacē...

fit, tamen nō erat necessarium, vt post passionem Saluatoris cōferretur, per quam plena peccatorum, atq; pēnarum absterfio, & relaxatio facta erat. Nam non existēte baptismo fuisse modus alius, quo originalis macula deleretur, & actuales, si quē præcessissent, atq; oēs pēne consequentes tollerentur, sicut in omnibus hominibus ab orbe condito fuit in prima & secunda ætate sēculi, vsq; ad datam circuncisionē Abrahæ. Et sicut in gentilibus post datam circuncisionem vsq; ad mortem Saluatoris, & publicatum euangeliū mansit. Hi nanq; vel mox nati ab originali culpa fide parē tum liberabantur, aut si in parentibus fides non foret, manebant in culpa originali, vsq; ad ætatem sē m discretione operari potentem, in qua per primum actum bonum, quem in Deum conuerterent, remittebatur eis originalis culpa atq; reatus. Et si post hoc, nihil vsq; ad mortem delinquerent, ad lymbum Abrahæ descendentes ferebantur. Nōdum enim plena fieri poterat omnium pēnarum debitum pro peccato remissio, quousq; Saluator mortē subiret, cuius amarissima passione vniuersa auferrentur delicta, atq; pēne soluerentur, & pateret ianua paradisi. Sic enim & adhuc perfectius accidisset in nouo testamento, non dato regenerationis lauacro: qm̄ paruuli fide parentū ab originali macula expiarentur. Aut si quouis modo in expiati mansissent, cum peruenirent ad ætatem ratione vti potentem, per primum actum cōuersum in Deum hac abstergeretur, quē prius fide parentū eluē da erant. Hoc autem, quia non erat peioris cōditionis, tempus quod erat sub nouo testamento, quam tempus aliorum statū sēculi. Si ergo in hominibus, qui erant extra legem Moyfi in primo actu, quo in Deum cōuertebantur remittebatur originale, conformiter & adhuc rationabilius in nouo testamento, vel paruulorum maculas fides parētum assumeret, aut cum ad ætatem rationis capacem perueniret, actibus horum in Deum relatis tollerentur. Sic enim futurum esset, nisi Christus specialiter eluēdis originalibus maculis regenerationis lauacrū instituisset. Nec quidem duntaxat hoc fuisse in statu noui testamenti in deletione originalis maculæ, quod in antiquorum statu præcesserat. vt cum quis se in Deum conuerteret, macula solueretur originalis manente obligatione descendē di ad sinum Abrahæ. In statu tamen noui testamenti mox, vt in Deum conuersio facta esse, macula deleretur, atq; omnis tolleretur obligatio eundi ad sinū Abrahæ: sed si permaneret in eo statu vsq; ad mortem, mox vt anima a corpore solueretur libera celum petitura erat: quoniam iam tranfierat mors mediatoris, per quam omnia peccata, atque eorundem pōne sublatæ erant.

*Quod Christus sacramentum baptismi nobis reliquerit.*  
Cap. CLIIII.

**Q**UANQVA M autem a peccato originali in statu noui testamenti modo supradicto sine sacramentis institutis eripi potuissemus, instituit tamen Christus regenerationis lauacrum. Quod tribus rationibus factum videtur, quibus rationale visum est baptismatis debere institui lauacrum. Prima quippe, quoniam & si in nouo testamento actibus conuersionis nostræ in Deum, aut fide parentum in parua ætate macula originalis, vt in prioribus sēculis deleri posset: quia tamē erat vnus dominus specialius legislator noui testamenti, de cuius vnū determinata re actum, quo macula originalis abstergenda foret. Iste verō actus fuit baptismus. Irrationabile nec parū videbatur vno legis pōditore existenti hoīes subiectos ei varijs ritibus circa eundem viuere, & operari cuilibet

prout in mentem veniret. Congruentius ergo fuit baptismum institui, quo oēs sub lege Christi manentes, ab omni originali macula, & omnibus consequentibus pēnis liberarent, quā q̄ cuilibet permittitur agere, vt ei in mentem veniret ad hanc maculā abstergendam. Hunc autē modum Deus tenuit in veteri testamento: nā & si hoīes ab originali reatu liberari potuissent eo modo, quo liberati fuerāt in præcedentibus sēculis ante datam circuncisionem, scilicet accedentes ad discretionis ætatem primo actu recto a macula soluerentur originali: quia tamē ipse populi Hebraici legis conditor erat instituens ei agendi normā, voluit certum atque diffinitum dare modum, quo omnibus ludæis originalis culpa eluenda esset. hic autem fuit circuncisionis modus, ad quem omnes tunc ludæi obligabantur, nec poterant aliter maculam illam auferre, cum lex eos ad certum agendi obligasset modum. Quod si quis obiiciat, conuenientius esset, quod in prima ætate, atque secunda sēculi ante datam circuncisionem erat, quā id, quod nunc, quoniam ibi multis modis originalis maculæ patebat remedium, nunc vero vnico. Respondendum est, hoc non ideo fuisse tanquam status ille conuenientior, atque perfectior foret: sed quoniam imperfectior erat lege carens, nec poterat esse determinatus ad aliquid, cum nullus legis conditor decreuisset. Nondum enim Deus vllam hominibus agendi, aut viuendi normam dederat. Vt autem non maneret in eis macula originalis concesserat, vt per quemcunque actum rectum conuersionis in Deum hæc macula tolleretur.

*Institutionis baptismalis lauacri in nouo testamento alia causa. Cap. CLV.*

**I**NSTITVTIONIS Baptismalis lauacri in nouo testamento, secunda exiit causa, vt signum esset distinctiuum Christianorum a ceteris Gentilibus alterius ritus. Nam q̄ lex Euangelica vniuersalis esset toti orbi data, omnesq; ad sui obligans obseruationē, quia tñ Christus prenouerat non cōuertendas ad illā oēs gentes, rationale fuit dari aliq̄d signū distinctiuū quo Christi cultores, quos christicolos, aut Christianos appellamus, a ceteris gētibus distinguatur. Nulla quippe gens, aut populus est, quæ se salutē consecuturā confidat in regenerationis lauacro, præter populos Christicolarū. Simile autē fecit Deus in veteri testō circuncisionē instituens in sēdis cum ludæis, & tanq̄ signū distinctiuū, quo ludæi a ceteris gētibus segregari videretur, sicut colligitur Gen. 17. c. & ad Romanos c. 4. Fuit igitur cōueniens in nouo testō, signū aliquod dari, quo Christianis a ceteris gentibus distinctio vlla pateret, hoc autē signū baptismus fuit. nulla nāq; gens præter Christianos hoc tingit. Tertia autē rō est instituti baptismatis magnū periculū in eis, quibus originalis macula abstergenda foret. Nā in gentilibus ab exordio orbis pōditi vsq; ad mortē Saluatoris nemo ab originali macula solui poterat, quousq; ad ætate rōnis capacē perueniret, in qua actibus suis liberaretur, vel in parua ætate merito fidei parētū fieret huius absterfio. Qd̄ si aliquo horū modorū nō delata originali macula quis decederet, in eternū dānabatur, qd̄ magnā præsentibus difficultatē ingereret. Nā cū de his, qui hac ætate viuunt multi, anteq̄ ad adultā aut plenē rōnis capacē ætate perueniant, moriant, plurimū cū originali macula decederent, atq; æternaliter dānarent. Hoc autē inextricabile malū erat. Decuit ergo vt Christus legislator noui testō aliqd̄ statuere, quo si solū eis, q̄ ætate attigissent adultā, sed eis quoq; q̄ nati nouiter erāt, remediū eluēdi criminis atq; inuēdi edē salutis hēret. Hoc autē baptismus ē: quo nō tñ eis, q̄ ætate rōnis capacē

*Baptismus distinguit Christianum ab infidelibus.*

atingentes actibus suis mereri poterant, sed eis quoque qui recenter nati essent abstergēdæ originalis maculæ sufficiens remedium pararetur. Et nō solum eis, qui nati sunt baptismus confert, sed eis quoq; qui cū nasci ceperint, partim egressi ex vtero, partim verō in tra materna manentes viscera aliquid principale corporis foris exerunt, in quo baptizari possunt. Nam si hi sic baptizati, nōdum perfectē egressi ab vtero, moriantur, a culpa originali absoluti in æternā foelicitatis habitacula tendunt. Id autem, in quo puer nōdum egressus ex vtero, sed quādam foris corporis partem preferens baptizari potest, caput est, quod est principalis corporis pars, si verō manum solam infans protulerit, baptizari nequibit.

*Eminentia baptismi super circuncisionem. Cap. CLVI.*

**I**N hoc autem excellens, valde est baptismus super circuncisionem: quia in circuncisione originalis macula abstergi poterat, sed vsque ad diem octauum nō fiebat, vt patet Gen. 17. poterat autem interim quispiā mori, qui necessariō dānabatur, qm̄ nondum ei originalis macula ablata erat. In sacramento autem regenerationis nullum diem ad conferendum illud paruulis expectare tenemur, nec horam: sed mox, vt quis natus est, baptizari potest: Nec solum postquam natus est, sed & antequam plenē ex vtero egressus sit, dum tamen principalior pars, scaput egressa sit. Sciendum autem, q̄ modus auferendi originale peccatum in ludæis nō fuit vnicus. Circuncisio quippe abstergende maculæ originali in masculis profuit, in foeminis verō nequaquam, cū eius capaces non essent propter carentiam membri, in quo fieret circuncisio. In hoc etiā magna est baptismi sup circuncisionem excellētia dignitas. Nam baptismus equē foeminis, vt viris ad emundationem a crimine proficit. Foeminæ autē inter ludæos, quia peioris conditionis q̄ viri esse non debebant, habebant purificationis suæ modos quosdam: in quo quidam dicunt p̄m originale dupliciter remitti debere. scilicet vel actu aliquo in discreta ætate, qua se agens in Deū conuerteret, aut aliquo cæremonialī actu, hoc efficiendum erat, qui hēret ex diuina instōne efficacā remittēdorū criminum, & potissimē originalis maculæ. Primus horum modorū abstergende originalis maculæ in prima, & secunda ætate sēculi mansit, cū nondum circuncisio data esset: mansit quoq; in gentilibus vsq; ad Christi passionem. Tpe autē date legē veteris, & circuncisionis non manebat modus iste Deo dante quasdam speciales cæremonas, quibus maculæ abstergerent. Et quia in viris auferebatur macula originalis in cæremonialī actu circuncisionis, necesse erat assignari aliq̄d aliū cæremonialē actū, in quo foeminis eadem macula tollerēret, qd̄ esse astruūt in primis cæremonijs, quas Deus fieri iussit patris foeminis. scilicet in oblationib⁹ in lege statutis cūm foeminæ nascerent. Nā cūm aliqua foemina suscepto semine masculum peperisset, erat imunda septem dieb⁹ iuxta dies se parationis mulieris menstruata, & circuncisio puero, octauo die, manebat triginta tribus diebus in sanguine purificationis suæ, & simul erant quadraginta, in fine quorum veniebat paries in sanctuarium offerens agnū anniculum, vel par turturum, aut duos pullos columbarum. Si verō foemina nasceretur mater stabat octuaginta diebus in purificatione post partum, & cōpletis illis offerrebat idem sacrificium, qd̄ in puero nato, vt habetur Leuitici 12. c. In hoc autem sacrificio factō pro foeminis dicebantur earum maculam originale aboleri: fiebat ergo in pueris natis originalis peccati deletio die octauo, in foeminis verō per sacrificia in octuagesimo.

*Alph. Toff. Parad.*

*Circuncisio fieri non poterat ante octauum diem.*  
Cap. CLVII.

**D**E Circuncisione autem quamquam fortē vtilius fuisset die primo fieri nato puero quā expectari octauum, vt qui ante octauum moriebant, æternaliter nō dānarentur, non tñ permissum est fieri ante diem octauum, propter periculum circuncisorum paruulorum. Graue quippe discrimen erat puerum recēter natum prima die circuncidi in tanta carnis teneritudine, plurimi quippe illorum morerentur effuso illorum sanguine: in octauo autem die sunt aliquantulum duriores: ideo non fuit tunc periculum circuncidendi. Quod autem in foeminis natis a data circuncisione ex ludæis vsq; ad mortem Saluatoris, & publicatū euangelium, aliquod abstergende maculæ originalis esset remediū, nulli sub ambiguo fuerit, alioquin necesse erat, oēs perire non habentes a Deo institutum remedium, quod eius bonitati non paruū repugnaret. Sed modus, quem tribuunt præcedētes. scilicet per cæremonas sacrificiorum factas die octuagesimo in eis originale abstergi maculam, & ante hoc nequaquam, stare nequit. Primō quidem, quoniam nimis lōga meta auferendæ maculæ eis præfixa erat, antequam plurimas foeminarum mori cōtingeret, & æternaliter dānari. Sed nec in hoc nimis insistendum est, cū in gentilibus, qui fide parentum non iuuabantur, longior esset terminus remissionis. In ætate capaci rationis. Sed quoniam positio horum obstat positioni sanctorū, quæ dempta eorum auctoritate, cui est nimis fauendum, adhuc rationabilior est. Dicunt enim in eis, qui nascebantur de ludæis per circuncisionem deleri originale, si viri essent, in foeminis verō per fidem parentum, & præcedentium positionem confutant. Est enim positio ista beati Gregorij & habetur. 4. Sentent. distinc. 1. cum dicit. Quæritur de viris, qui fuerunt ante circuncisionem, & de foeminis, quæ fuerunt ante & post, quod remedium contra peccatum habebant. Quidam dicunt sacrificia, & oblationes eis valuisse ad remissionem peccati: Sed melius est dicere, illos, qui de Abraham prodierunt per circuncisionem iustificatos: mulieres verō per fidem, & operationem bonam, vel suam, si adultæ, vel parentum, si paruulæ. Amplius autem, quod dicunt de sacrificijs, per quæ originalis macula in foeminis tolleretur non tenent: nam sacrificium quod in die octogesimo mulieris parientis foeminam fiebat, non erat ad emundationem cōceptæ, & natæ prolis, sed ad purificationem parientis & pro ea orabatur, & non pro puella nata. Sic patet Leuitici 12. Cum dicitur: Cūmque expleti fuerint dies eius, siue pro filio, siue pro filia deferet agnū anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturum pro peccato ad hostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret illa coram domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profusio sanguinis sui. Item stare nequit, quoniam infantulis in veteri testamento tollebatur macula originalis in octauo die circuncisionis, & tamen die quadragesimo purificationis matris offerebantur eadem sacrificia, quæ offerebantur, quando foemina nascebatur: ergo non offerebantur ad deletionem culpe originalis: nam tunc pro natis infantulis nihil horū offerretur. Dicendum ergo hæc sacrificia nihil conferre pueris natis, aut foeminis, nec ad hoc fieri, vt prodesse: sed pro parientibus expiandis duntaxat erant. Sed in foeminis natis de ludæis post datam circuncisionem macula originalis per fidem parentum tollebatur mox, vt nascebantur. Vnde melius cum eis, quā cum infantulis agebatur, vt in præmissis expositum est.

*P 4 Alia*



Alia eminentia baptismi supra circumcissionem. Cap. CLVII.

ADHVC autem quisquam dicet aliam inesse sacramento regenerationis excellentiam super circumcissione, scilicet, quod baptisinate loti ab omnibus culpis, & penis debitis, vel qualitercunque consequentibus absoluebantur, ita ut si quis baptizatus cōfessum decederet, ad vitam æternam cōuolaret. In circumcissione autem secus erat: nam decedens non euolat, sed ad finem Abrahamæ descendebat. Ad hoc autem respondendum est, quod baptisimus est sacramentū in multis excellens circumcissione, vt expositum in precedentibus est, in hoc tamen non excedit. Nam quāquam, qui suscepto baptismali lauacro decedūt, mox vitæ æternæ gaudia assequantur, & qui tempore veteris testamenti sumpta circumcissione decedebant ad finem Abrahamæ prius ferebantur, vitam æternam vsque ad Christi passionem nequaquam consecuturi, tamē hoc non proueniebat ex viribus baptismatis, & defectu circumcissionis: sed ex conditione status temporis, in quo baptismus obligauit, & in quo circumcisio vigorem suum tenuit. Tempus quippe circumcissionis fuit postquam ipsa Abrahamæ collata est, vsq; ad Christi passionem: tunc enim vigorem suum tenuit. Toto autē hoc tempore, quia nondum fuerat passio redemptoris, per quam omnium peccaminum, & debitarū penarum plena remissio fit, impossibile erat per regulā diuini decreti supra datam alicui peccati penam prorsus tolli, etiam si multa sacramenta ad hoc essent. Baptisimatis autem tempus est post passionem mediatoris, per quam plenaria remissio fit peccatorum, a qua baptismus efficacem virtutem habet, ita vt per ipsum omnia peccata, & eorum penę tolli possint. Si tamen baptismus fuisset a principio datę circumcissionis cū ipsa circumcissione, ita vt ambo essent sacramenta abstergendi originalis causa data, neutrum eorū omnimodam fecisset remissionem, sed habuisset baptismus solum eandem virtutem, quam dicimus a principio habuisse circumcissionem. Quod patet in eo, quod probatum est de his, qui ante Christi passionem baptizarentur eius baptismate, & decederent, quoniam ad finem Abrahamæ descendebant, sicut si circumcisi forent, nec magis proficiebat baptizari, quā circumcidi: quia nondum existente passione Saluatoris, non poterat per aliquod sacramentū plena fieri remissio. Eodem modo, si circumcisio nunc cū baptismo duraret, ita quod non excluderetur propter tempus noui testamenti, necesse erat, vt eandem haberet efficaciam, quam baptismus. Nam si nunc circumcisio exclusa non esset, sed haberet efficaciam, quā habuit ab antiquo ante mortem Saluatoris, tolleretur peccatum originale, sicut a principio tollebat, etiam data est. Tūc si quis suscepta circumcissione moreretur, quęritur an iret ad finem Abrahamæ sic a principio, an mox ad vitam æternā cōuolaret. Si enim ad vitam æternā sic circumcisus ascenderet, nihil differet baptismus a circumcissione, sed eadem vtrique vis efficiendi est. Si autem dicitur, circumcisum, primò ad finem Abrahamæ descendere, stare nequit, quoniam tunc post mortem Christi maneret status sinus Abrahamæ: quod supra improbatū est: nam Christus monens omnes, qui ibi erant eduxit. Similiter qui ibi manebant, ob hoc solum erant, quia Christus redempturus eos, nondum mortuus fuerat: mortuo ergo Saluatore neminem illuc descendere contingens erat: Nam tunc nunquam inde educeretur. Sic ergo dabit, quod circumcisus mox decedens ad vitam æternam cōuolaret, quod est æquale baptismo.

Statim moriens post baptismum redit in paradisu, non autē is qui statim post circumcissionem decedebat.

Quod circumcisus nunc moriens se cōferret.

Similiter autem si baptismus fuisset a tempore datę circumcissionis, vsque ad Christi mortem perseverans, & circumcisio sola post mortem Saluatoris permaneret, accidisset penitus ē contrariò. s. vt baptismus nunquā habuisset vim omnium peccaminum delētorum, & penalitatum suarum simul, & circumcisio quantum ad vtrunq; plenam haberet efficaciam. Ergo baptismus non habet aliquid super circumcissionem ex se ipso, aut ex virtute collata ei per instituentem, sed ex conditione status tps in quo manet. Quę dicta sunt, patet: quā si baptismus datus foret tempore datę circumcissionis, & maneret solum vsq; ad Christi passionem, non posset tollere omnem culpam cum penalitatibus consequentibus, quia vis tollendi hoc proueniebat ex passione Christi, quę nondum fuerat. Patet etiam cū probatum est de illis, qui baptizabantur a Christo, si ante passionem suam decederent, quod descenderent ad finem Abrahamæ. De circumcissione autem si maneret sola post passionem Christi, quod efficeret plenam peccatorum, & penarum solutionem appareret, & quod decedentes confessum irent ad vitam æternam. Nam cū per eā saltem tolleretur culpa peccati originalis, sicut a principio institutionis eius tollebat, solum maneret obligatio circumcisus ad descendendum in finem Abrahamę, sicut ante passionem Christi manebat, sed ad sanctum lymbum post Christi mortem nemo descendit, ergo circumcisi confessum decedentes, si nunc circumcisio maneret, ad vitam æternam cōuolarent. Pręter hoc autem amplius patet, quoniam aliquod tempus fuit, in quo baptismus nō effecit plenam peccatorum solutionem, atque penarum, sed baptizati ad finem Abrahamę descendebant. Aliquod quoq; tempus fuit, in quo circumcisi solum confessum ad vitę æternę gaudia ferebantur: ergo circumcisio baptismum excelleret, hoc tamen ex solius temporis conditione erat. Primum patet, quoniam beatum Ioa. Bapt. a Christo baptizatum dicimus, ipse tamen ad sanctorum lymbum descendit, quoniam ante Christi passionem decēdit, omnes quoque consentur eum illuc descendisse. De ceteris autem, qui Christi baptismate tincti sunt, & ante passionem eius decesserunt, idem dicendum patet: quoniam nemo sine Christi passione plenē poterat emundari, ipsa tñ nondum fuerat. Quod verò aliqui solum circumcisi, cōfessum decedentes ad aethereas cōuolarent sedes apparet: nam pueri, qui post Christi mortem ante euangelij publicationem inter Iudęos circumcisi sunt, atq; decesserunt in statu illo, necesse est, vt confessum liberi ad vitę æternę gaudia transirent. Nā circumcisio adhuc vires tenebat suas, quousq; euangelij publicatum est: quā oīa legalia prorsus abolita sunt, ergo circumcisus post mortē Christi ante publicatum perfectē euangelij remitteret culpa originalis. Si ergo tunc morerentur, aut mox vitę æternam assequerent, aut in finem descenderent Abrahamę. Dicit autem nequit, quoniam in finem Abrahamę descenderet: ergo mox in vitam æternam cōuolarent. Antecedēs patet, quia status lymbi sanctorum fuit ante Christi mortē, postea verò nullus ibi fuit, vt ex priorib; patet.

Quaedam attinentia ad superiora de vi circumcissionis. Cap. CLIX.

ADHVC autem amplius ista fulciunt: quia circumcisio tenuit oēs vires suas, & alia ceremonialia veteris testamenti: aliquas vires habuerunt vsq; ad publicatū euangelium, & declaratū deberi obseruari ab omnibus: quanquā non obligabant eos, qui existimabant legem euangelicam nondum publicatā esse seruandam, & non Mosaicam, sed ad hęc vires suas nihil differbat, quia sicut a principio datę circumcissionis, quę ea susciperet ab originali mundabat, ita & tunc Hoc

Iohannes Baptizatus a Christo fuit.

Hoc dato si circumderetur aliquis post Christi mortē per duos, vel tres dies, aut toto tempore, ante publicatū Euangelium, & circumcisus confessum moreretur: tunc aut iste confessum ad Paradisi felicitatem tendebat, aut ad lymbum sanctorum descendebat. Si enim dixerit eum confessum in Coelum transfuolare, consequens erit circumcissionis tantam esse efficaciam, sicut baptismi. s. vt circumcisi ab omnibus culpis, atque culpārum poenis liberentur, & ad vitę æternę transeant mansiones. Si verò dixerit ad finem Abrahamę eum descendisse, stare nequit: quoniam locus iste non fuit constitutus, tquam aliquarum animarum æternum receptaculum: sed tanquam temporale detentiuum, scilicet, vt animę bonorum virorum vsque ad passionem Christi ibi manerent. Anima ergo eius, qui circumcisus, & confessum mortuus post tres dies a morte Saluatoris, aut ante publicationem Euangelij ad lymbum sanctorum descendere nō poterat, cum per passionem Redemptoris omnes inde educti fuissent, vt in prioribus probatum est. Cū igitur cuncti, qui pręsierant in finem Abrahamę, inde educti fuerant, quomodo hic nouiter illuc descendurus erat? Item si huiusmodi anima ad finem Abrahamę descendisset, quando inde liberanda erat, non videtur: nam Christus non erat interum moriturus, vt de finem Abrahamę animas denuo existentes liberaret, sed nullus alius terminus videtur, in quo Deus inde educere debuisset animas, quę nouiter illuc irent post Christi passionē, non ergo vlatenus dici potest aliquam animam post Christi passionem ad finem Abrahamę descendisse. Sic enim tota Orthodoxorum tenet Ecclesia. Nequaquam ergo dici potest Iudæum, qui post tres, aut quatuor dies a passione Christi circumcisus, aut ante publicatum Euangelium confessum moriebatur, ad finem Abrahamę descendisse. Amplius autem, nec dici potest hunc ad gehennam descendisse damnatorum: nam locus iste eorum est, qui mortalibus actualibus patratissimè peccatis decedebant. Nec dici potest hunc ad loca purgatorij ignis descendisse: est enim purgatoria sedes his dumtaxat assignata, qui mortalibus infecti aliquando doluerunt, inexplata tamen satisfactione, aut nondum coepta decesserunt. Hic autem de quo sermo est, aduale quid committere nequiuit, cum esset puer dumtaxat octo dierum. s. quando circumcisus, & pariter mortuus est: ergo in gehennę incendio, aut purgatorij igne descendere nō debebat. Ad lymbum quoque puerorum iste descendere non poterat: ibi enim dumtaxat externa, atque interior tenebra cruciat eos, qui in originali culpa decesserunt: hic tamen post Christi passionem per biduum, aut triduum, aut ante publicatum Euangelium circumcisus mortuus est: ergo ad lymbum paruulorum descendēdum ei nequaquam erat, cū nō maneret originalis macula. Quod verò circumcisio collata huiusmodi paruulis originale auferret maculam, necesse est, cum a principio hoc efficeret, nisi dixerimus tempore passionis Christi nullas penitus circumcissioni mansisse vires, quod falsum est, vt ex prædictis liquet. Amplius autem necesse est, vt circumcissioni suę manerent vires vsque ad Euangelium plenē publicatum per vniuersum orbem. Nam baptismus, & vniuersaliter tota lex Euangelica omniscque humana sanctio obligandi vires nequaquam foritur, quousque promulgetur: oportebat igitur, vt dum lex Euangelica non obligabat, Mosaicę legi pristinę remaneret efficiendi vires: alioquin daretur necessariò, quod vna nō successisset alteri: nā successor prædecessoris iura immediate consequitur. Hoc autem patet, quia fuisset tempus medium inter legem Euangelicam, atq; Mosaicam: in quo nec lex Mosaicã quidquam proficeret,

A nec lex Euangelica quemquam obligaret, sed hoc absurdum est, potissimè cū Euangelica lex maioris testimonio veteri testamento successerit. Necesse est ergo profiteri legem Mosaicam tamdiu efficiendi, & si non obligandi vires suas tenuisse, quousque Euangelica veritas plenē toti orbi promulgata, & diuulgata est, atque obligare cœpit. Cū verò lex noui testamenti obligare cœpit, vetus testamentum cœpit nullas nec efficiendi, nec obligandi habere vires: non enim stabat, vt obligante lege Euangelica alterius legis proficere potentes, & nulli vnquam proficerent. Non ergo erat rationale, vt lege Euangelica incipiente vniuersaliter obligare, lex veteris testamenti, aut alius viuendi modus vllas haberet vires. Illatum ergo ex prædictis manet, quod Iudæus, qui per biduum, aut triduum post mortem Saluatoris circumcisus moreretur, aut ante plenē promulgatum Euangelium, ad finem Abrahamę descendere non debebat, nec ad incēdia gehennę, aut purgatorij ignes, aut lymbum paruulorum tenebram: ergo vitę æternę gaudia mox consecuturus erat, cum nulla alia animarum a corpore solutarum maneat receptacula. Conclufum quoque ex prædictis patet: aliquod fuisse tempus, in quo circumcisio omnem abstergebat maculam, & tollebat poenam, & circumcisi mox decedentes ad vitam æternā cōuolabant, sicut nunc in baptismo fit. Hoc autem fuit totum tempus ab ea hora, qua Christus animam emisit in Cruce vsque ad perfectam publicationem Euangelij, cū omnia ceremonialia veteris testamenti vires suas perdere inceperunt. Et sic patet quod intentum erat. s. quoniam regenerationis lauacrum excellentius fit circumcissione, non erat tamen maioris dignitatis in hoc, quod per baptismum omnium peccaminum, & penarum plena fiebat remissio, & vitę æternę ianua pandebatur, quod non erat in circumcissione: nam hoc non proueniebat ex conditione virtutis amplioris vnius Sacramenti quā alterius, sed ex conditione temporis vtriusque.

Quarta ratio comprobans institutionem baptismi. Cap. CLX.

INSTITUTIONIS Baptismalis regeneratio nis in nouo testamento ratio quarta est remissio, quę fit in peccatis actualibus. Nam & si baptismus delendi originalis reatus causa præcipuè institutus sit, delendis tamen actualibus proficit. Quia si quis ducenta millia infandorum scelerum patrauisset, & cōuersus ad Euangelicam veritatem baptismalē tingeretur, mox omnium horum peccaminum culpa, & macula, atque reatus absterfi erant: poenarum quoq; plenaria fiebat relaxatio, ita vt si hic baptizatus confessum decederet liber in aethereis transibat incolatus, nullo poenali prius loco detentus. In hoc autem nimis baptismatis lauacrum excellebat modum expiationis originalis maculę, qui apud veteres ab exordio orbis conditi vsque ad datam circumcissionem per duas ætates seculi mansit. De eis enim quibus in parua ætate fide parentum originalis macula debebatur, collatio nulla est, cū hinc nihil ante patrauerint. Similiter quoque de his quibus ad ætatem capacem rationis peruenientibus antequam quidquam iniquitatis agerent bonum inchoauerunt, quibus originalis macula deleta est: hi enim nihil præter originale maculam habebant quod deleri deberet. Sed si quis in ætate per sua parentum fide, quoniā nulla erat, nequaquam

Determinatio premissæ quęstionis in 148. cap.

quam expiatus primordia vitæ rationis capax iniqui-  
tibus implicans tandem commissorum doleret, ori-  
ginalis macula cum ipsa actualibus delebatur, quam-  
quam originale indirectè actualia verò directè tolle-  
bantur, vt in prædictis expositum est: penarum tamē  
pro actualibus debitarum nihil tollebat. Ideo si  
mox defecisset, cui sic culpæ deletæ sunt: non iret in  
sinum Abrahamæ, sed in purgatorium locum pro patris  
satisfactorius: hoc autem expleto in sinum Abra-  
hæ transeundum erat. In hoc autem identidem excel-  
lētia baptismi super circumcisionem patet: nā qui  
circuncidebantur, quoniam erant dierum octo, nihil  
impiè egerant, solam ergo originalem maculam ha-  
bebant eluendam. Si tamen, qui circuncidebatur æ-  
tatis adultæ foret, & aliqua mortalia patrauisset, sicut  
Gentiles cum ad ritum Iudaicum conuertebantur cir-  
cuncidebantur, & per circumcisionem eis originalis  
macula tollebat, & ipsa actualia si dolerent de pa-  
tratis, atque efficiebantur de populo Dei, ad penarum  
tamē pro mortalibus debitarum relaxationem, nihil  
hoc agebat: sed adhuc pro eis satisfaciendum mane-  
bat, vt asserunt, cum solum dicant ad originalem ma-  
culam circumcisionem profecisse. Ex prædictis illa-  
tum patet, quòd quanquam in nouo testamento non  
erat necessarium institui baptismalem lauacrum, quia  
alius modus eluendæ originalis maculæ esse poterat:  
tamen congruum valde fuit propter quatuor assi-  
gnatas rationes.

An si virgo ante Christi passionem decessisset.  
Cap. CLXI.

EX prædictis autem dubium subapparet: dictum  
est enim ante Christi passionem ianuam regni  
coelestis clausam mansisse, nec vlli aditum patuisse,  
etiam si in vtero matris sanctificatus foret, ita vt prius es-  
set sanctus, quam natus, sed ad sinum Abrahamæ hi de-  
scendebant, velut Ieremias, & Ioannes Baptista, quo-  
rum vterque in vtero sanctificatus est. Ex his ergo  
ocasio dubitandi insurget cuiquam de Beata Virgine,  
si ante Christi passionem decessisset, an libera vitam  
æternam peteret, vel ad lymbum sanctorum ei descen-  
dendum esset. Ad hoc autem dicendum est, de Do-  
mina nostra nunc nullum ambiguum relictum esse,  
an è corpore soluta coelestem ascenderit incoatum,  
vel sanctorum petierit lymbum, quoniam post passio-  
nem Saluatoris aliquantis temporibus defuncta est,  
cū ianua vitæ æternæ dispositis cunctis patebat. Nullū  
igitur dubium est de anima gloriose Virginis, quin  
corpore soluta mox coelum petierit. Multæ quippè  
ad hoc rationes sunt, quas abundantissime notas arbi-  
tror. Nec solum animam Virginis in Cælum ascen-  
disse contestim ex corpore solutam profitemur, sed  
& doctores catholici velut Hieronymus in lectura,  
quam fecit p festiuitate assumptionis Virginis, piè te-  
nent, atque tenendum suadent corpus eius in Cælum  
postea fuisse sublatum. Quia non videbatur rationa-  
bile, vt beatum illud corpus, intra cuius viscera Salua-  
tor noster nouem mensibus clausus exstitit, & de cui-  
us substantia veritatem corporis humani suscepit, le-  
ge cōmuni aliorum corporum in terræ pulueres ver-  
teretur. Si tamē Domina benedicta per aliquot dies  
ante mortem Saluatoris defuncta fuisset, sicut Beatus  
Ioannes Baptista, ambiguum videretur, an ei ad lym-  
bum sanctorum descendendum foret, vel ad æterni-  
tatis mansiones confestim euolaret. In hoc autem  
pro forma respondendi distingui posset, an aliquando  
mortale aliquod patrauisset, vel non: & si peccauisset,  
an de commissis doluisset, vel non: sed in his distin-  
guere superuacuum prorsus est, cum luce clarius con-

Quod Vir-  
ginis cor-  
pus in Cæ-  
lum fuerit  
sublatum.

stet Dominam nostram Gloriosam, nihil vnquā mor-  
tale, aut veniale patrauisse, sicut Ecclesiæ Ortho-  
dorum auctoritas, & omnium Sāctorum Doctorum  
confirmat sententia. Hoc autem supposito, q̄ suppo-  
nendum erat dicendum est, Dominam nostram Vir-  
ginem nullam habuisse actuale culpam, pro qua ali-  
quam correspondentem penam tollerare deberet in  
gehenna dampnatorum, aut apud purgatorios ignes.  
Sed in originali macula differt, quibusdam asserenti-  
bus, quòd nequaquam contraxerit, alijs verò dissen-  
tientibus. Et quanquam de conceptione Virginis in-  
ter hos differat, de natiuitate tamē omnibus commu-  
nis sententia est, quòd in originali nata non fuerit.  
Nam licet quidam eam in originali macula conceptā  
G asserant, mox tamen Spiritu Sancto purgatam di-  
cunt, hoc modo cū nata est, nihil in ea originalis ma-  
culæ relictum erat. In presenti autem nihil speculari,  
aut disceptare curandum, quæ harum positio, aut  
aut verior, aut saltem rationabilior sit, sicut in præce-  
dentibus dictum nobis est. Sed respondendum est  
secundum vtramque positionem, id est, quid cogari-  
tur dicere in hac quæstione sustinetes has positiones.

Illi autem, qui Dominam nostram in originali con-  
ceptam dicunt, sed non natam, cum prius eam purga-  
tam asserant, fateri compelluntur eam per aliquod  
modicum mansisse in originali macula, siue illud pau-  
cum, siue maius sit. Ex hoc autem si ante Christi pas-  
sionem moreretur quātumcumque purgata, aut san-  
ctificata foret obligabatur manere vsque ad mortem  
Saluatoris in lymbo sanctorum. Nam ex hac macula,  
quam aliquando in Virgine fuisse asserunt, si sic mā-  
fisset, erat obligata ad lymbum puerorum ad æternā  
tenebram: si autem postea eam Spiritus Sanctus pu-  
rificauit, non potuit tantum purificari, quin maneret  
obligata ad lymbum Abrahamæ. Nam vt in præceden-  
tibus latè expositum est, sola Christi passio erat, per  
quam culpæ, atque penarum plena fiebat solu-  
tio: ante eam verò quanquam Sacramentorum esset  
quæcumque multiplicitas, aut sanctificatio in vtero, ple-  
na remissio fieri nequibat penalitatum quarumcumque,  
actualium culpæ, atque originalis. Cum ergo p̄na  
directè pro peccato originali, aut indirectè consequēs  
per sanctificationem suam plenè remissa non foret,  
quia nodum erat passio Christi necesse erat, vt si eam  
antequam mortem subiret ex hac luce transire con-  
tingeret, ad lymbum Sanctorum deferretur cum ceteris  
viris sanctis, qui præcesserant. Amplius autem  
si Beata Virgo originalem culpam incurrerat, & ali-  
quando purgata extiterat, vt prædictum est, nihil inter  
eam, & Ieremiam, atque Beatum Ioannem Baptistā,  
atque coeteros, qui in vtero purgati sunt, differret.  
Quod patet: quia hi in originali macula cepti sunt:  
quam Deus ab eis in matrum aluo abstulit. Hic au-  
tem modus sanctificationis secundum horum posi-  
tionem est. Vt primò maculam originalem incurrerit,  
deinde expurgata in matris aluo exstiterit. Sed qui  
in vtero sanctificati sunt, & postea decesserunt ante  
Christi passionem, ad lymbum sanctorum descende-  
runt, velut Ieremias, & Ioannes Baptista, vt in prio-  
ribus probatum est. Apparet ergo necessarium fore,  
vt Domina Virgo ad lymbum sanctorum descende-  
ret si ante mortem Saluatoris decessisset iuxta conse-  
quentiam positionis horum. Quòd primò in originali  
concepta postea emundata fuerit. Si verò Beatam  
Dominam nostram Virginem sine originali conce-  
ptam, & natam asseramus, & consequenter, nec pur-  
gatam in vtero, cum purgari nequeat, qui nullam ma-  
culam incurrit, iuxta positionem communem fra-  
trum minorum, quæ pietatem magis tangit, atque  
rationabilis est eam teneri, quouique quidpiam in  
hac

Responsio  
ad quæstio-  
nes penes vi-  
Thomista-  
rum.

hac maiorum diffiniret auctoritas adhuc maius du-  
bium eminet. Nam cum Ecclesia concedat Beatam  
Virginem nihil vnquam inique, aut distortè egisse,  
quod venialis, aut mortalis peruersitas dici posset, non  
correspondet ei vllus locus penalis, in quo de actuali-  
bus in animab⁹ corpore solutis exerceatur vindicta.  
Ita cum in ea nulla fuerit originalis macula, nullus ei  
debit correspondere locus, in quo pro originalibus  
vlla p̄na sentiatur. Sed in lymbo sanctorum manere  
est puniri in priuatione diuinæ visionis: ergo Beata  
Virgo, cum nihil peccauerit contrahendo, aut agen-  
do, quāquam ante passionem Christi moreretur illuc  
descendere nō debuit. Item omnes, qui ad lymbum  
sanctorum descendebant, ideo ibi tenebantur, quia  
nondum plenè remissæ erant poenæ iniquitatum sua-  
rum actualium cū originali, aut solius originalis, cum  
nondum transisset passio mediatoris, per quam hoc  
effici debebat. Sed Dominæ nostræ nulla reliqua  
erat non plenè remissarum poenarum, cum nulla ei  
poena responderet, quia nō incurreret vllam culpam  
actuale, aut originale, propter quam ei poena de-  
beretur. Non ergo videtur rationabile ipsam descen-  
dere ad sinum Abrahamæ, vt ibi pateretur diuinæ visi-  
onis priuationem, tanquam penam pro peccato origi-  
nali, aut in aliquo alio penali animarum receptaculo,  
quamquam ante Saluatoris passionem illam decede-  
re contigisset, sed vt mox defuncta in æthereas euo-  
laret mansiones.

Responsio ad dubium præcedentis capituli.  
Cap. CLXII.

HIS respondendum, quòd si Domina nostra Vir-  
go ante Christi passionem decessisset, etiam si  
originalem in conceptu non incurrisset maculam, in  
sinum Abrahamæ descendisset. Et sic generaliter diffi-  
niendum est, quòd quomodocumque Virgo Domi-  
na nostra ante mortem Redemptoris nostri decessisset,  
siue in originali macula concepta foret, siue ne-  
quaquam, ad lymbum sanctorum necessariò descen-  
sura erat, ibique cum ceteris mansisset vsque ad mor-  
tem Saluatoris cū reliquis sanctorum animabus edu-  
cenda. Hoc autem patet: si enim Domina nostra in  
originali macula concepta fuisset, & postea in vtero  
sanctificata, liquidum erat ipsam ad lymbum sancto-  
rum descensuram fuisse, si ante Christum passum mo-  
reretur, vt ex prædictis patet. Si autem originalem  
nullam in conceptu maculam incurrisset, & ante Sal-  
uatoris moreretur passionem, identidem necesse erat,  
vt ad sanctorum lymbum descenderet. Quod patet,  
quia cum quis in originali macula concipiebatur, licet  
eum Deus in matris vtero purificaret sanctificans, aut  
postea natum per aliquam cæremoniā, vel actum  
suum mundum. Tamen non tollebat ei penam,  
quā in sinum Abrahamæ in priuatione diuinæ visionis  
sublaturus erat, si ante Saluatoris moreretur passionē.  
Sic autem quanquam Beata Dei Genitrix originalem  
maculam nequaquam incurrisset, tamen ad lymbum  
sanctorum descendere obligabatur, cum peccatum  
originale incurrere tenebatur, licet non incurreret.  
Quilibet enim deriuatus ex Adam per feminis deri-  
uationem. s. ex coniunctione maris, & feminæ im-  
mediatè originalem maculam incurrebat, sicut est totius  
Ecclesiæ diffinitio. Eri dem Augustin. docet in libro  
de fide ad Petrum. Si autem Domina Virgo non in-  
curreret, hoc fuit ex speciali priuilegio ei collato facien-  
te præseruando, nē caderet. Nam cum necesse esset  
Beatæ Virgini, sicut cuilibet ceterorum maculam ori-  
ginalem in conceptu incurrere, nisi Deus ex specialis-  
simo priuilegio ne incurreret præseruaret, equū erat,

A nē cadere, præseruare, & cum cecidisset eleuare, quod  
erat ab originali emundando sanctificare: hoc autē,  
quia inuitabile, sed prorsus necessarium, vt origina-  
lem incurreret maculam, nisi Deus specialiter præser-  
uaret. Si tamen Deo nequaquam præseruante ma-  
culam incurrisset originalem, ad sinum Abrahamæ mo-  
riens descendere obligabatur, si ante Christum passum  
mori contingeret. Si Deus ergo illam specialissimè  
præseruauit, nē caderet, quæ alioquin necessariò casu-  
ra esset: ita ad lymbum sanctorum descendere obli-  
gabatur, ac si cecidisset, si ante passionem moreretur  
mediatoris. Amplius autem hoc apparet ex lege po-  
pulorum. Si enim in aliquo populo decretum foret,  
vt qui alium de luto cadentem eleuaret, ab eo certam  
reciperet pecuniæ quantitatem. Si quis taliter dispo-  
situs immediata dispositione esset, vt casurus neces-  
sariò videretur: imò & iam labi inciperet prorsus, si quis  
eum prius quàm terræ incumberet, nē caderet, sub-  
sterneret, aut labentem non prorsus lapsum in gradum  
priorem restitueret, ita quòd nē prorsus caderet suste-  
tatus est, aut cum iam laberetur ab altero erectus fuit,  
ad taxatam pecuniarum summam obligabitur, ac si  
eum iam dudum terræ incubantem erigeret: imò  
magis rationabiliter tenebatur. Hoc autem, quia &  
si prorsus non cecidit, necessariò tamen casurus erat.  
Sic ergo in originali macula, cum quis ante passionem  
Saluatoris in originali macula concipiebatur, quam-  
quam Deus eum in vtero sanctificaret, obligatum ta-  
men relinquebat ad penam carentiæ visionis diuinæ,  
quam in sinu Abrahamæ sustinere debebat vsq; ad mor-  
tem mediatoris. Si ergo Deus aliquem ab originali  
macula, nē eam incurreret, præseruauit, quam neces-  
sariò incurfusus erat, nisi ipse præseruaret, & hoc fuit ante  
Saluatorem passum, ita iste ad lymbum sanctorum  
obligabitur, quia sic liberatus est velut si illud incurrēs  
postea à Deo liberaretur. Sic autem de Beata Virgi-  
ne fuit, peccatum originale necessariò incurfusura erat,  
nisi eam Deus præseruaret, quia ex coniunctione ma-  
ris & feminæ generatur. Deus tamen ne peccatum  
originale incurreret, eam præseruare voluit: ita ergo  
obligata erit, ac si in originale incidisset. Si tamen  
Deus eam in matris aluo iam in peccato originali cō-  
ceptam expurgasset sanctificans, atque peccati origi-  
nalis penam remittens, ad lymbum sanctorum neces-  
sariò descensura erat, si ante mortem Saluatoris de-  
cessisset. Quanquam ergo sine originali concepta fo-  
ret, quia Deus eam, nē incurreret liberabat, obligaba-  
tur ad sinum Abrahamæ descendere, cū moreretur ante  
mortem Redemptoris. Illatum ergo patet, quocun-  
que modo Domina Virgo cōcepta fuisset, si ante Sal-  
uatorem passum moreretur, ad lymbum sanctorum  
necessariò descensuram. Amplius autem adhuc ma-  
nifestatur, quia ante mortem Saluatoris vitæ æternæ  
ianua clausa erat. s. nemo illuc ire poterat accipien-  
do propositionem hanc in eo sensu, quem Sacra Scri-  
ptura per eam facit. Si ergo Domina Virgo ante  
mortem Saluatoris vita defungeretur, cum vitæ  
æternæ ianua clausa erat, quomodo illuc introiret,  
nequaquam possibile videbatur. Necesse est ergo,  
vt Beata Virgo sic moriens ad sinum Abrahamæ descen-  
deret, quia ante Christum passum decedebat.

Obiectio contra ea, quæ determinata sunt.  
Cap. CLXIII.

HVIC autem quispiam disiliet, dicens, conclu-  
sionem hanc nequaquam stare, quoniam ratio  
eius solida ex omni parte non est. s. cum dicitur, quòd  
si Beata Virgo originale incurrisset, & in vtero sancti-  
ficata foret, & liberata ab originali, si ante mortem  
Saluatoris

Solutio ex  
sententia  
Scottitarū

Saluatoris vitam clauderet, ad finem Abrahamæ necessitudo descendit: quia Deus præseruauit eam, ne caderet, quæ aliis necessitudo casura erat, oportet, ut ad descendendum in finem Abrahamæ obligata dicatur, si vita careret ante passum mediatorem. Dicent enim hanc rationem non esse efficacem. Nam si hæc conclusio necessitudo efficax esset, conformiter & alia similibus valeret. Nullus homo bonum facere potest, nisi Deus ad faciendum gratiam contulerit, primo quidem ad volendum illud per gratiam mouens, deinde ad efficiendum, atque finiendum cooperans, sicut patet Io. 15. cap. 5. Sine me nihil potestis facere. si ego non dederim gratiam mouentem, & cooperantem, nullum bonum facere poteritis. Si igitur aliquando à malo recedere, aut mala facere euitamus, nisi per gratiam Dei esse non potest, Tunc ergo argueremus, homines non euitant mala, nisi Deo distrahente illos à malis: sed si mala actualia commississent, in inferno puniri necesse erat, si impenitentes decederent, aut in purgatorio, si inexplata poenitentia foret: ergo cum non possint euitare mala, nisi per Deum, obligabuntur ad poenam istorum malorum, quæ acturi essent, si Deus eos non eriperet, sicut si ea perpetrassent, & sic tenebuntur descendere ad gehennalia incendia cum mala, quæ non fecerant, Deo adiuuante, & distrahente ab illis æternam incendij gehennalis mererentur poenam. Hoc autem immensum inconueniens est. Nam quilibet hominum decem millia scelerum, aut communium peccatorum patrare posset, nisi Deo eum distraheret, ne peccaret. Sicut ergo pro illis si fecisset tenebatur ad gehennam, aut purgatorios ignes: ita tenebuntur omnes ad æterna gehennæ incēdia: quia oēs, ne facerent mala, à Deo conseruati sunt. Et sic nemo iret ad vitam æternam, quod repugnat omni catholice positioni, & fundamentis, atque intentioni Christi nos redimentis, cum necesse sit nos æternaliter damnari. Non potest igitur vllatenus manere ista ratio, & consequenter nec illa, quæ inducebatur ad probandum Virginem benedictam obligatam ad finem Abrahamæ fuisse, si ante Christum passum moreretur, etiam si nullam originalem maculam in eo conceptu incurrisset. Huic respondendum est, datam supra conclusionem de Beata Virgine veram esse per omnia. si quod quamquam nullam originalem maculam in conceptu incurrisset, tenebatur ad finem Abrahamæ descendere, si ante Christum passum decessisset. Quod verò obijciatur non concludit, nec quidquam habet per se factæ similitudinis. Non est simile de originali, & de actualibus: nam in originale nolentes, & prorsus inuiti incidimus, & cum nobis hoc necessarium sit, voluntati nostræ libertas nulla est, cum concipimur an in peccato originali concipiamur, aut nequaquam: cum verò aliquid necesse est contingere, ita ut nullatenus euitabile sit, nisi Deo specialiter ex potentia sua operante, quantum ad vtilitatem, aut damnum, quæ inde operans, aut patiens consecutus erat, tantum est, ac si factum fuisset, etiam si non fieret. Et quia prorsus necessarium est, ut cum concipimur, in originali macula generemur, tantum est, necesse esse absolute cadere in originalem maculam, sicut eam incurrere quantum ad poenam, aut damnum, quæ inde consequuntur. Sic igitur si Beata Dei Genitrix, aut quisquā de reliquis in originali macula conceptus foret, Deūq; in vtero eum sanctificaret, ad lymbum sanctorum descendendi ei manebat obligatio, ut ibi carentia diuine visionis vsque ad mortem mediatoris plecteretur. Si ergo Deus Beatam Virginem, aut quemcumque ab originali eripuisset, ne in illud conceptus incurreret, ita erat obligatus ad finem Abrahamæ velut, si verè hanc maculam incurrisset, & postea sanctificaretur.

De actualibus verò peccatis simile non est, quoniam non necessitatur in actualem mortalem, aut venialem culpam, sicut maculam originalem cogimur incurrere. Nolentes enim, & prorsus inuiti originalem contrahimus: sed non incurrimus actualia mortalia, aut venialia, nisi id liberè egerimus, cum ad omnes actiones nostras liberum arbitrium nobis inest. Magna igitur differentia actualibus, & originali inest: nam licet in culpam originalem Dei solius speciali beneficio non incidamus: quia tamen simpliciter necessarium erat nos incidere in hanc maculam, nisi Deus præseruaret, rationale satis videtur nos incidere debere in poenam, quam tollerant, qui originale incurrerunt, sed Deo postea agente sanctificati sunt. In actualibus autem non est huiusmodi, sed liberum nobis est peccare, vel non peccare. Non igitur est rationale, ut in actualibus actualibus quisquam patiatur poenam gehennæ, aut purgatorij ignis, quam pro mortalibus habiturus erat, quæ incurrere potuit si incurrisset. Cum verò arguitur ex textu Euangelij Beati Io. 15. cap. 5. sine me nihil potestis facere, dicendum non esse idem in faciendo bonum, & faciendo malum, aut omittendo facere malum. Nam ad hoc, quod actus bonus sit, & meritorius, exigitur caritas, quæ est habitus à Deo infusus, nec acquiritur operibus nostris, sicut morales virtutes acquiruntur. Et quia istum habitum nos non gignimus, sed Deus illum nobis infundit: quandoquæ illam habuerimus, & non possumus sine charitate bonum aliquod agere: ergo sine Deo à quo solo caritas est, nihil facere possumus. In nullum bonum meritorium, per quod Deo accepti simus, & mereamur vitam æternam. Nam in hoc hæresis Pelagiana est. si homo saluari poterat, & bonum agere ex puris naturalibus. si quod quamquam Deus gratiam non infunderet: ad bene operandum in animam viri, poterat homo ex actibus intellectus sui, & voluntatis dirigendo, & eligendo promereri, ita faciens, per quæ saluaretur. Hanc enim insaniam Pelagianorum hæresis damnauit. Ecclesia: quoniam sententiæ Christi repugnabat. si sine me nihil potestis facere. De hac hæresi ponit Ildorus Etymologiarum lib. 8. cap. 5. Alio modo intelligi potest prædicta auctoritas Saluatoris. si quod nemo opus aliquod bonum efficere potest, quod sit bonum secundum omnes circumstantias suas morales, nisi Deus eum mouerit per gratiam pulsatiuum, ut aliquid bonum moueri possit, & illud complere. Hæc autem est gratia præueniens, quæ à sanctis doctoribus accipitur, si homo à Deo recipere debet, ut velit bonum facere. Quolibet autem horum modorum veritate fulcitur auctoritas Saluatoris. si quod nihil bonum velle, aut efficere sine Deo possumus. Ad id verò, quod est malum facere non est simile: quia quod bonum efficere non possumus, nisi nos Deus ad hoc specialiter mouerit: non tamen est necesse, ut mortaliter peccemus, etiam si Deus nos deserat. si quod gratia Dei præueniens, & cooperans nos penitus deserat ad bonum volendum, & efficiendum nihil mouens, & in faciendo nihil adiuuans, non erat necessarium ex hoc, ut mox peccata mortalia incidere mus. Nam hoc dato necesse erat nos libero carere arbitrio: quia tempus esset, in quo etiam nolentes, & totaliter inuiti mortaliter peccaremus: sed hoc penitus falsum est. Dicendum ergo est, impossibile esse hominibus quidquam boni facere, nisi Deus ad faciendum mouendo, & cooperando adiuuerit: non tamen esse necessarium, ut mortaliter peccet, etiam si Deus eos nullatenus adiuuerit. Ex prædictis ergo conclusum patet, quod si Beata Virgo ante passionem Christi decessisset, sine in originali concepta foret, siue nequaquam, necesse erat ad sanctorum lymbum descendere, vbi permanisset cum ceteris vsque ad mortem Saluatoris.

Venialia, aut actualia peccata non incurrunt, nisi id liberè agamus.

Vt actus meritorius sit, & bonus necessarius est caritas.

Bene operari non possumus nisi Deus adfuerit, male vero non cogimur agere, et si Deo abfuerit.

De

De Paradiso præcipuo, animarum receptaculo. Cap. CLXIIII.

Duplex Paradisus.

Descriptio loci deliciarum.

In præcedentibus autem de quatuor gehennæ distinctis locis, atque animarum receptaculis egimus introducentes ea propter vnum eorum, scilicet Purgatorium locum, qui inter eos secundus est, atque inter tria principalia receptacula: de quibus à principio conceptum fuerat, eandem tenet habitudinem. Nunc verò de tertio principali animarum receptaculo, quod Paradisum vocant, agendum restat. In quo primò aduertendum est, quod Sacri Doctores ex auctoritate scripturæ duplicem Paradisum distinguunt: prima est terrestris Paradisus, de qua loquitur Sacra Scriptura Gen. 2. cap. in hac enim fuit positus Adam nouiter de terra formatus. Iste est quidam locus in terra in altissimis collibus vniuersi in parte Orientali, vltra Indiam longè ab omni humana habitatione. Colles autem, in quibus terrestris est paradisi, latè valde continentur (satis magnum terræ spatium in longitudine, & latitudine. Sunt enim in hoc Paradiso arbores facientes fructum iuxta omne genus arborum, & plures quàm in tota hominum habitatione fuit. Fructus quoque earum dulcior atque salubrior est omnibus fructibus arborum, quæ sunt per totam terræ latitudinem. Ex hoc autem more Sacre scripturæ, locus iste hortus voluptatis appellatur, ut apparet Gen. 2. cap. Est autem locus iste temperatior in quantitatibus elementalibus, quàm sit in toto vniuerso: ideoque animalium vitæ salubrior. Vnde vita humana diuturnior valde esset, quàm hic, si ibi hominibus habitandi daretur locus: nec vlla ægritudine premerentur molestia. In hoc autem Paradiso, siue hortu voluptatis arbor quædam est, quæ Sacra Scriptura arborem vitæ cognominat. de qua si quis assuesceret in cibum sumere, viueret in æternum, ut patet Gen. 2. cap. In medio autem loci huius paradisi fons quidam magnus erumpit, qui aliter fluminis appellatur, & diuiditur in quatuor capita: nomen vni Phison alteri Gehon, tertio Tigris, quarto Euphrates. Hi per diuersas terras labuntur, tandemque absumuntur. Per terras enim in cognitis de terrestris paradiso procedunt intrantia per frontem orientis terræ Indiæ, interdum autem terre voraginibus absorpta aliis in nascuntur locis. ita ut de capitibus eorum varia atque nimis discors sententia sit. Primus horum fluminum, scilicet Phison est, qui circuit omnem terram Heuillath, & inuenitur in eo aurum, & aurum terræ illius optimum est. Nomen fluminis secundi est Gehon, & ipse circuit terram Aethiopiæ. Nomen fluminis tertij est Tigris, & ipse vadit contra Assyrios. Nomen quarti est Euphrates, qui transit per mediam Babylonem, & tangit terminos terræ promissionis à latere septentrionali. De his fluminibus habetur Gen. 2. cap. Fuit autem constitutus locus iste terrestris Paradisi ad humanam habitationem. Nam ut sanctorum doctorum communis definitio est, voluerat deus hominibus habitandam tradere Paradisum nisi peccauissent, & ibi genuissent, nulla incommoda: famis, frigoris, aut æstus, coeterorumque malorum vnquam sensuri. Hæc quippe ex merito peccati prothoplasti in posteros hereditarie deriuata sunt. Cum verò isti homines per generationem ad aliquantum numerum peruenissent, transulisset illos deus per successiones in Paradisum coelestem, nec mortem vnquam gustassent: Durassent autem modus iste gignendi in terrestris paradiso, & transferendi in æthereas sedes quousque compleretur numerus electorum, scilicet hominum, quos Deus ab æterno ad suam participandam præelegerat felicitatem. Finitis autem generationibus electorum, in coelum quoque omnibus transductis, aul-

la amplius generatio, aut successio hominum fuisset in orbe: prothoplasti tamè peccato omnia hæc præordinata bona generi humano impedita sunt. Hæc autem ante qualiter patent Gen. 2. cap. nam in sexto die, quo deus formauerat hominem, posuit eum in terrestris loco voluptatis, ut habitaret ibi atque coleret terram ne prorsus ocio vacaret. In hoc autem die sex Heuam de latere viri dormientis formauit diuina potestas, quam Adæ præsentans in sociam vitæ, & generationis adiutorium, quoniam non erat bonum hominem esse solum. In hac eadem die Heua tentata a demone scelus operata est, viro quoque suauis, & vicir. & ipse a peccato immunis non extitit. Ambo quoque in eadem die de loco voluptatis inducitur pellicinis tunicis eieci sunt: ut probauimus super Gen. 2. cap. 2. Posuit autem deus quædam Cherubim ad custodiam Paradisi, & gladium flammeum atque versatilem, ut ibidem dicitur ad custodiam ligni vitæ. Cherubim quidem ad arcendos demones positus est, gladius autem flammeus, & versatilis est murus quidam igneus circumdans totam latitudinem paradisi, ut vitæ, & locus hominibus inaccessibiles sint, ut habetur Gen. 2. c. ibi enim latissime de his, & causis horum plurimiq; aliis diseruimus.

Duo viri iusti, qui nunc habitant Paradisum terrestrum. Cap. CLXV.

In hac autem terrestris Paradiso nunc duo habitant viri, primus est Henoch vir quidem iustus, qui in prima ætate Deo placuit, & translatus est in Paradisum, ut patet Ge. 5. manifestus autem hoc habetur Ecclesiastici cap. 44. scilicet Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, ut det hominibus prudentiam. De hoc etiam ad Hebræos 11. c. Secundus autem vir est Elias Thesbitæ propheta domini, quem Deus rapuit in curru igneo altare sibi Eliseo, sicut habetur 4. Regum cap. 2. Hi autem nondum mortem gustauerunt, nec gustabunt quousque in tempore Antichristi prædicent coram gentibus, sicut de Henoch dicitur, vbi supra quod translatus sit, ut daret gentibus sapientiam. De Eli vero habet Malachiæ cap. ultimo, cum dicitur: Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, & conuerter cor patrum ad filios, & corda filiorum ad patres, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. Hos Antichristus filius iniquitatis occidet, & iacebunt cadauera eorum in ciuitate Ierusalem in platea, de quibus multa doctores nostri super 1. ca. Apocalyp. Isti autem nullam induunt vetustatem quantum ad corporum dispositionem, sed ita florentes corpore sunt, atque bene dispositi, ut prima die, qua in locum illum voluptatis ducti sunt, & amplius, quoniam de arbore vitæ maducant, quæ eos in consumptos seruauit, & deficere ex se ipsis non potentes. Est autem Henoch habens annorum sex millia, & amplius, super putatis eis quibus vixerat antequam ingrederetur Paradisum, ut patet ex discursu generationum primæ ætatis: quæ habentur Gen. 6. 5. Computatis quoque omnibus annis ab exordio orbis conditi subtractis eis, qui effluerant ante eius natiuitatem. Elias autem est annorum plus quàm trium millium ducentorum, & vltra. Computando ab eo tempore, quo fuit, scilicet sub Rege Achab, Rege Israel, & sub Rege Iosaphat, Rege Iudæ. Horum enim tempore floruit, & tempore Regis Ioram raptus est in Paradisum. De hoc in quarto Regum 2. c. Cum autem hi de Paradiso terrestris ad prædicandum venturi egressi fuerint, nulli illuc ingredientur in æternum. Hic autem locus de quo sermo est, proprie non dicitur Paradisus, sed magister-

Tempus & ætas Henoch habitans, Elix & in loco deliciarum.



cus delictarum, aut hortus voluptatis sicut apparet Gen. 2. cap. maxime in litera Hebraica. Cum etiam sacra scriptura, aut catholici doctores de Paradiso loquuntur, non est eis sermo de hac Paradiso, nisi cum expresse protulerint. Nos quoque cum Paradisum tertium animarum corpore solutarum receptaculum assignamus, de terrestri non agimus, sed de celestibus mansionibus.

In qua parte sit Paradisus animarum descriptio. Cap. CLXVI.

ADVERTENDVM autem nobis amplius circa hoc est, Paradisum, quem animarum receptaculum dicimus, non esse locum aliquem in terra, aut in aliqua elementalium regione, sed in celesti substantia. Ad cuius ampliore notitiam sciendum, celos esse decem, scilicet caelestes orbis, vel circulos, quorum primum est celum lunae, quod immediate super igneam regionem est. Secundum vero Mercurij celum. Tertium coelum Veneris. Quartum coelum Solis. Quintum coelum Martis. Sextum coelum Iovis. Septimum coelum Saturni. Isti autem vocantur septem orbis, vel caeli planetarum septem. In quolibet vero horum celorum vnica stella est, quam planetam, id est stellam erraticam vel declinatem appellamus, ita, quod in primo caelo sit sola luna in 2. autem solus Mercurius: in tertio vero sola Venus, & sic vsque ad septimum, quo Saturnus. Sunt autem orbis isti in eo ordine, quo enarrauimus: ita ut coelum lunae sit magis propinquum nobis, & coelum Saturni distantius a regione elementalium sit, coeteri autem intermedij. Super caelos septem planetarum octauus orbis collocatur, qui dicitur stellatum coelum: quoniam in eo stellarum innumerabilis nobis copia est: has autem stellas fixas appellamus: quia non sunt declinantes vel errantes sicut planete. Nonus autem orbis super hunc est, qui a sanctis doctoribus crystallinus appellatur: quia ad modum crystalli vel gelidarum aquarum sit. Sacra autem scriptura istud coelum vocat aquas caelestes, vel super coelum, ut patet Gen. ca. primo. Secundum modum Astrologorum primum mobile dicitur, quia istud est primum corpus, quod in tota natura moueri reperitur. Iste autem caelestis orbis rapit coeteros orbis, & impetu suo per contactum mouet eos contra motum naturalem eorum. Motus quippe naturalis septem planetarum orbium, & octauo orbis stellati est ab occidente in orientem. Primum autem mobile mouet ista corpora orbium violenter rapiendo ab oriente in occidentem. Hi autem nouem orbis duntaxat motum habent, & per distinctos motus eorum astrologi cognouerunt esse nouem distinctos orbis motos. Hos nouem orbis intelligentie mouent, quas nos Angelos appellamus, quae ipsi corporibus vnita sunt, quaequam non formaliter, sed ut motor mobili iuxta sententiam Arist. in 12. Metaphisica, cui sacre scripturae auctoritas consentanea est, ut patet Job cap. 9. cum dicitur: Deus, cui resistere nemo potest, & sub quo curuantur, qui portant orbem. Portare autem orbem est ipsa caelestia corpora mouere: per motum autem horum corporum causantur omnes generationes, & corruptiones in terra iuxta sententiam Arist. de Generatione, & corruptione. Super hos autem decimus, & vltimus orbis est, qui empyreus dicitur, nullum astrum continens, nec motum, sed contra omnium aliorum celorum conditionem stabile in aeternum manens. Ob hoc autem philosophicis atque astrologis hoc coelum incognitum existit ab antiquo, & vsque hodie incognitum manet: quia nullam habet naturalem operationem, qua inuestigari possit, an sit.

De caelo empyreo. Cap. CLXVII.

DE hoc caelo dicendum est, quod nullam habeat influentiam super res naturales generando, & corrumpendo sicut in coeteris corporibus celestibus est. Causa autem huius explanata sunt super 23. c. EXODI. In hoc autem elucet infinita sapientiae diuinae conueniens dispositio, quia sicut se iunxit nouem caelestes orbis, ut motibus suis varijs, influerent ad generationem, & corruptionem rerum naturalium: ad vsus, & famularum humanum. Ita vnum caelestem orbem supremum segregauit, qui nec influeret, nec quidquam hominibus dum viuunt proficeret, sed ad eorum quietem post mortem distinctus foret. In hoc autem sunt animae beatorum, & Angelici spiritus. Et sicut ibi nunc bonorum virorum animae corpore solutae vsque ad extremi iudicij diem manent: post illud vniuersale examē animae bonorum resumtis corporibus ibi erunt: ita ut totus homo ibi maneat. Et tunc erit proprie tempus gloriae, & consummationis vniuersae animae & corpore, congregatisque in vnum omnibus illis, qui vitae aeternae participes futuri sunt in gloriosa ciuitate Dei. Locus autem iste empyrei caeli Paradisus proprie dicitur: quia animae virorum bonorum, & Angelici spiritus ibi gaudia plena recipiunt. Potissima autem ratio cur paradisi appellatus est Dei visio: ibi quippe cunctis in eodem loco manentibus clare cernitur tam humanis quam Angelicis spiritibus. In quo amplius animaduertendum est Deum vbiq; esse, nec alicubi abundantius quam alibi cum esse suū plenum vbiq; sit: sed alicubi se cognoscibilem animabus nostris atque spiritibus Angelicis reddit, alibi autem nequaquam, vbi autem Deus se cognitum reddit, consummata letitia est. Quia Deus totum bonum est, & bonitatis fons atque excellentius, quae cognosci potest: ergo intellectus noster illi cognouerit erit in excellentissima cognitione: id necesse est, ut ibi intellectus maxime gaudeat quam gaudere possit. Intellectus naturaliter ad solum intelligere est tanquam ad actum sibi determinatum, unde in hoc duntaxat necesse est illum delectari. Voluntas autem in bonum naturaliter fertur velut in obiectum suum. sicut visus potest in lucem, & colorem, auditus in sonum, odoratus in odorem, & de ceteris in hunc modum. Et quia Deus quoque maximum bonum est, cum intellectus illud tanquam altissimum, & verissimum ens intellexerit: & voluntas illud tanquam optimum comprehenderit, & praesentem habuerit, ita vsque fieri possit, necesse est intellectum de obiecto suo maxime delectari, & voluntas quoque de suo, quod vtriusque idem est. Ecce igitur in Deo maximum gaudium intellectus quam sit possibile, & imaginabile, & voluntatis identidem letitia maxima, vtriusque maximum simul inest. Haec autem sunt proprie humanae potentiae, & actus earum proprie humanae iuxta sententiam Arist. Ethic. lib. 6. Cum ergo actus istarum perfectissimi fuerint, & gaudiosi, totus homo, qui in his potissime consistit perfectus, & gaudiosus est, atque per hoc felix. Hoc enim maximum bonum est, quod hominibus aduenire potest: & tantum bonum est, ut nemihi cognitum sit priusquam illud experiatur, nisi Deo: quoniam nec auditum vnquam nec visum est, sic patet. Isa. 64. cap. cum dicitur: A saeculo non audierunt, & nec auribus perceperunt: oculus non vidit Deus absque te, quae preparasti expectantibus te. Sic ait Apostolus prima ad Corinth. ca. 2. scilicet. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus his, qui diligunt illum. Haec autem inexcogitabilis, atque vere admiranda delectatio, quam intellectus noster, & voluntas in praesentia Dei clare cogni-

cogniti percipient, gloria vocatur. Et quoniam Deus clare seipsum cognitum reddit animabus nostris, & Angelicis spiritibus se reuelans in caelo empyreo, & non alibi, regulariter locus ille empyrei Paradisus appellatur.

De Paradiso. Cap. CLXVIII.

NEMO autem arbitrari velle locum illum Paradisum appellari ex aliqua conditione, quae ipsius sit, sicut sunt proprietates corporum: sed quoniam ibi se Deus notum reddit, & non alibi. Quam ob rem si Deus dignaret animabus nostris se reuelare in caelo Lunae aut Mercurij vel Saturni, & non in empyreo vel si Deus se animabus nostris fruendum, & cognoscendum in regione terrestri praeberet, & non in caelesti, esset Paradisus terra, & nequaquam caelum: aut si in caelo, quae in terra equae se cognoscendum offerret, equae vtrouique Paradisus diceretur. Aut si in inferno hanc Deus faceret manifestationem, necesse erat infernas sedes Paradisum dici. Sic enim quondam fuit, cum Christus descendit ad lymbum, stetitque ibidem cum animabus bonorum virorum vsque ad horam resurrectionis, scilicet per horas quadraginta. In hoc enim tempore benedicta anima Saluatoris corpore segregata descendit ad inferos vnita diuino verbo, quod est secunda in Trinitate persona: ibique inter sanctorum virorum animas stans eis se reuelauit. Tunc enim ceperunt illi Beatae animae felicitatis esse participes, diuinam essentiam contemplantes. Quod autem locus lymbi Paradisi fuerit secundum istam assignatam visionem apparet ex verbis Christi Matth. 27. cap. qui vocauit hunc locum Paradisum tempore, quo ibi anima sua vnita verbo diuino mansit, cum dixit latro in cruce pendens: Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum; ad quem Christus ait: Amen dico tibi, quoniam hodie mecum eris in Paradiso. Necesse est autem, ut de lymbo intelligatur, qui est quaedam pars Gehennae. Nam Christus in die venientis paraesenes ista locutus est, sed ea die non ascendit in caelum empyreum, sed post quadraginta dies a resurrectione sua. Necesse est igitur de lymbo sanctorum intelligi, quod sit Paradisus. Est enim locus ille vnus de quatuor animarum receptaculis, quae ponuntur apud inferos: ibi autem anima boni latronis nec in alio loco Paradisi erat cum anima Saluatoris nostri, cum Saluatoris nostri spiritus tunc maneret in lymbo sanctorum. Vocabatur autem locus ille Paradisus, quia ibi tunc se diuina essentia beatis animabus reuelabat ad fruendum, sicut nunc in caelo empyreo patet. Amplius autem necesse est intelligi auctoritatem beati Matthaei de hoc Paradiso, qui in lymbo sanctorum erat, nam Christus latroni dixit: hodie mecum eris in Paradiso. sed de Paradiso caelesti intelligi nequit: nam in eadem die latronis anima in caelo empyreo nequaquam fuit. Nulla quippe anima in caelum ascendit empyreum quousque Saluator noster quadraginta diebus post resurrectionem suam illuc iuit, fecitque aliis ascendendi viam. Sic enim scriptura ait: Ascendit iter praedens ante eos. scilicet, quod Saluator noster ascendens in caelum coeteris viam fecit, quae nunquam cognita fuerat, nemine ante hoc ascendente: necesse est igitur, ut eadem die, qua Christus mortuus est, latro in lymbo fuerit, & ibi Paradisus dicatur.

An Paradisi gloria ab initio rerum fuerit, vel postmodum ceperit. Cap. CLXIX.

NON VNG vero iuxta ea, quae de Paradiso dicuntur, speculandum occurrit: an Paradisi gloria ab ex-

ordio rerum fuit, vel postea cepit, & si in aeternum duraturus est, vel quando finiturus, scilicet si sit aeternus sicut infernus, & lymbus puerorum, vel temporalis, sicut purgatoria sedes, & lymbus sanctorum. Huic autem respondendum est, gloriam esse delectationem quandam in apprehensione Dei, ut supra expositum est, in cuius perceptione ipsi, qui suscipiunt felices sunt. Ideo necesse est ibi existentes rationales esse creaturas. Nam iuxta Arist. primo Ethic. bouem aut equum nemo felicitabit, in quo omnes irracionales creaturas a felicitate excludit. Haec autem rationales creaturae felicitatis aeternae capaces, angeli, & homines sunt. Quantum vero ad gloriam Angelorum dicendum est, Paradisum cepisse a rerum exordio. Nam in primo die, imò ante omnem diem in principio omnium omnes Angelici spiritus cum ipso empyreo caelo creati sunt: in quo est Paradisus: immediatè enim de Angelis, qui Deo adherere voluerunt, in bono confirmati sunt, ne peccare possent, aut perdere suam felicitatem: qui vero praesumptione quadam elati in suis naturalibus confidentes, atque in seipsis suam esse arbitantes felicitatem a Deo reprobatum sunt, et in malo obdurati, & mox in inferna sede locati. Qui autem Deo adhererunt confestim felicitatem suam inceperunt: gloria ergo Paradisi quantum ad sortem Angelorum cepit cum eis in prima die creationis, aut si dicere velimus ante omnem diem, haec autem in aeternum manet. Quantum vero ad sortem bonorum hominum non cepit gloria ista ab exordio creationis rerum. Nam in principio orbis conditi nulli homines decesserunt, qui vitae aeternae gaudia consequi possent: sicut Angeli ex eo quo creati sunt in Paradiso permanserunt. Et dato, quod aliqui homines ab origine orbis conditi decessissent, aetereas sedes confestim affeque non dabatur: quia nemo ad vitam aeternam ascendere potuit vsque post resurrectionem Saluatoris. Ante hanc enim nodum prorsus omnes peccaminum penalitates ablatæ erant, sicut in superioribus probatum est. Dicendum ergo est, gloriam hominum in Paradiso caelesti vsque ad diem Ascensionis Domini nostri non cepisse: haec enim illis fuit prima dies gloriae in caelis, quamquam non esset simpliciter primum dies Paradisi. Nam dies Paschalis Domini Iesu fuit prima dies simpliciter, qua aetate glorificari in Deo ceperunt reuelata eis diuina essentia: ita ut eadem dies summam redemptionis, & inceptum glorificationis, quod ad excellentissimum ordinem pertinet, s. ut Passio Saluatoris immediatè sua haberet efficaciam. Sic enim Saluator noster moriens dixerat secum pendenti latroni: hodie mecum eris in Paradiso: in caelo tamè empyreo vsque ad diem Ascensionis Redemptoris glorificatæ non sunt: ex tunc enim incepta gloria sanctorum vsque hodie manet, atque hoc modo vsque ad diem manebit iudicij. Post illum vero diem magni domini Beati, qui participes ciuitatis Dei futuri sunt in corpore & anima vnitis, in illa manebunt innarrabili requie vsque in aeternum nunquam desitura, sicut de gehennalibus incendiis dictum est.

An equa sit gloriae felicitas omnibus, qui in caelo sunt. Cap. CLXX.

CIRCA hanc sanctorum felicitatem in vita aeterna, amplius speculandum occurrit, quod non omnibus, qui in felicitate Paradisi manebunt, equa erit gloriae participatio. Sed quidam amplius Deum cognoscent, & intensius gaudebunt: alij vero minus, & intelligent, & letabuntur secundum mensuram equalium aut inaequalium meritorum, quibus illam felicitatem adepti sunt. Nam cum merces vitae aeternae cogni-

Prima dies  
quae glorificari in  
Deo ceperunt.



cognitione consistat: iuxta id, quod habetur Joannis 17. cap. scilicet. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te. cum hanc felicitatem propter merita conferat diuina dignatio, necesse est ut ei abundantius hæc gloriæ perceptio communicetur, qui viuens potiora merita habuit. Et cum substantia gloriæ in visione atque cognitione diuinæ essentia constet: necesse est, ut clarior Deum cognoscat abundantiusque in eo cognito delectetur, qui dum vixit excellentiora merita habuit. Aliquis autem in silio fortassis in ea, quæ dicta sunt, dicens, impossibile esse, ut in vitæ æternæ felicitate quod alio felicior sit, intelligendo plura capiens aut delectatione percipiens. Nam in vita æterna Paradisi hominibus consummata, & plena requies est, & finis appetitus: quoniam consequuntur omne quod volunt: nec sunt in desiderio alicuius boni, quod non habeant, & perfecte fruuntur. nam si quid desiderarent, quod eis nondum adesset, ex omni parte felices non essent. Sicut hominibus nunquam hæc contingit felicitas, quæ nunquam omnium appetituum eis preuenit quietatio, quia aliqua eis absunt, quæ inesse vellent, & alia in sunt quæ abesse cuperent. Ex his ergo patet neminem in vita æterna felicem futurum quousque intellectus suus omnia percipiat, quæ desiderat, & omnia ad quæ est in potentia ad intelligendum. Si enim dicamus humanos intellectus ad magnam intelligendi excellentiam eleuari: nec tamen contingere eis, ut omnia desiderata, & ad quæ in potentia sunt intelligant, non essent vique quousque felices. Sic enim nunc admodum hominibus constat: nam licet quidam supra alios excellenter valde intelligant, nullus tamen aut quæ vult profusus, aut totaliter, ad quæ in potentia est ad intelligendum intelligit: ideo dum viuimus semper intellectui nostro desiderium ampliora intelligendi inest: nec in vlla intelligentia sufficiens sibi in intelligendo videtur. Si tamen vllatenus homini contingeret, ut tantum intelligere valeret, ad quanta intellectus suus in potentia ad intelligendum est, satisfactum sibi in intelligendo videretur, nec ulterius operam daret ampliora intelligendi. Si igitur in Paradiso gloria est, quæ est perfectum bonum necesse est, ut intellectus noster intelligat omnia, quæ desiderat intelligere, & ad quæ est in potentia ut intelligat, alioquin ei solida nequaquam constaret felicitas. Intellectibus tamen humanis tale habitudo constat, quod & si non omnes equaliter intelligant, quia non equalia nec æquali acumine ingenij: nemo tamen est, qui non sit in potentia ad æqualiter intelligendum ceteris etiam excellentissimis. Ideo non putabit sibi in intelligendo satisfactum, nec erit quousque æqua cum quolibet, & acutissimi viri ingenio intelligat, & sicut altissimi ingenij non fatiantur quousque omnia ad quæ in potentia sunt intellexerint: nec quodlibet quantumcunque rude ingenium sufficiens sibi erit, quousque illa eadē intelligat. Cum ergo humani intellectus ad intelligendum æqua in potentia sint, cum omnes sint eiusdem naturæ: alioquin secundum speciem vnus altero perfectior esset, cum perfectibilior, id est in potentia capiendæ maioris perfectionis sit, sequitur, quod nulli eorum perfecta constabit lætitia, quousque minimo eorum secundum presentem intelligentiam tantum intelligere contingat, quanta intelligit altissimus, & sic omnes intellectus in cognoscendo erunt æquales. Quo fit, ut non videatur clarius, atque amplius diuinæ essentia cognoscere beata Dei genitrix, quam anima minoris meriti, quæ sit in tota felicitate Paradisi. Quia ad tanta est in potentia intelligendi anima minoris meriti, quæ sit in felicitate Paradisi, ad quanta est anima genitricis gloriolæ Dei: cum eiusdem natura vtraque sit.

In Paradiso tantum, & tot quilibet intelligit, ad quæ prius erat in potentia. Cap. CLXXI.

AD hæc autem responderi oportet, omnibus animabus Paradiso manentibus perfectam consistere lætitiā, & tantum quilibet continet quantum continere potest: cuiuslibetque contingit totum, ad quod naturaliter erat in potentia: quamobrem plena ei contingit lætitia, & appetituum quietatio. Hoc tamen dato adhuc semper in æqualitate cognitionis consistat animabus manentibus in felicitate Paradisi. Ad cuius quandam euentiam inspicendum est intellectus nostros esse imperfectiores substantias inter omnes substantias spirituales: maioris quippe perfectionis naturalis angelici spiritus sunt, maiorisque perfectionis diuina substantia. Et secundum, quod differentia in perfectione substantiæ spiritibus inest, ita in eorum intelligentiis maior excellentia est. Et quoniam intellectus nostri in omnibus substantijs spiritualibus imperfectionis gradum extremum tenent, necesse est, ut pauciora omnibus alijs intelligentibus subiectis speculari queant. Et quia intellectus noster non est intelligentia separata, sicut angelici spiritus, quibus ad corpora commercium nullum est, sed naturaliter corpori vnitus est, tanquam pars speciei humanæ, atque ex conditione speciei determinatur ad manendum in corpore. Amplius autem intellectus noster naturaliter vilius intelligibilis speciem in se habet, sed omnes per sensitiua suffragia mendicat, acquirendo per modo cognoscit. quinque potentias sensitiuas quinque generum obiectorum. Et quia species istæ intelligibiles per sensitiuas potentias mendicare à rebus corporalibus assumuntur, secum quoque quædam conditiones corpori trahunt, intellectus noster naturaliter ad intelligendum in potentia esse non potuit, nisi ad res corporales, & corporearum conditiones, & hæc sunt omnes res naturales. Vnde si alicui hominum daretur omnes res corporeas vniuersi intueri, atque perfecte cognoscere tam elementa, & elementata quam cœlestia corpora cum omnibus conditionibus eorum, & causis, hic intelligeret cuncta, ad quæ intellectus suus erat in potentia intelligendi, in quibus quiesceret nihil ultra inuestigans, nisi fortassis vltiora esse quædam speculanda ex fide, aut alijs audiret, vel à Deo ad hæc speculanda moueretur. Hoc autem nulli hominum quoad vixit collatum est: nisi homini Christo, qui Deus pariter, & homo erat. Deus autem est substantia purè spiritualis super omnem corporeitatem atque corporum conditionem: ideo intellectus noster non est in potentia naturali ad claram Dei cognitionem Deo quippe nulla corporeale correspondet species, qua cognosci valeat ab intellectu nostro modo humano, & connaturali intellectui nostro. Quamobrem quamuis intellectus noster Deum clare cognitum non haberet, si omnia naturalia, scilicet corpora, & conditiones, & causas eorum cognosceret, nihil amplius cognoscere desideraret, nec eēt naturaliter in potentia ampliora inuestigandi, aut intelligendi.

De cognitione animæ in Paradiso. Cap. CLXXII.

NVN C autem iuxta prædicta considerandum adhuc est, quod cum aliqua felicitabilis anima ad regionem peruenit æteream, Deus ei infundit clarissimam cognitionem omnium corporalium tam elementalium quam cœlestium, & conditionum suarum atque causarum, & sic non manet amplius ille intellectus in potentia naturali ad vltiora intelligendum. Et quum nihil ei ultra intelligendum daretur

tur, non maneret ei vllū intelligendi desiderium, sed quæcumque tñ haberet quantum naturaliter capere poterat, nulla in eo vltiori manente capacitate aut potentia. Nam cum sua capacitas in solis corporalibus entibus, & conditionibus atque causis eorū consistat: hoc suscepto manere vltiorem capacitatē impossibile est. Amplius autem sciendum hanc de corporalibus rebus, & conditionibus atque causis à Deo datam cognitionem animabus vitæ æternæ gaudia acquirentibus æqualem esse in omnibus, nec in hoc excedit intellectus Dei genitricis animam alicuius existentis in Paradiso, quantumque parui meriti sit. Tanta enim, & æquè lucidè de elementis, & elementatis, de corporibus cœlestibus, & moribus eorum ceterisque proprietatibus, de plantis atque animalibus eorumque differentia anima minoris meriti, quæ sit in tota Paradisi vniuersitate nota habet, quæ anima virginis benedictæ, & quantum ad æquè eis bona sunt. Nam secundum naturam intellectus benedictæ virginis, & cuiuslibet hominis sunt vnus speciei: necesse est igitur perfectionem substantialem eorū esse æqualem. Vnde quæcumque Domina benedicta viuere sine alicuius gratiæ specialis infusione sola dispositione naturalis luminis intellectus sui, & dispositione conuenienti organica pluribus viris altiora conspiceret: necesse tamen erat rudissimi virore intellectum ad tanta intelligenda esse in potentia & tam acutè ad quanta intellectus virginis erat in potentia. Et quia in vita æterna in felicitate Paradisi perfectum bonum est, oēs euacuantur defectus, & cunctæ complentur inopie, & vacuitates, quas homines dum viuere patiiebantur: necesse est, ut quicumque ibi fuerit omnia intelligat, ad quæ est in potentia intelligendi secundum naturam. Et ut probatum est, oēs humani intellectus sunt æquè in potentia ad intelligendum res naturales, conditiones, & causas earum: cum ergo hi intellectus fuerint in felicitate Paradisi, necesse est, ut vrentia corporalia, & conditiones suas æquè intelligant. Nam si daretur alicuiquem intellectum humanum in felicitate Ethereæ sedis abundantiora de naturalibus atque acutius intelligere alijs intellectibus, cum oēs intellectus equaliter in potentia sint ad intelligendum res naturales, & conditiones suas, inferretur eas animas, quæ tanta, & tam acutè sicut aliæ de naturalibus non intelligunt, non habere cōplémentum pro omnibus imperfectionibus suis quas in vita corporali tenuerunt, quæ non tanta intelligunt, ad quanta sunt in potentia ut intelligant. Quo dato non essent perfecte felices. Supradicto autem modo dicendum est, quod oēs intellectus, qui in vita æterna sunt, in oibus defectibus, quos tenuerunt, & capacitatibus iam compleri sunt, nec sunt in potentia ut intelligant ampliora, & excellentiora quæ intelligunt, cum eorū capacitas repleta sit.

De quodam modo intelligendi. Cap. CLXXIII.

AMPLIUS autem aduertendum est, quod super hanc intelligentiam de oibus rebus naturalibus, & conditionibus earum est alius modus intelligendi, & intellectio. scilicet cognoscere Deum clarè, & in hoc est felicitas Paradisi, & quantum ad hoc non est in potentia naturali intellectus noster, quia non habet capacitatē pro illo, nec aliquid secundum quod ad talē perueniat intelligentiam. Vnde si anima a corpore soluta in celo empyreo poneretur, vbi alia anima: beata sunt, & Deus nihil ei supernaturale capacitatē apponeret, non videret Deū clarè, nec ampliora ibi de Deo intelligeret, quæ nunc cum in corpore degit. Sed dicendum est, quod cum anima beatificanda empyream petat sedem visionis diuinæ felicitanda, quia Deus est ens purè, super naturæ conditionē non habet anima nostra aliquam virtutē, per quam clarè illum cognoscere possit, nec capacitas ei, aut

Tantumque quilibet anima intelligit, quantum aliam etiam nobilissimam

Intellectus quo cognoscit.

potentia naturalis ad hoc recipiendum est, Deus dat cuiuslibet intellectui capacitatē, ut illum clarè intelligere valeat. Hæc autem capacitas non est æqua in omnibus animabus, quoniam quibusdā amplius alijs verò minus concedit, & tunc quanta est capacitas intellectui collata ad Deum intelligendum, tantum est in potentia ad eum intelligendum. Si autem magnam contulerit capacitatē in potentia ad multa intelligenda erit, si verò paucam erit in potentia ad pauca intelligendum de Deo. Hanc autem capacitatē Deus complet, quia quantum alicui capacitatē intelligendi de seipso contulerit, tanta eum mox intelligere facit. Si enim Deus alicui intellectui magnam de seipso daret capacitatē, tamen modica faceret intelligere, esset ille intellectus in potentia ad intelligendum plura de Deo, & sic nondū esset felix, quousque illa esset expleta capacitas. Et quia omnes, qui in vita æterna sunt, felices sunt: necesse est, ut quantum quis de Deo capacitatē ad intelligendum habuerit, tanta intelligat, & quod Deus de seipso tanta alicui intelligenda tribuat, ad quanta intelligenda ei tribuit capacitatē. Hoc modo aliquis in nullo intellectu defectus manebit, aut potentialitas. Hæc autem capacitas, quam Deus supernaturaliter tribuit de seipso intellectibus felicitandis, non est æqua omnibus, sed gradualement habet differentiam iuxta differentiam meritorum: nam qui ampliora habet merita, maiore capacitatē recipit, & euidentius atque plura de Deo intelligit: Alij autem quibus minorā viuentibus merita extiterunt minorem de Deo recipiunt capacitatē, & quæ pauca intelligunt, vnde minus felices sunt, cum per illud intelligere felicitas sit. Hoc modo diuersitas concordanda est subapparens, scilicet, quod omnes, qui in vita æterna sunt, æquales in felicitate sunt: nulli tamen aliquis defectus aut capacitas inexplata manet, vel ut in mensuris inæqualibus est. Duorum enim vasorum in æqualiter capacium cum vtrunque plenum fuerit neutrum ad aliquid amplius potentialitatem, aut capacitatē habet. Inæqualiter enim ista recipiunt, tamen nulli ad maiora capacitas manet. In beatis verò modus iste est: Deus enim illis inæquales de seipso capacitates dedit iuxta inæqualitates meritorum: ideo cum hæc capacitates plenæ fuerint, necesse est, ut magis intelligant quidam beati quam alij: tamen vnus in potentia ad ampliora intelligenda erit cum capacitates eorum plenæ sunt. Ad argumentationem autem, quam quidam faciunt, quæ probare nituntur, omnes qui in vita æterna sunt, æqualiter Deum intelligere, & consequenter omnibus æquam constare felicitatem, respondendum est. Cum enim dicant, omnibus, qui in Paradiso felicitate sunt, completas esse potentialitates cunctas, desideria, & capacitates, scilicet, quod tanta intelligunt ad quanta intelligenda in potentia sunt. Sed omnibus hominibus hoc commune est, quod si sint æqualiter in potentia ad intelligenda, quia quamquam non inest omnibus æqualiter intelligere, est tñ potentialitas æqualis. Ad intelligendum ergo oēs æqualiter intelligent. Respondendum est, quod potentialitates, atque capacitates intellectui ad intelligere æquales esse quantum ad ea, ad quæ intellectus sunt naturaliter in potentia. Hoc autem est quantum ad omnia entia naturalia. Sunt enim oēs humani intellectus in potentia ad intelligendum omnia corporalia, & eorū conditiones ac causas, & quantum ad hoc dicendum est, quod sicut potentialitas in oibus intellectibus æqualis est ita oēs in vita æterna equaliter intelligunt. Oēs enim beatorum intellectus cuncta naturalia intelligunt, nec intelligit plura de naturalibus aut acuti⁹ excellentior beatus in tota Paradisi vniuersitate quæ minim⁹, quæ viuēs minorum et xtiū meritorum. Hoc modo verū ē oib⁹ beatus æquè potare capacitatē atque

Alph. Toit. Parcd.

# Paradoxon

# Quintum.

# Paradoxon

# Quintum. 122

Oēs beatorum intellectus cū ea natura hā intelligit. atque intelligere, sicut in superiorib⁹ declaratum est. Præter hanc capacitatem naturalem est quædam alia supernaturaliter collata, quam Deus in præmium beatitudinis concedit, ut eum intelligere clare queant: in hoc autem sicut merita, propter quæ dantur, fuerunt inæqualia, ita & capacitates inæquales sunt, & consequenter magis quidam, alij verò minus intelligunt: alij tamen ad maiora, quàm intelligat capacitas, aut potentialitas manet, nec vllus defectus inest.

Quomodo anima ad receptacula tendant.  
Cap. CLXXIII.

**C**VM autem prælibatis de tribus præcipuis animarum corporibus solutarum receptaculis egerimus, qualiter ad hoc tendant superueniendum est: propter hoc enim longa nobis ex superioribus de his locis exstitit speculatio. In quo supponendum est, quod in superioribus dicebatur, i. animas bonorum virorū corporib⁹ solutas sine aliquo onere inexplētæ satisfactionis, mox in æthereas ferri sedes, qui verò in charitate decedentes à corporibus alicuius explendæ satisfactionis onere premuntur, purgatorias sedes petunt tamdiu ibi permansuræ, quousque inexpectatam satisfactionem exegerint. Hac autem completa in empyreas euolant regiones. Animæ autem malorum verè mortalibus pressæ, atque impenitentes de corporibus discedentes, confestim æternis incendijs inuoluuntur Auerni. Modus autem eundi animas ad ista receptacula vnic⁹ est, quamq̃ territi sunt diuersi. In hoc autem sciendum est, quod cum anima corpore soluta horum receptaculorū quodcunq; petitura est, non erat opus, ut quis eam illuc ferret quali ad eundem opem ferens, ipsa illuc ire impotente. Nam si celsissimum, siue deorium tendendum sit, difficultas nulla est: quoniam nulla grauitas dominatur, sicut quibusdam elementorū, ita vt difficile sit superiora petere loca: sed leuitas ei magna inest, cum quolibet elemento inproportionabiliter excellentior in leuitate sit. Porro si me quoniam humanus spiritus non est virtus fatigabilis, ita vt alicui labori cedat, sicut in expositione quarti Paradoxii inductum est. Anima igitur nullo corporeo instrumento, quo feratur eget. Sic enim ait Gregorius quarto Dialogorum: Anima vehiculo nõ indiget. Hoc tamen contra virgilianam positionem militat in 6. Aeneidos, & contra Senecæ positionem Tragedia prima, quæ dicitur Hercules furens, carmine 6. dist. tunc enim omnes animas ad inferorum transituras sedem, primo stygiam transire paludem, aut fluium, vt quidam vocant, vbi portitor sedet dictus Caron animarum millia pupæ vectans. In quibus verum est Virgilium, & magnos Poetarū alia secreta intellexisse, quæ sapientibus viris patent: hoc tamen vulgaribus suadebant, quoniam & ipsi persuasum sic habebant; Poetæ autem eis applaudere cupientes hoc Poetico stylo recitantes quasdam alias interdum veritates abscondebant. Propter hoc autem Iuuenalis Poeta Satyricus increpat Poetas recitantes ista figmenta, quæ incredibilia esse dicit in Satyra secunda, quæ incipit. Ultra sauroratas liberte, & glaciælem, cum ait.

Esse aliquos manes, & subterranea regna.  
Et cecitum, & stygioranas in æquore migras,  
Atque vna transire vadum tot millia cymbæ.  
Nec pueri credunt, nisi qui nondum crelescuntur.

In quibus Iuuenalis animas sub terra apud inferos non esse dicit, nec portitorem earum, nec pupam, & stygios amnes. Ex prædictis autem illatum patet animabus corpore solutis nullum ad tendendum in debitas sedes adminiculum esse necessarium.

Nunquid anima corpore soluta cum receptacula petituræ sunt, illuc paulisper eant. Cap. CLXXV.

**A**MPLIUS autem in his speculandū occurrit, an cum anima corpore soluta aliqua receptacula petituræ sunt, illuc paulisper eant. Prius per quædam spacij partem motæ, deinde per alteram, an simul illuc tendant transeundo omnes partes locorum intermedias loco, in quo corpus anima soluitur, & loco, in quo mansuræ sunt: an mox, vt corpora reliquerint nullo interiecto, aut temporis, aut magnitudinis pertransire spacio in receptaculo suo sint, scilicet, in purgatorio loco, vel æthereis sedibus, aut æternis gehennæ incendijs. Dicendum autem est animas de corpore egressas aliqua receptacula petituræ, non transire aliquas particulas successiuè mediolorum spaciorum. scilicet dum anima corpore soluta empyreas sedes petitura est, non pertransit aeræ regionem, aut spheræ igneæ globum, nec per magnitudinem profunditatis orbis lunaris, & consequenter per magnitudinem circuli Mercurij, nec per alios intermedios orbis vt que ad empyream regionem: sed mox, vt de corpore egressa fuerit, in empyreo incolatu est. Sic quoque cum anima ad stygias tendit sedes: non transit per totam terræ magnitudinem, & grossiciem vsque ad abyssum in ipsas tartareas regiones, sed nullo horum pertransito mox, vt à corpore egreditur in gehennæ est. Hoc autem non, quia anima sit tantæ agilitatis, vt in instanti quasi omnia hæc spacia pertransire queat. Sed quia nullum horum locorum transit, quin potius mox, vt à corpore egressa fuerit nullo pertransito in suo receptaculo quo mansura tendit, est, scilicet, in inferno, aut purgatorio loco, vel æthereis sedibus: velut si empyrea sedes, purgatorium, & gehennæ immediata essent corpori, de quo animæ humana egreditur. Anima enim cum sua peti receptacula, non transit loca media, non tanquam compendio vti vellet, sed quia etiam si cuncta transire voluerit impossibile est. Nam si media loca sibi pertransendum esset, necesse erat, vt moueri posset: animam tamen corpore solutam moueri impossibile est. Ratio huius est, quoniam si anima per omnia mediâ loca interiecta corpori, de quo egreditur, & receptaculo, in quod tendit moueretur, necesse erat, vt motus iste continuus, vel discontinuus foret, scilicet, quia aut per omnes partes mediij nulla intermissa moueretur, aut nequaquam. Si autem dicamus non moueri per omnes partes mediij, sed cū nunc staret in vna, confestim staret in alia distantia inde medijs non pertransitis nõ erat iste motus, quoniam in motu ponitur medium, per quod fit motus, & termini, & in terminis nullus motus fit: sed tota substantia motus in medio est; hic tamen termini sunt, medium autem nullum est. Si autem dicamus motum animæ per spacium cõtinuū fore, vt transeat singulas partes mediij, sequeretur, quod anima quantuncunq; velociter moueretur, nõ posset pertransire in decem millibus annorum quantitatem vnius digiti in latitudine. Hoc autem patet, quia mobile corpus pertransit singulas partes mediij, & replet sua magnitudine singulas partes mediolorum locorum, cum motus localis sit secundum acquisitionem continuâ locorum, & deperditionem locorum, anima autem indiuisibilis est, nõ esse igitur, vt oia indiuisibilia media pertransiret. Non potest anima pertransire per diuisibilia locorum cū indiuisibilis sit, & non occupet magnitudinem. Necesse est igitur, vt cum continuè transierit, transeat per omnia indiuisibilia mediij. Et quia nulla pars spacij est quantuncunq; parua, quæ in infinitum diuisibilis non sit, iuxta Arist. sententiam in 2. & 6. Physic. necesse est, vt anima semper

Cur anima moueri non possit.

semper mota nunquā cõpleret vnâ particulâ spacij transeundo quantuncunq; parua foret. Nam ad transeundum illam necessariū erat in infinitum tempus, cū in qualibet parte magnitudinis infinita indiuisibilia sint. In infinitum etiam impetrâstium est. impetransibile iuxta Aristot. Patet ergo animam nullatenus moueri posse per aliquod spacium diuisibile, siue continuus motus ille sit, siue discontinuus ponere maluerimus: motus ergo per se in anima localiter impossibilis est.

Rationes afferentes animam nullatenus moueri.  
Cap. CLXXVI.

**H**IS autem adijcitur animam nullatenus moueri: nam omne, quod mouetur, sicut doctrina omnium de natura loquentium, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quē: animam tñ partim esse in termino à quo, & ad quem impossibile est: animam igitur moueri patet impossibile. Quod patet, nam cum anima alicubi fuerit, necesse est eam esse in indiuisibili, cū non possit maiorem occupare quantitatem, q̃ ipsa sit, si ipsa indiuisibilis sit: ergo repugnat ei esse simul in parte termini, à quo & in quem: quñ sic esset in diuisibili, cui pars & pars diuisionem dicat: impossibile ergo est animam moueri. Amplius autem cum aliquid mouetur, transit per omnes partes spacij illius, per quod mouetur: animam autem transit per aliquam partem spacij, per quā moueri debet, impossibile est: ergo moueri eam nullatenus continget. Quod autem non possit anima transire aliquā partē mediij, per quod transitura est, patet: nam aut mouetur cõtinuè, aut discontinuè. Non quidem discontinuè, quia iste non erat motus, cū non trãteatur per aliquam partē mediij, sed cū mobile fuerit in aliquo termino confestim erat in altero, quod magis vocaretur mutatu eē. Si autem dicamus motū istum p̃tinuū esse, necesse est, vt anima transiret omnia indiuisibilia media, vt supra inducebatur: sed hoc impossibile est, quia ista indiuisibilia sunt infinita, in infinitū aut impetransibile est, vt patet in 6. Physic. Sed adhuc relicto hoc cõuenienti, quod supra inductū est, aliud apparet: nam dato quod anima posset transire per omnia indiuisibilia, quæ sunt in medio, tñ non transiret per mediū. Nam tunc anima ista non transiret super aliquas partes diuisibiles magnitudinis pertransibilis, sed super indiuisibilia eius, quæ sunt puncta. Indiuisibilia aut non sunt partes continui, & diuisibilis: nam totū in partes suas resoluitur, & ex eis constat per compositionem, nullum tñ continuum componi potest ex indiuisibilibus, nec resolui in indiuisibilia, vt inducit Arist. 6. Ethic. cap. 1. Siquis igitur solum transeat super omnia indiuisibilia alicuius magnitudinis, non trãsit super aliquam partem illius magnitudinis. Nam oia indiuisibilia simul sumpta alicuius magnitudinis non sunt partes illius magnitudinis, aut vna pars saltem: non poterit ergo anima moueri super aliquod spacium, cū nullas illius spacij partes pertransire queat. Amplius verò animam continuè moueri per aliquod spacium impossibile est: nam dato quod transiret per omnia indiuisibilia, quæ sunt in medio, non transibat continuè per medium. Nam in magnitudine, quæ diuisibilis est, inter duo indiuisibilia semper ponitur aliquid diuisibile, sicut linea inter duo puncta, siue copulantis, siue terminantis, quæ indiuisibilia sunt semper cadit linea media, quæ diuisibilis est. Nequaquam enim copulantur sibi inuicem duo puncta: non enim est possibile, nec imaginationi subiectum cognito quid sit punctus. In superficiebus quoque inter duas lineas in tranuerso semper ponimus mediâ superficiem. Nequeunt enim duæ lineæ secundum latera sibi copulari, cum eis latitudo

Alph. Toit. Parad.

**A** nulla in sit. In corporibus quoque inter duas superficies in tranuerso semper corpus collocamus. Si ergo anima moueretur per oia indiuisibilia alicuius spacij, quia inter indiuisibilia duo semper est aliquod diuisibile medium, super diuisibilia autem non transit anima, sequitur necessariò motum animæ nõ esse continuū. Quo infertur motum nequaquam esse, quia motus continuus est, discontinuus autem nõquam erit, sicut tempus, & magnitudo continua sunt, & seinuicem consequuntur, scilicet, motus magnitudinem, & tēpus motam, iuxta Aristot. sententiam in 3. & 5. & 6. Physic. Eadem etiam aliorum de natura loquentium sententia est. Ex his ergo patet impossibile esse animam per aliquod spacium moueri. Quo infertur, quod supra dicebatur, scilicet, quod cum anima de corpore egreditur, non transit per loca interiecta inter corpus, à quo egressa est, & receptaculum quod petit, scilicet, empyreum locum, purgatorios ignes, aut stygium carcerem.

Quomodo anima moueatur. Cap. CLXXVII.

**E**A autem, quæ prælibata sunt, in animabus solutis à corpore locum tenent, quoniam per se moueri nequeunt media spacia transeundo, quæ tamen in corporibus sunt, per spacia mouentur omnes partes mediij transeundo, non quidem quasi ipse per se per totū medium transire possent, sed quia in corporibus sunt. Corpora autem propriè mouentur, & quia necesse est animam esse vbicunq; corpus fuerit, dum ei vnita est, necesse est animam localiter moueri corpore mutante loca. Hic autem motus in anima non est per se, sed per accidens: quia iuxta Arist. sententiam motus nobis mouetur omnia, quæ sunt in nobis. Et sicut animam in corpore formaliter vnitam manentem mototo corpore moueri dicimus, ita si alicui alteri corpori ad mouendum vnatur, moto illo ipsa quoque mouebitur. Velut si aliqua anima humana corpore egressa lapidem aliquem, vel lignum per aerem, vel super terram moueret, quia corpus illud motum cõtinuè, & propriè mouebatur, necesse erat animam ei ad mouendum vnitam continuè moueri, sed corpus illud per se anima verò per accidens. Hic idem motus in angelis est: nam angelus in substantiæ suæ simplicitate manens, nisi aliquod corpus assumpserit, aut alicui ad mouendum se vnierit, moueri non poterit per medium, sed nunc stabit in vno puncto mediij, & immediatè nullo pertransito medio erit in quocunq; alio loco quantuncunq; distet. Et si vellet, angelus manens in simplicitate suæ naturæ moueretur per totum medium transeundo singulas partes, erit sibi impossibile: repugnat enim simplicitati, & indiuisibilitati naturæ suæ. Omnia enim inconuenientia, quæ de anima inferebantur ad hoc, quod non possit transire per medium, de angelo quoque inferentur, quoniam ambo simplices, & spiritualis naturæ sunt. Sed mouetur angelus, vt de anima dictum est, scilicet, nunc sit in vno puncto, vel loco, & nullo medio interiecto, nec pertransitis aliquibus spacijs stabit si voluerit ad ducenta millia leucarū. Nec magis angelus morabitur transiens ducenta millia leucarū, q̃ transeundo vnū digitum in tranuersum. Causa huius est, quia nõ trãsit per totū spacium mediij. Nam si angelus per oēs partes mediolorū spaciorum trãsiret, q̃ velocissimè moueretur: necesse erat eum amplius morari transeundo magnum spacium, quàm paruum: quia tñ angelus nõ transit per aliquas partes mediolorum spaciorū, nihil magis moratur transeundo decem millia leucarum, q̃ si transeat dignū in tranuersum. Si tñ angeli corpora aerea sibi sumplerint, paulisper mouebuntur transeundo omnes partes mediij quemadmodū transeunt ipsa corpora, q̃ allum

Impossibile est animam per spacium moueri.

Angelus nisi corpus assumpserit moueri non potest.

Angelus ita velociter pertranseat magnum spacium sicut paruum.

Quædam plerint.



perferunt. Sic apparet de tribus angelis, qui in effigie vi-  
rorum ad Abraham venerunt sedentem in conualle  
mambre sub illice. Hi enim tres ibant contra Sodomam,  
& Abraham recto itinere procedebat cum eis,  
vt patet Gen. 18. ca. horum autem duo angeli introie-  
ret in ciuitatem Sodomorum eadem die ad vesperum  
procedentes itinere tamquam viri, vt patet Gen. 19. Sic  
quoque patet de Raphael angelo, qui duxit Tobiam  
iuniorē in ciuitatem Rages per multa terrarum spa-  
cia, & reduxit, ambulās cum eo in forma viri, vt patet  
Tobiae 5. & 6. cap. Nec duntaxat Angeli suscipientes  
humanae effigies, in quibus alijs hominibus homines  
videantur moneri quāunt: sed etiam cum nullo corpo-  
re sumpto applicant se alicui corpori, quod extra ip-  
sos est, & illud mouent. Velut si quis Angelorum la-  
pidem vnum, aut hominem moueret, necesse enim  
tunc erat, vt Angelus continue moueretur, sicut mo-  
uebatur homo vel lignum: quia Angelus illi corpori  
moto applicitus erat tanquam motor mobili: Hoc  
modo Angelus quidam mouit Abacuc à Iudaea vsq;  
in Babylonem pendentem in capillo vno vtricise, &  
posuit eum super lacum leonum in Babylone cum al-  
ueolo suo, in quo cibos mesforibus deportabat: quos  
Danieli in lacu posito protulit. De quo Danielis 14.  
cap. Hoc modo Angelus quidam mouebat colum-  
nā nubis præcedentem Iudæos exeuntes de Aegypto  
per desertum, & sicut nubes illa paulisper mouebat,  
ita & Angelus ille transiens omnia loca, quæ nubes il-  
la pertranfiret: de quo Exo. 14. In quo apparet illos ni-  
mis errare, qui dicunt animas de corpore egressas ali-  
quantum spacij manere quouſque ad receptaculum,  
quod petunt accedunt, scilicet Eætheream regionē,  
vel Gehennā aut purgatorios ignes, & quod omnia  
intermedia loca inter corpora à quibus egrediuntur,  
& receptacula, ad quæ tendunt, pertranſeant.

*Nunquid quando animæ corporibus solutæ petunt receptacula  
aliqua eis ianua referetur. Cap. CLXXVIII.*

**I**N prædictis alia subapparet ambiguitas, scilicet,  
an quando animæ corporibus solutæ ætheream se-  
dem petunt, aut Gehennæ loca, vel purgatorios ignes,  
aliqua eis ianua referetur, qua illuc introeant. **I**  
respondendum est, nullam huius portam, nec esse, nec  
aperiri. Primò autem circa inferni loca speculandum  
occurrit, idem circa purgatorium locum, & puerorū  
lymbum, hæc enim sibi loca contermina sunt in cor-  
de terræ, quod infra nos est, vt in prioribus probatum  
est. Iter autem ad ista pænalia loca est per viscera  
terræ, scilicet si quis illuc tendere deberet viator, ne-  
cesse erat terram scindi, aut aliquem magnum patere  
hiatum vsque ad locum, in quo pænalia ista recepta-  
cula sunt. Cùm tamen animabus damnatorum ad  
stygiæ sedes descendendum est, nulla terræ vorago  
aut fenestra magna, vel parua aperitur: qua iter ani-  
mabus pateat vsque in pænalarum loca, nec ab anti-  
quo aliquod tale conditum est. Hoc autem dupliciter  
patet: primò quidem ex his, quæ supra inducta sunt,  
scilicet, quod cùm animæ de corporibus egressæ recepta-  
cula sua, Paradisi, aut Auerni, vel purgatoriæ clemen-  
tiæ petiture sunt, nō tranſeunt spacia media, sed mox  
vt à corporibus egressæ fuerint, in inferno sunt, aut in  
ætherea sede. Hoc ergo consistente nullius fenestræ  
vſus necessarius est, vt infernus aut aliud animarū pa-  
teat receptaculum. Porta quippe in Gehenna neces-  
saria esset, vt illi, qui foris manerent intra reciperen-  
tur: sed vt inductum est, anima infernam petura  
manſionem mox vt corpore soluta fuerit, intra ipsa  
Gehennæ incendia conuoluta est: Porta ergo in in-  
ferno nulla expedit aut aliqua vorago, vel hiatus.

**S**ecunda ad idem ratio est, quoniam porta fit, vt ali-  
quid introeat, quod non existente porta, vel hiatus  
ingredi non valebat: animæ tamen, & cuius bet spiri-  
tui æquæ facile est per lapidem aut parietē, vel lignū  
introire sicut per patentem ianuam: non oportebat  
igitur nec qualitercunque expediebat, vt ianua quæ-  
cunque in inferno pateret, qua ingressuris animabus  
iter panderetur. Quod autem animabus æquæ faci-  
le sit lapidem, aut parietem penetrare sicut per por-  
tam transire, patet, quia causa quare homini peruium  
non sit lapidem aut parietem penetrare, sicut per por-  
tam aditus patet, est resistentia vnius corporis ad alte-  
rum. Quodlibet namque eorum diuisibile est dimen-  
siones habens: sed nequit fieri penetratio dimensio-  
num, iuxta Arist. doctrinam quinto Physicorum. In  
animabus autem è contrario accidit: quoniam anima  
dimensiones nullas quantitatis habet, quam ob rem  
nullum corpus occupare potest, nec est in hoc pen-  
etratio dimensionum: nam anima diuisibilis est: ideo  
sibi in diuisibile competit in transitu: nam nec ipsa  
corpora penetrabit, nec ei corpora vllum præſta bunt  
impedimentū. Quæ igitur anima Gehennalem peti-  
tura sedē totū mediū pertranſire, non erat necesse ali-  
quas esse fenestras factas, aut hiatus terræ, quibus anima  
bus ad viscera terræ, & tartarea regna pateret accessus.

*Obiectio contra prædicta. Cap. CLXXX.*

**C**ONTRA hæc autem aliquis molietur inducere  
nitens viā esse, qua eatur in tartareas sedes, & por-  
tas, quibus illuc introitus sit. Sic enim ponit Virg. in  
6. Aeneidos, vbi latissime descensum describit Auerni,  
& loca, quibus illuc eatur atque locorum condi-  
tiones. Loquitur autem primo de hoc Sibila Cumœa,  
vel Erythrea vt alij appellare volūt. Hæc enim Ege-  
næ ad inferos descendentem dirigebat dicens.

*Tros Anchisiade, facile descensus auerni.  
Noctes atque dies atri patet ianua Ditis,  
Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras,  
Hoc opus hic labor: pauci quos æquus amauit  
Iuppiter  
Aut ardens euexit ad æthera virtus  
Dij geniti potuere, tenent media omnia syluæ  
Cocynque labens sinu circumuenit atro.*

In quibus Sibyla ad Eæneam loquitur dicens.  
Tros, id est Troiane Anchisiade, i. filii Anchise, facile  
est descendere ad Auernum. Ianua quippe Ditis prin-  
cipis inferorum diebus, & noctibus patens est, sed re-  
dire ab inferis ad videndum coelū, & spirandas istas au-  
ras labor est, & rarissimi possunt nisi filij deorum, &  
hi, qui propter magnarum virtutum excellentiam in  
sydera translati sunt, quos semideos appellauit geni-  
litas, & in circuitu huius Auerni quidam fluius ni-  
ger est cocytum illum appellauit antiquitas. De por-  
tis quoque, & descensu ad inferos euidentius idem  
Virg. agit in eodem sexto Egeidos dicens.

*Hinc via tartarei, que fert Acherontis ad vndas  
Turbidus hic cano, vastaque voragine gurgis  
Aestuat atque omnem Cocyo eructat arenam.  
Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat.  
Terribili squalore Charon.*

Ecce n. descēsum, & flumina posuit circūdantia re-  
gionē inferorū, & ipsum animarū portiorē, qui Cha-  
ron dicitur. Hanc eandē sententiam de via, & descen-  
su ad inferos ponit Seneca in tragedia prima, quæ di-  
citur Hercules furens in carmine sexto, vbi introducitur  
rex Amphitruon quærens à Theseo consorte Her-  
culis de descensu ad inferos, & portas.

Idem

Idem quoque Ouid. Metha. lib. 4. cum de inferorū si-  
tu agit, scilicet.

*Est via decliuis funesto nubila saxo  
Ducit ad infernas per muta silentia sedes,  
Styx nebulas exalat iners, vmbraque recentis  
Descendunt illac simulacraque funesta sepulchris,  
Palor hyemsque tenet late loca fœta, nouique  
Qua sit iter manes stygiam quod ducat ad vrbem  
Ignorant, vbi sint nigri feræ regia Ditis  
Mille capax aditus, & apertas vndique portas  
Vrbis habet.*

Quorum sententia est: via, qua itur ad inferos, &  
decliuis, id est descendens, & nebulosa opera fagis tri-  
stibus, atque loca itineris muta sunt, qm̄, & si ibi mul-  
ti sint, neino tñ loquitur quidquam: ibi enim fluuius  
vel lacus, vt alijs placet: styx dicta est, quæ nebulas exa-  
lat. illuc enim descendunt animæ recenter egressæ  
de corporibus, & figuræ corporum, quæ manent in  
sepulchris. Hæc loca itineris spinis plena atque palida  
sunt faciem prætententia hyems, animæque noniter  
solutæ corporibus quò ad vrbem infernam peggatur:  
iter ignorantes per sylvas vagantur errantes. Habet  
tamē ciuitas illa mille introitus, & amplissima recepta-  
cula: omnes autē qui poetice loquuntur, hunc sequuntur  
modum ponentes iter ad inferos, & portas, qui-  
bus illuc introeatur animabus: ergo introeuntibus lo-  
ca inferorum portam assignare necesse est.

*Responsio obiectiois motæ præcedenti capitulo.  
Cap. CLXXX.*

**H**IS rñdendū est, non esse hanc poetarum inten-  
tionē, q̄ in cortice literæ designetur, cū officium  
poete sit veritate quibuslibet exquiritis modis loquen-  
di palliare: sed q̄dam alia intelligebat secreta, de quibus  
per singula dici non expedit. ampliore. n. illa operis  
facerent diffusionē, sed ista propter vulgares sic enar-  
rabant, quæ vulgaribus credita erant, & ipsi poeta: iō  
proferebant exornantes, vt sic quoque veritas putaretur.  
Et q̄ quædam horum à poetis sic vt dicebantur  
credita esse fateamur fortassis, inconueniens nullum  
erit, qm̄ ampliores interdū infanias ex intentione pro-  
tulerunt, nec quidem ipsi duntaxat, sed et Phylolo-  
phi, qui veritatem quoad eis facultas fuit inquirere  
molli sunt, in plerisque defecerunt, vt ab Arist. mul-  
totiens eorum antiquæ improbatū positiones. Quo-  
cunque igitur poeta ista protulerint siue ex intentione,  
siue vulgaribus suadentibus, recipiendi non sunt,  
qm̄ rationes in eos necesse militant, vt inductum est.  
Adhuc autē quispiam obijciat non solum poeticis sicut  
tum esse dogmatibus inferorum loco portas habe-  
re, & viam qua illuc tendatur, sed, & hoc experien-  
tia teste cognoscitur. Nam in insula siculorum mons  
Etna famosus est, in quo ruptura quædam grandis est,  
& os esse inferni vulgaris sententia prodit. Est quoque  
Vulcanus mōs terræ eiusdem, in quo ruptura similis  
est: huic fidem accommodant: qm̄ per has terræ rup-  
turas ignium eruſtationes magna sunt. Addunt  
quoque in his gemerium animarum audiri lamenta.  
His respondendū est, rupturæ Etnæ montis, & Vulca-  
ni similitudine non esse inferni voragine, aut paten-  
tes portas, nec ignis q̄ per eas erumpit de infernis sedi-  
bus prodit, sed sunt aperturæ quas ignis in ipsis terræ  
viceribus conceptus facit exurens atque consumens  
qui in sulphurea natura ortum habuit. hoc latius su-  
pra inductum est cū de inferni locis, ageretur. Cùm  
verò dicunt gementium animarum eiulatus resonare,  
dicendū est esse saluum: nā, & si ibi infernus esset, voces  
Alph. Toff. Parad.

tñ audiri aut formari non poterant. Quod patet, qm̄  
voces in organis vocalibus duntaxat fiunt, cū ille, qui  
vocat debet organa vocalia habuere, vt ait Arist. in  
2. de Anima. animabus tñ à corporibus seiunctis si-  
cut in inferno manēt, vocalia organa nulla insunt, qu-  
bus voces formare queant: voces ergo nullas formāt.  
Si quis vero dicere velit facultatē vocandi animabus  
manere apud inferos: nam, & si corpora cōnata sibi  
tunc vnita non habeant: possunt tñ formare corpo-  
ra de aere in quibus formabunt voces. Ad hæc autem  
dicendum patet, animabus in inferno nullam esse  
potestātē vocatiuam, nec corpora aerea coniuncta  
habeant, in quibus vocare possint. Corpora namque  
aerea ad aliquam specialē operationem assumuntur:  
sed in inferno nulla videtur necessaria operatio, pro-  
pter q̄ corpora recipere debeant, imò nullam habent  
operationem præter recipere penas, corpora igitur non  
assument. Amplius autem, & si animæ, quæ apud in-  
feras sedes manent, aerea corpora fabricatis sibi su-  
sciperent, Deus quoque eis quantum agere possent,  
agere sineret, non possent in assumptis corporibus  
manere apud inferos. Corpora quidem aerea ad ali-  
quam soliditatem condensata hmidata atque tenera  
sunt: in igne ergo gehennæ manere non possent, sed  
mox consumenda erant: est enim ignis Gehennæ vo-  
rax valde: omniaque hmōi corpora velociter de-  
uastaret. Non videtur ergo vlatenus, vt animæ in in-  
ferno vocare queant. Cùm verò quidam in voragine  
Etnæ montis, & Vulcani aliorumque similitum gem-  
mentium animarū audiri lamenta afferunt, respōden-  
dū est hanc fictionē esse dicentiū: nihil quippe tale est.

*Obiectio contra prædicta, & quadam alia.  
Cap. CLXXXI.*

**A**Dhuc autē quispiam ad prædictam insisteret non solū  
inferorum vrbem portis, & voraginibus patere atq;  
clausuris interdum: sed hoc et elici ex sacra scripturæ  
testimonijs. Sic enim Dauid Psalm. 23. scribit dicens:  
Attollite portas principes vestras, & cleuamini por-  
te æternales, & introibit rex gloriae. Hoc autem  
Ecclesia intelligit atque recitat de portis inferorum,  
& demonibus claudentibus illas, & Christo descen-  
dente atque confringente vestes eius, de quibus mones autem  
harum portarum principes appellantur, quia ipsi lo-  
cus ille inhabitadi, & animas miserabiles loco illi ma-  
cipatas puniendi potestas data est. Amplius quoque  
appareret inferorum loca portas habere, & vias illuc  
deducentes: sic enim in agenda pro mortuis in quo-  
dam responſorio cantat Ecclesia, scilicet: Libera me  
Domine de vijs inferni, qui portas æreas confregisti,  
& visitasti infernum. ecce enim inferni portæ æreæ  
prædicantur, & vias illuc perducetes habere, idem autē  
Iſa. 5. ca. dicitur: Propter hoc dilatauit infernus animā  
suam, & aperuit os suum sine termino. Ecce enim  
os inferni dilatatum patet. Christus quoque inferni  
portas commemorat. Sic patet Matthei 16. cap. scilicet:  
Tu es Petrus, & sup hæc petram ædificabo Eccle-  
siam meam, & portæ inferni non præualebunt aduer-  
sus eam. Infernus ergo portas habet, & illuc perducen-  
tes vias. Huic autem respondendum, quod, & si ex  
verbis sacrae scripturæ inferri videatur infernum vias  
habere, & portas, non est tamen iste sensus, qui in lite-  
ræ cortice sonat: sed ad sensum allegoricum ista ver-  
ba referenda sunt: multa nempe in sacra scriptura sūt,  
quæ secundum literæ corticem intelligi nullatenus va-  
lent, sed ad allegoriam pertrahenda sunt. Sic enim  
vt in plurimum in prophetis est, qui in sensu parabolico  
loquuntur, sed ad quendam aliū sensum reducunt.

Q 3 Sic

Sic autem in his intelligendum est nullas esse inferni portas, nec voragine patentis, aut itinera: sed scriptura vocat inferni portas vel seras conformans se modo vulgaris locutionis, innuens infernorum sedes obferatas validis portis, & vestibulis fore, vt significetur difficultas excundi. Et quoniam, qui gehennalibus incendijs semel mancipatur, nunquam inde exit, vocantur portæ inferni æternales, id est in æternum clausæ manentes, atque continentes nequis exeat. Sic n. patet Psal. 23. Eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloria. Et quoniam durissimum erat cuique semel marientur apud inferos egredi inde: positum est has portas durissimas esse. Et quia durissimorum calibus esse videtur, de aere positæ sunt. Sic enim vocat Ecclesia portas æreas in responso pro mortuis dicens: Libera me Domine de visis inferni, qui portas æreas cõfregisti: Quod autem hæc testimonia sacræ scripturæ, in quibus infernus portas habere dicitur, sicut allegoriã accipiendæ sint, ex eisdem patet: nam in auctoritate Isaiæ dicebatur. Propter hoc dilatauit infernus animã suã, & aperuit os suum siue vltimo termino. Hic dicitur animam inferni esse quod manifeste falsum est: anima namque in solis animalibus est, infernum aut nemo animal appellabit, qui quicquid sapiat: sed vocatur anima desiderium deuorandi animas defunctorum. Os aut dicitur apertum sine termino, vt signet amplam receptio animarum. s. quod multa reciperentur, quam ob rem apertum os sicut in animalibus esse debet. Idem aut ex auctoritate Saluatoris Math. 16. p. adter: dicitur enim. Et portæ inferni non præualebunt aduerfus eam. Ex quo patet euidenter portas inferni nequaquam pro portis assumi: quoniam istæ portæ non præualebunt, in quo innuitur aliquas vires anima tæ rei ad innuendum, & pugandum habere: sed portæ animatum nihil est, cui præualere aut succumbere inquit, inanimatis enim rebus nulla talis inest actio. Ex verbis tñ Saluatoris aliquas vires inesse patet portis inferni ad præualendum. Nam, & si non præualeant cõtra Ecclesiam, quia Christus eam fundauit, aliquo modo tñ præualere poterant, & vires eis ad pugandum inerant. Si autem portæ istæ essent materiales, de quibus verum esset, qd præualere non possent, verba Saluatoris superflue dicta viderentur. Nam manifestum videbatur, quod portæ quæ materiales sunt, nullatenus præualere possent. Velut si quis diceret, pulserem terræ nõ præualiturum contra Ecclesiam, prorsus. n. superflue dictum videretur. Christus tamẽ supflue nihil diceret: ne scilicet hoc est dicere: necesse est igitur, vt portæ illæ, de quibus Christus loquebatur, aliquatenus contra Ecclesiam præualere possent, nisi ipse faceret: portis autem materialibus hoc impossibile est conuenire, cum nulla eis correspondeat actio quia nihil animatum sunt. Necesse est igitur hanc Christi auctoritatem non intelligi de portis inferni naturaliter sumptis: sed necesse est vt allegoria, ita vt portæ inferi aliquid spirituale sit, s. tentationes demonũ, quæ ad hoc nituntur, vt totam à fundamentis subuertant Ecclesiam. Vocant quoque portæ inferorũ persequutiones terrenorum principum in Christianos ad deletionem nominis Christi debachantiũ, compellentiũque Christianos ad infanda sacrificia idolorũ sub capitali sententia. Vocantur quoque portæ inferi versutia hæreticorum contra catholicos ad veritatẽ catholicã subuertendam: hæc. n. oia inferorum portæ sunt: quia ipsa sunt principii pditionis æternalis in Gehennam. Hæc autem simul portæ inferi, aut quis earũ non præualerit ptra Ecclesiam Christi. Vniuersa enim quæ demonũ molimenta erant corruerunt. Ex p̄dictis illatũ patet, hæc sacræ scripturæ testimonia cõuenienter exponantur non inducere Gehennalibus

Quo facta scripura dicit inferni portas esse nullas sint.

Quid per portas inferi voluerit Christus in Euangelio.

bus sedibus portas vilas aut ora esse. Inconculsa ergo manent quæ dicta sunt, scilicet nulla itinera ad infernas sedes perducunt esse. nullasque portas, aut seras, vel patentis voragine, quæ ora appellamus. Nulla enim via animæ in æterna incendia tendunt, nullasque ad ingrediendum portas habent, nullisque indigent. Quod si stygiæ vrbis aliqua perductiua illuc via esset, aut porta, vel patens vorago, non erat necesse, vt illac animæ stygijs incendijs mancipandæ pergerant, nec per patentis introirent portas. æque enim eis liberum erat atque per facile per totam terræ grossiciem nulla data via, aut patentibus ingredi portis, sicut si via latissima existeret: atque amplissima, & semper patentis portæ, ex rationibus supra tactis. Primò quidem quoniam per medium non transeunt: ideo via eis nulla necessaria, imò nec possibile est. cū via medium inter terminos dicat. Secundo quidem quoniam, & si daretur vlatenus animas transire per medium, tamen nihil eis mediantia corpora præstant impedimenti, cum anima indiuisibilis sit, & diuisibili spacio transitura non egeat.

Quomodo anima à corpore egrediatur cū soluta fuerit corpore.

Cap. CLXXXII.

DE anima autem in prælibatis dictum fuit quod quolibet loca transire nullo penitus impedimento obstitente: an clausa, vel aperta sint. Et sicut de anima dicuntur relata ad alterum, scilicet ad altera corpora, ita si eam ad corpus, in quo est conferamus, scilicet, quod cum anima per mortem à corpore soluitur, potest egredi per partes apertas sicut per os, & nares: aut per partes clausas, vt per dorsum, & latera, manus, caput, & pedes. Multumque errare probatur, qui morientibus animas solutas ore semper exalari dicunt, vel vt si ille locus transitus eorum sit non enim magis egreditur ore quam per cæteras corporis partes. Imò si strictius propriusque loqui velimus, anima, nec per os, nec per quascunq; corporis partes à moriente emittitur, quamquam eam egredi ambiguum non est. Emitti quippe animam per os, aut cæteras corporis partes est transire per medium, scilicet per os aut per grossiciem cæterarum particularum corporis, sed cum armonia corporis humani, secundum quam anima in corpore consistit, perit, moritur homo, qui per hanc duarum partium vnionem consistit, & mox nullo facto anima in Gehenna si supplicio, aut ætherea sede, vel purgatoria clementia collocata est, nec transit per corporis particulas, sicut nec transit per locorum mediorum spacia. In hoc etiam nimis delirantes arguuntur, qui fatentur, & astruunt infandissimi Iudæ animam per os emitti non debuisse cum perijt: quia osculatus fuerat Saluatorem nostrum, quando eum prodidit militibus missis à principibus sacerdotum, vt tenerent eum. Ipse enim eis signum dederat, dicens: Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Iesus quoque ait: Iuda osculo tradis filium hominis? De his Matt. vigesimo sexto, & Marc. decimo quarto, & Luc. vigesimo secundo. Sed cum moriturus fuit anima indigna egredi per infandum illud os, quo nostrum prodiderat redemptorem, non potuit, sed per rptionẽ viscerũ emissã est: vnde crepuit medius, & effusa viscera eius, sicut patet actuum. j. cap. Ideo hasserunt Iudæ mediũ crepuisse, & effusa esse viscera eius, vt anima, quæ per os egredi nõ poterat, per vètris egredere rupturã. Isti. n. in multis delirant, primò quidẽ in fundamẽto horũ: supponunt. n. qd anima à corpore in os morientibus soluẽda p os emittatur, qd falsum est. Nam

Arguitur quorundã opinio de anima luda.

Nam vt prælibatum est, nihil magis per os anima egreditur morientium, quam per cæteras corporis partes, quin potius si rectius dicere maluerimus, per nullam totius corporis rupturam, aut partem anima egreditur. Errant & vltius dicentes animã Iudæ coactam fuisse p viscera effusa prodire: quia per os aditus ei non patuit: quod absurditatis magnæ conuincitur: nam, & si anima per viscera egressura foret, non erat necesse vllam fieri rupturam, aut viscerum effusionem. Anima quippe indiuisibilis est, nullã obtinens quantitatem, tam ampli igitur patentis hiatus ad eius emissionem opus non erat: quin potius nullius aperturæ. Nam per quamlibet partem, etiam si minima esset, concessio minimo dato egredi posset, cum ipsa sit minus quolibet minimo in quantitate dato, vt qualitercunq; assignabili. Vnde impossibile prorsus est, ideo fuisse effusionem viscerum factam, quoniã ipsi aliter aditus non pateret. Amplius aut concessio, qd anima per aliquam partem corporis patentem exitura foret, qua non aperta necesse esset alicubi fieri rupturam, non inferitur, ideo necessariam fuisse viscerum effusionem, quia per os aditus non patebat. Multa quippe patetia præter os in corpore humano sunt. poterat nempe ei per aures aditus esse, idẽdem quoque per nares, per oculos etiam cum lachrymã, quæ corpora sunt, per oculorum fundũtur quãdam aperturas. Poterat quoque per quemlibet inferiorum hiatus libere emitti. Amplius quoque, & si cuncta memorata descenderent, posset & per poros corporis partes egredi: per has enim humores, qui corpora sunt egrediuntur. Patet igitur Iudæ non crepuisse mediũ, nec ideo effusa esse viscera eius, quia anima, quæ per os emittenda erat, per viscerum effusionem exiuit, sicut isti ad pauca aduertentes consingunt. Sed ruptura, & effusio hæc viscerum in poenam Iudæ data est atque in æternam ignominiam, vt sicut infandum ille, atque virosum pessimus contra fas nostrum prodiderat redemptorem, eiusque præter hoc singularem dominum: ita ignominiosæ mortis perpetua macula notaretur.

Quomodo animabus ad empyream sedem perducì conueniat felicilandis. Cap. CLXXXIII.

NUNC autem cum in prælibatis expositum sit, nullam esse determinatam animabus viam, quã ad inferorum sedes properandum sit, nullasque miserabile huius, & dolentis vrbis portas, aut aditus, de æthereis sedibus dicendum erit, qualiter animabus illuc perducì conueniat felicilandis. De purgatorio autem loco, & puerorum lympo atque sinu Abrahã inquiri specialiter non oportet: idẽ quippe animabus modus perueniendi illuc constat, sicut de stygia sede dictũ est, cū isti quatuor gehennales recessus cõiuncti sint, vt prepositum est. De sede igitur empyrea dicendum est nullam esse in celo portam, qua animabus ad felicitatem Paradisi introitus sit: nullam quoque esse illuc perducentem viam, quæ per aeream regionem extentam à terræ circulo, spherã quoque igneã tendatur per globum celestium corporum. s. orbis lunaris Mercurialis atq; Veneris, cæterorumq; planetarũ, ipsiusque stellati orbis atque chrystallini quousque ad empyream sedem peruentum sit. Non est enim villa ruptio aut hiatus, vel porta in his celestibus corporibus facta, qua animabus in celum distinctis transitus sit, sicut animalibus vias & introitus assignamus. Huius autem duæ inductiue rationes sunt, quæ in superioribus ponebantur. Primò quoniam anima quocunq; erit media spacia locorum non transit, sed mox vt à corpore exierit in gehennali sede, aut empyreis man-

Alph. Tost. Parad.

Alphonibus est, aut si nihil inter corpora, à quibus anime egrediunt, & loca ipsa, ad quæ pergendum est, distet. Non igitur fenestræ vllæ aut hiatus in medijs corporibus facti sunt, aut qualitercunq; fieri expediret, cum animæ hæc loca non subintrent: cū per locum non transeant: portæ tamen ad ingrediendum, vie autẽ ad gradiendũ necessarię eẽnt: nihil ergo horũ est. Secunda autem ad hæc inductiua ratio est: anima nempe indiuisibile est nullam obtinens quantitatem, loco ergo corporeo non indiget ad transeundum, vel subinttrandũ, sed si tráitus ei vllus foret, p indiuisibilia futurus erat: porta igitur nulla facta est. Aliquis tñ niteatur in p̄dicta dicẽs aliquã esse animabus ad Paradisi sedes portã factam, & consimiliter viã, qua eatur. Nam sæpe in sacra scrip. vel locutionibus sanctorum doctorũ de Paradisi porta recollit: velut cum dicitur ante Christi passionem fuisse Paradisi clausam portam. Huic respondẽdum est, hoc dici s̄m allegoriã, in sensu autẽ literali nequaquam posse accipi: nam cum dicimus ante redemptoris passionem vitę æternę portam esse clausam, est sensus, qd ante mortem p̄dictã nemini ad sedes empyreas patebat accessus: sicut in domibus est, quãdo seris conclusæ sunt. Sic quoque beata Dei genitrix porta celi aut Paradisi dicitur: sicut in quodã hymno suo habetur, quia ipsa nobis illuc eundi origo quãdam fuit, cum peperit Saluatorem.

Quis modus est euntium hominum in vitam æternam, aut in gehenna incendia, cum consumata vniuersali resurrectione hæc petierint loca. Cap. CLXXXIII.

QUAE autem in prioribus de transitu animarum locandatum apud æthereas sedes aut in gehennalibus recessibus mancipandarũ dicta sunt. animabus, quæ corpore soluta: illuc tendunt, congruenter adaptari possunt. Sed inquirere quispiã: quis modus est euntium hominum in vitam æternam, aut in gehennæ incendia, cum cõsumata vniuersali resurrectione hæc petierint loca? In quo satis constat non esse penitus eandem rñdendi s̄iam, quæ in animabus corpore solutis. Nã de animabus, qd simplices spiritus sunt, dici nequit paulisper a terra in empyreã sedẽ vel ad vrbem stygiã perueniunt moueri. Nã mediũ locorum spaciũ nõ pertranseunt, sed mox vt in terra fuerint in cõtem mationibus, aut in stygio carcere sunt. De corporibus aut in resurrectione nemo potest idẽ dicere: nã & si animabus separatis prorsus nullus motus cõueniat, corporibus tñ propriè dictus motus inest. Animabus èt p mediũ transitus impossibilis est, corporibus autẽ satis cõgruit. Nihil ergo prohibet vt facta resurrectione gñali sanctorũ, corpora paulatim in celũ p̄scenderent tráseuntis aereã paulatim regionẽ, igneãq; atq; celestium corporũ globos, quousq; ad empyreã sedẽ puenierint. In his tñ dicẽdũ, qd & si p̄dicta fieri satis possint, aliter tñ res cõstabit, s. vt cū corpora in generali resurrectione in aerea fuerint regione, nulla eius parte paulatim pertransita aut ignea euolata regione, nullamq; totius celestis magnitudinis transeundo amplitudinem, in empyreis erunt mansionibus, sicut de animabus dictum atque inductum constat. Iste quoque fuit ascensionis modus Saluatoris in celum, vt in prælibatis expositum est. Vterque autem prædictorum duorum modorum cum corporibus nostris in celum post resurrectionem ascensuris possibilis esset. Secundus tamen qui dictus est, tenebitur, cuius ratio est, quia corpora nostra in celum ascendere quomodocunq; eis illuc iter pateat, sine miraculo fieri nequit. Tunc ergo deo faciente ascensum nostrum, cū sit superfluum per totum mediũ paulatim fieri progressum, & deo æque facile sit corpora nostra illuc

Diuerfa motus ratio in animabus, & corporibus beatis.

Q4 simul

simul perducere, vel per successionem, dicendum qd f  
ea nullis interpositis medijs perducatur.

Responsio dubietatis praecedenti capitulo tacta.  
Cap. CLXXXV.

**R**ESPONDERI ergo ad praedicta debet, nul-  
las portas in caelestibus orbibus, quibus ingres-  
sus pateat hominibus ad aereas mansiones esse, nec  
eis vllas fenestras patere, quibus post resurrectionem  
illuc peruenire debeant: sicut nec animabus corpore  
solutis illuc peruenturis ista assignabantur. Nam ve-  
lut animae ad ista pergentes receptacula media loco-  
rum spacia non pertranseunt, sed vt corporibus solu-  
te sunt, in suis mox receptaculis sunt: ita & corporibus  
nostris illuc ascensuris conueniet, vt loca media no per-  
transeant, sed cum in terra fuerint, nullo pertransito  
confestim sint in aerea regione. Nullis ergo portis  
aut vijs illuc perducentibus in resurrectione opus  
erit. Etsi iam ab antiquo existerent, prorsus essent  
inutiles, cum itineribus non procederent, nec portis  
factis subintrarent, cum per medium transitum nul-  
lum agant. Amplius autem, & in aerea regione  
portae hmoi esse nequibant: quoniam coelum diui-  
sionem nullam, aut ruptionem, vel patentem habet  
hucum. Vacuitatem quippe confiteri necesse erat,  
si portam quandam per totam caeli magnitudinem  
a principio lunaris orbis in contactu sphaere ignee vs-  
que ad empyreas mansiones ponemus per omnium  
intermediorum orbium amplitudinem. Nec pote-  
rat quis respondere hanc consequentem ex praedictis  
vacuitatem aerea repleti substantia. Hoc quippe in  
regione terre, & aquae confitemur, ne quid vacuitatis  
& discontinuitatis in orbe consequatur, in caelesti ta-  
men substantia hoc fieri nequit: quoniam nihil alie-  
ne naturae sibi patitur commisceri, cum non sit de na-  
tura elementalium corruptibiliumque generabilium. Am-  
plius autem si aliquam a principio inferioris superficiei  
orbis lunae per totam mediam caelorum magnitudi-  
nem vsque ad empyrea loca fenestram patentem co-  
cesserimus, nihil prodesset ad id, quod intendebatur.  
Nam haec loca fenestrarum in diuersis orbibus non  
semper simul essent quaedam ad quaedam partes mu-  
di, alias vero ad alteram esse contingeret, quod ideo  
fieri quia corpora caelestia non equali velocitate  
mouentur, sed quaedam tardius, alia autem velocius.  
Ideo etiam si aliquando simul sint, necesse est post  
paucum seungi: velut si nunc omnes planetae in co-  
iunctione essent, non permaneret eis ista coniunctio,  
sed post paululum seiuncti forent quibusdam velocius  
alijs vero tardius motis, nec ad alteram oiodam re-  
dibunt coniunctionem vsque ad satis magni tempo-  
ris lapsum. De fenestris autem, quae per partes diuer-  
sorum caelorum factae essent, idem sequi necesse erat,  
vt cum semel eorum coniunctio tolleretur, vsque ad  
satis magna tempora alia eis non esset coniunctio, K

& coniunctis modica maneret simultas: non ergo p-  
desent huiusmodi fenestras in caelo factae hominibus  
post resurrectionem ingressuris, cum simul transire  
essent. Et cum simultas fieret, non tantum maneret,  
vt quis ab inferiori vsque ad superiorem partem suf-  
ficeret transire. Nam, etsi corpora ingressura  
duorum aut trium caelestium corporum patentes fe-  
nestras simul reperiret, alias autem inde per motum  
seiunctas, cum per illas caelorum magnitudines co-  
scendissent, ulterius ascendere non poterant: sed ne-  
cesse erat in parte illa ad subingrediendum caelestium  
orbium fieri scissionem. Nullatenus ergo positio  
ista de fenestris caelorum stare potest: multa namque

inconuenientia ex eis sequuntur. Potissimè quoniam  
nemo nos compellit ad has fenestras in caelo ponendas:  
quoniam corpora sanctorum in resurrectione ad  
caelum ascensura non transibunt locorum media spa-  
cia, sed mox vt in aerea fuerint regione expleto vni-  
uersali iudicio in aereis erunt mansionibus nullo  
pertransito locorum interuallo. Diuisiones ergo aut  
fenestras nullas patere necesse est, nec expedit, cum  
haec fiant vt per eas traseat. Amplius aut dato quod  
corpora sanctorum post resurrectionem ad empyreas  
ascensura incolatus paulisper in successione moue-  
da essent, ita vt per omnes partes medij mouerentur,  
scilicet aeream atque igneam regionem, & totum  
globum caelestis magnitudinis vsque ad Paradisi glo-  
riofam ciuitatem, adhuc necesse non erat has paten-  
tes in caelo esse portas. Corpora namque humana  
per ipsam substantiam, & magnitudinem caelestium  
corporum transirent nulla data diuisione aut vacuitate,  
sed miraculosus esset iste transitus facta peneratione  
dimensionum in corporibus sicut, Christo resurrex-  
te factum est, cum ianuis clausis introiit ad discipu-  
los, vt patet Io. 20. & Lu. 24. cap. Modus autem tran-  
situs iste fuit, vt corpus Christi non cohiberet quan-  
tatem suam ad indiuisibile, vt per indiuisibile pate-  
ret introitus, sed in tanta latitudine, & longitudine,  
in quanta maneret, per portas clausas subintraret. Et  
cum transijt non disiunxit partes ianuarum, quaedam  
implens ad locum vnum, alias vero ad alterum, vt sic  
ei pateret introitus per mediam diuisionem: sed ibi  
erant partes corporis sui, vbi erant partes portarum.  
Nec tamen partes corporis Saluatoris impediabant  
partes portarum eadem quodammodo cohibentes,  
nec partes ianuarum excludabant partes corporis.  
Iste idem modus extitit cum de monumento redem-  
ptor noster exiit lapide supposito. Idem quoque  
cum natus est de benedictae virginis utero aditus in lu-  
cem, nulla integritatis facta ruptura: sicut in j. Parado-  
xo amplius positum est. Ita quoque, in ascensu ad empyrea  
loca concessio transitu per medium corpora nostra  
transiret per substantiam corporum caelestium nihil  
diuidendo aut condensando: sicut in aere medio ad  
motum causandum facimus: sed quanta sunt corpo-  
ra nostra in latitudine, & longitudine, tantum de ce-  
lesti magnitudine occuparent, qua eis transitus esset:  
nec tamen in parte illa scissionem vllam fieri necesse  
erat, sed vbi magnitudo quinque aut sex cubitorum  
de corpore humano esset, magnitudo totidem cubi-  
torum caelestis substantiae, ita vt vnum corpus non ex-  
cluderet aut impediret alterum, velut si ibi esset so-  
lum corpus humanum, aut solum corpus caeleste. &  
duo corpora in eodem loco adaequato pssiterent. Haec aut  
naturae viribus effici nequeunt, sed miraculo opus est.  
Ex praedictis ergo patet, quis sit modus ascensionis cor-  
porum humanorum ad empyreas incolatus post vni-  
uersalem resurrectionem, nulla ad hoc data via, aut  
fenestris in caelo patentibus.

Obiectio, quod in caelo sint fenestras patentae.  
Cap. CLXXXVI.

**A**LIOVIS autem fortassis obijciat in caelo via,  
aut fenestras esse patentas, quibus ad foelicem  
Dei perueniatur ciuitatem. Sic enim ait Ouidius Me-  
tamorphoseos lib. 1. ponens galaxiam, id est circulum  
laeteum esse via perueniendi in domum Dei, cum ait.

Est via sublimis caelo manifesta sereno  
Lactea nomen habet, candore nobilis ipso,  
Hac iter est superis ad summi caelestis tonantis.

Huic

Huic respondendum est hanc albam viam ab Oui-  
dio positam non esse viam, qua ad aliquem pergatur  
locum, sicut in terra itinera ponimus. Sed vocatur  
haec via quidam circulus albus, siue lacteus in octa-  
uo caelo stellato, quem astrologi Graeco vrentes voca-  
bulo galaxiam appellauerunt, qui in latinum albus, vel  
lacteus dicitur. Vulgares hunc circulum viam sancti  
Iaco. vocant. Hunc enim circulum Ouidius viam ap-  
pellauit, quoniam pars quaedam caeli longa, & angu-  
sta candore a ceteris coniunctis distincta est ad mo-  
dum viarum quae sunt in terra. Cum autem Oui-  
dus dicit:

Hac iter est superis ad summi caelestis tonantis

Poetica fictio est. Hoc tamen posuit, quia intro-  
ducere volebat, quomodo omnes dii in vnum colle-  
cti sunt inuiti consilium cum Ioue, quomodo mun-  
dus a se delendus esset propter peccatum Licaonis, &  
alia, quae tunc temporis inoleuisse asseuerat. ad hoc fe-  
cit viam quandam, qua Deos ad atria magni Iouis ad-  
uentasse dicit, haec aut galaxias est. i. circulus ille alb.  
Similis autem modus quantum ad caelestes mansio-  
nes, & vias ponitur a Marcia no felice Capella primo  
libro de nuptijs Mercurij & phisicologi profa penul.

Amplius quisquam sacrae scrip. testimonio induce-  
re conatur in caelo esse fenestras, quae interdum aperian-  
tur, interdum vero clausae sint. Sic patet Gen. 7. cum  
de diluuiio agit, scilicet: Rupti sunt omnes fontes abyssi  
magna, & catarractae caeli aperte sunt: aliquam ergo  
in caelo aperturam esse necesse est, & per eam po-  
terint fieri introitus. Huic respondendum est, ex hoc  
nihil conuinci: quoniam caelum non accipitur ibi p  
caelestibus corporibus, sed per aerea regione. Iuxta  
illud Psal 8 Volucres caeli, & pisces maris. Vbi caelum  
aerem appellauit: de eo quippe pluuie fluunt, non aut  
de caelestibus orbibus, quoniam ibi nullae sunt: de quo  
magis super eundem locum Genesis late diximus.

Quomodo damnatorum corpora post diem iudicij inferas  
sedes petent. Cap. CLXXXVII.

**C**VM de modo quo corpora post resurrectionem  
in aereas regiones ascendunt dictum sit, con-  
sequens inquirere erit, quomodo miseris resurgentibus  
ad stygiam urbem properandum sit: an itinere  
quodam pergant; & si eis ingressuris portae quaedam  
patebunt. De modo autem, quo nunc ad inferas p-  
gitur sedes nemini ambiguum fuerit: quoniam ani-  
mae solutae corporibus illuc tendunt, quibus iter aut  
porta non competunt, vt ex prioribus inductum pa-  
tet, post resurrectionem autem reunitis corpore, &  
anima homo corporeus manens naturaliter itinere  
quo pergat, et porta qua ei in loca clausa additus pa-  
teat indiget.

Ad hoc aut quisquam respondebit: nec via nec por-  
ta iuris ad stygias sedes post resurrectionem opus esse:  
nam velut corporibus sanctorum in ascensu ad  
empyrea loca iter nullum atque porta nequaquam  
patebit: ita cum corpora damnatorum in Gehennae  
incendia descendura fuerint, Deus miraculose ea per  
solidas partes terrae clausae transire faciet: aut faciet, qd  
mox, vt in loco iudicij constiterint, expleto examine  
illo horrendo damnatorum corpora intra gehennalia  
incendia, nullo medio pertransito sint, quo pacto nec  
porta inferorum, nec illuc per ductua via proficiet.

Ad hoc autem obijciendum cuiquam videbitur  
stare non posse: nam licet Deus pro bonis miracula  
faciat, eos supernaturaliter in caelum eleuando, pro  
iniquis tamen nequaquam facit: quoniam id non me-  
rentur, nec Deus hoc male gaudium largietur, vt pro  
eis sua magnitudinis demonstraret potentiam. Dicen-

A dum ad hoc conueniens et rationi satis consentaneum  
esse, quod Deus malorum corpora terre soliditatem  
nulla facta ruptione, aut patenti voragine transire fa-  
ciat, aut ea nullo medio pertransito subito peracto  
iudicio esse faciat in gehenna. Cum vero dicitur  
Deum nulla propter iniquos miracula facere: respon-  
dendum est verum esse si miraculum ad gaudium aut  
exaltationem vel quoduis bonum proficiat damnato-  
rum. Si tamen miracula in ampliorem iniquorum  
punitioem aut miseriam tendant, inconueniens nul-  
lum est propter iniquos quaedam fieri miracula. Nec  
enim inficiari possumus miracula fieri pro damnatis:  
duo enim saltem pro ipsis fieri confiteri copellimur.  
Primum quippe est, quoniam naturaliter ignis aur.  
aqua, & ceterarum penalitatum corporalium gene-  
ra, quae in inferno sunt, in animas damnatorum agere  
nequeunt, cum spiritus sint, corporibus autem super  
corpora solum facilis est, ibi tamen grauissima pe-  
nalitas in his infligitur. Secundum miraculum super dam-  
natos est: quia naturaliter nullum corpus animalis diu  
in igne inconsumptum manere potest: Deus tamen  
efficit, vt corpora damnatorum in aeternum Gehen-  
nae ignibus mancipata sint, nec tamen vllatenus con-  
summantur: ignis tamen Gehennae viuacior atque vo-  
racior quam ignis iste noster est: ideo necesse est con-  
fiteri quadam pro damnatis miracula fieri, haec tamen  
non cedunt in gaudium, aut exaltationem, vel bonum  
vllum damnatorum, sed ad eorum vberioem misere-  
riam. Tertium miraculum adiungi potest, quod eos  
resurgere faciet cum iustis, resurrectio tamen miracu-  
losum opus est. Quod ergo pro damnatis hoc efficiat,  
vt simul in inferna sede ponantur nullo per transito  
medio, aut quod per omnia terrae media transeuntes.  
nec perducende via egeant, nec patenti voragine, in-  
conueniens nullum est, sed haec miracula in eorum  
malum cedunt. Ex dictis patet, quis modus sit anima-  
bus solutis a corpore tendendi in aereas mansiones  
aut in stygiam urbem, & quis corporibus animabus  
resumpus post generalem resurrectionem tendendi  
in eadem habitacula.

Quis modus sit animabus consistendi in caelo, ac tartareis locis.  
Cap. CLXXXVIII.

**P**RIOIBVS autem Hydre rescissis capitibus,  
nunc alterum amputandum manet, scilicet quis  
modus sit animabus consistendi in caelesti empyreo  
receptaculo, aut apud tartarea loca.

Huic responsuri premittamus apud inferos quatuor  
esse receptacula, scilicet damnatorum sedes, & pue-  
rorum lymbum, purgatorios recessus, atque sinum  
Abrahae, vt in praebitis distincta sunt. Duo autem  
horum locorum sunt animarum solutarum a corpo-  
ribus receptacula, alia vero animarum corporibus vni-  
tarum loca contentiuia sunt, etsi semper non conti-  
neant: purgatoria enim sedes, & lymbus sanctorum,  
quem sinum Abrahae appellamus, animabus solutis a  
corporibus destinata sunt: numquam enim in eisde  
corpora vlla extiterent. Sinus quippe Abrahae quon-  
dam animas sanctorum continuit, scilicet vsque ad Chri-  
stum passum, postea vero nulla ibi fuit nec in aeternum  
erit omnes enim secum Christus tulit. In purgatorio  
quoque igne animarum solutarum corporibus locus  
est, sed vsque ad diem iudicij hic manebit incolatus,  
postea vero nulli ibi manendum erit: quoniam tunc  
omnium expletis penalitatibus in sedes aereas cum  
Christo, & ceteris sanctis ascendentibus euolabunt: ab  
animabus tamen corporibus semel solutis vsque ad  
resurrectionem generalem corpora non resumuntur:  
apparet ergo in his duobus receptaculis nulla corpo-  
ra



ra animabus vnita esse, cum post diem iudicij in eis permanendum nequaquam sit. In aliis autem duobus animarum receptaculis corpora quoque erunt, scilicet apud tartareas damnatorum sedes, & in lymbo puerorum. Nam omnes animæ, quæ semel hæc subintrauerint loca, post diem iudicij, & in æternum ibi manebunt. De sedibus autem purgatorij, & sinu Abrahæ dicendum est, quod quantum ad conditionem animarum in eisdem locis receptarum, non erat necesse habere magnitudinem, aut extensam capacitatem animæ, quippe cum quantitate nullam habeant omnes quotquot sunt, etiam si infinitæ foret, in puncto, qui indiuisibile est, capi possent. Dicendum tamen purgatorij locum, & sinu Abrahæ aliquam magnitudinem obtinere capacitatis, quamquam animæ ibi manentes horum nihil exigebant: quod duabus rationibus conuincitur. Prima quidem quoniam sancti doctores totam inferorum capacitatem in quatuor receptacula vel sinus distinxerunt: infernus tamen qui diuiditur est locus: has igitur quatuor partes diuisionis necesse est obtinere magnitudinem. Corporale enim in incorporalia diuidi nequit: indiuisibile enim non diuiditur in indiuisibilia: sed in semper vltimus diuisibilia, cum ex indiuisibilibus non componatur diuisibile. Sic est Aristoteles sententia 6. Physicorum in principio. Secunda ad hoc ratio est quoniam vltimatis doctoribus communis sententia est, in purgatorio est ignis. Apostolus idem ponit i. Cor. 3. c. cū dicitur: Opus vniuscuiusquæ quale fuerit, ignis probabit, ignis autem corpus est, cum sit elementum, quantitatem ergo occupabit, consequenter autem loco indigebit. De his autem locis sciri nequit quis horum maior sit, aut quantum quilibet teneat magnitudinis: nulla enim ratio in his dari potest, vt ad inducendum aut concludendam sufficiens sit: nunc ergo incognita manent.

De puerorum lymbo ac damnatorum receptaculo. Cap. CLXXXIX.

De reliquis duobus gehennalibus receptaculis, scilicet de lymbo puerorum, & stygia vrbe, aut receptaculo damnatorum dicendum est, quod loca sint animas cum corporibus continentia, non quidem ante iudicium sed post. De his ergo manifestius est, quod corporea sunt extensionem quandam continentia, cum ibi multa corpora recipi debeant. In lymbo quippe paruulorum multa corpora erunt: nam de Gentilibus, Iudeis quoque, atque Christianis plurimi paruuli defecerunt originali infecta macula: oibus tamen, qui in originali duntaxat macula defecerunt ad paruulorum lymbu eundem est: nulli eis alterum receptaculum distinctum est: oēs enim hi in die iudicij resurgent cum coeteris in corporibus reunitis in lymbo in æternum permansuri. In gehennalibus autem incendiis damnatorum numerosa populorum multiplicium erit turba, & quædam tanti numeri, vt numerum vincere iure crederetur, atque prorsus infinita esse: infinita enim admodum gens est, quæ tartareis ignibus mergitur. Omnes quippe qui Christi fidem non continentur, æternis supplicij mancipantur. De eis etiam, qui Christicolæ sunt, omnes qui extra caritatem decesserint, æternaliter dānari necesse est. Iuxta quæ speculari occurrit, cū hi tam magnæ multitudinis sint, an infernus tantæ capacitatis locus sit, vt cuiusque locus assignari sufficiat, in quo distinctè a ceteris locari, & suscipere penas valeat, aut quomodo sunt. Aliquis autem dicit non esse apud inferos tantam locorum capacitatem, vt cuique assignari locus valeat a ceteris distinctus, quia cum turba illa quasi numerum excedat, requirebatur admiranda capacitas atque locorum extensio, quam forte difficil-

Nonquid inferus tantæ capacitatis sit, vt cuiusque locus assignari sufficiat.

limum foret assignati in corde terræ. Sed dicit infernam sedem magnam quidem capacitatem fore, nec tamen tantam, vt ad distinguendum cuiuslibet locum sufficeret distinctum à ceteris, sed quod hi sint in solidis locis terræ per dimensionum penetrationem, scilicet, quod sint intra ipsam terræ substantiam nullam diuisione partium causata in terræ partibus, sed sicut dicebatur Deum miraculose efficere, vt damnatorum corpora per terræ viscera clausa transirent, nulla prorsus ruptione, aut voragine facta: ita efficere conformiter poterat, vt damnatorum corpora intra terræ soliditatem manerent nulla facta terræ scissione, nec partium elongatione, aut condensatione. Sic quoque clausi omnia penalitatum genera recipere poterant, quæ aliis recepturi essent.

Aliquis autem fortassis nitetur inducere tantam esse stygiæ sedis latitudinem, vt omnes illuc euntes distinctis atque aequaliter distinctis locis manere queant, sua quisque supplicia recepturus. Nec solum qui recipiendi interius sunt, sed & si omnis hominum multitudo ibi mansura foret. Sic notat Ouidius metamorphoseos li. 4. describens dispositionem domus inferni cum ait.

Nulle capax aditus, & apertas vniquire portas. Vrbs habet. Id est,

Quod vrbs infernalis est valde magnæ capacitatis, habens multos recessus, & introitus, & portas ad recipiendum semper patentes. Huic respondendum, quod nullum inferendum præiudicium veritati, si quæ continet, dictum istud Ouidianum nullam facit probationem. Ouid nempe poetice loquitur, vt vulgari-bus gentilibus sententia erat, & sicut poetæ eis suadebant, ad hoc nullum aut rationis, aut authenticæ dicti inducit fulcimentum.

Quæquam tamen poetarum in hac parte minimus auctoritatis locus est, cum sola vulgi dicta, & credita recitant. Videtur tamen Ouidianum dictum aliquantum continere veritatem, scilicet quod locus inferne sedis magnam continet latitudinem, in qua manere possint omnes quotquot illuc descenderint. Est autem locus iste quædam vacuitas in corde terræ, in qua ignis est, omniaque cruciatuum genera, quæ apud tartarea sedes manent in corde terræ, sunt in aliqua vacuitate: vel nemo eorum hoc habet, sed omnes intra terræ spissitudinem secundum dimensionum penetrationes sunt, ita vt nulla scissio aut vacuitatis spatium in corde terræ sit: quia ibi damnati manent, ac si eorum ibi nemo maneret. sed totum clausum aut solidum sit, velut paries aut lapis. Hoc patet, quia non apparet, nec dari potest vlla ratio, quare quibusdam consistentibus intra terræ spissitudinem alij in vacuitate manent. Quidam tamen sunt intra concauitatem terræ: in qua ignis, & alia genera penalitatum sunt. Omnes igitur intra quandam amplissimam

erunt concauitatem in corde terræ, in qua valde multum capi possent. Quod autem quidam in concauitate quadam in corde terræ in ipsa inferna sede manent, apparet: quoniam sancti doctores infernum locum quendam esse ponunt. Si tamen in inferno nulla talis concauitas foret, in qua damnatorum corpora manerent, sed essent in visceribus terræ solidè nullam habentis scissionem secundum ea, quæ prædicta sunt, infernus locus non esset: nam locus est superficies corporis continentis, & sic concaua est ad aliquid continentium: ibi tamen non esset aliqua superficies contentiua, cum vacuitas non sit, in qua quidquam contineri possent, sed ipsum corpus solidum, & indiuisum est. Dicendum igitur est, infernum esse concauitatem

Locus inferni quædam sit.

concauitatem magnam in corde terræ, in qua recipi queant corpora omnium damnandorum distinctè atque diuersimode cruciandi iuxta exigentiam meritorum. Hoc autem nullius videtur inductiuum inconuenientis: nam cum sphaera terræ magnæ sit quantitatis, quæquam intra ipsam magna stygiæ sedis vacuitas sit, nullum inconueniens est: nec ex hoc deficiet colabentibus superioribus partibus intra magnas illas concauitates stygiæ sedis, & aliorum locorum penitentialium. Tanta quippe est terræ firmitas, vt colabi nequeat. Potissimè quia Deus, qui est agens ab intentione, ad aliquem destinatum finem voluit hæc sic manere: vt nequam maiorum suorum penas luant. Nec ex hoc sequitur aliquod vacuum in vniuerso: nam illa magna concauitas inferorum receptaculorum, igne, aut aere plena est, vel partim ex vtroque: non erit igitur vacuitas.

Quomodo beati in celo empyreo manent. Cap. CLXC.

ENVCLEATIS autem quibusdam sententiis de modo manendi damnatorum apud inferam vrbe, ad eos, qui in empyrea sede manebunt, calamus vertendus est, qualiter scilicet ipsi in suo empyreo maneant receptaculo. In quo supponendum est, Paradisum esse quoddam receptaculum, in quo animæ a corpore solutæ ante resurrectionem ipsorum beatorum manent, cum verò resurrexerint resumptis corporibus, ibi totus homo manebit beatus effectus. Hunc autem locum in nullo nouem orbium motorum ponimus, sed in decimo orbe, qui extremus est atque æterna quiete manens, quem empyreum appellamus. Nemo autem arbitretur Paradisum locum esse magnum vacuitatis, & capacitatis cuiusdam, in quo felicibus manendum sit. Nulla quippe in orbe vacuitas dari potest. Nec quidem opinari fas est esse aliquod speciale receptaculum animarum, & corporum beatorum omni corpore solido carens: aere tamen repletum, ne qua concedatur vacuitas sicut in nostris habitaculis sit. Ibi quippe nullum corpus solidum repletum est, sed aer duntaxat, qui cum corpus raræ substantiæ sit, nullum intrare, aut manere volentibus præbet impedimentum, ac si nullum ibi ens foret: nam hoc magnæ absurditatis, & concessu indignum erat, vt inter corpora cœlestia alienæ naturæ corpus quodcumque maneret. Potissimum quia cū empyreus locus ab elementali regione distantissimus sit, in qua actio, & passio corruptio, & generatio, & contrarietas est, secundum quam causatur elementalis natura, & permanet. Non maneret autem in sua perfectione aer derentus in empyrea sede, atque ibi deum violente teneretur, aut contra naturalem inclinationem: violentum tamē nullum perpetuum est, iuxta omnium naturalium positionem. Nec quis est diffinire valebit Paradisi locum supra dorsum empyrei cœli esse, scilicet super connexam superficiem empyrei orbis. Nam super empyreum nihil est, nec plenum nec vacuum, quoniam ipsum est vltimum corporum, & rerum totius vniuersitatis. Quæquam quædam deficientes scrutinio cum ad aliquid magnum eleuari vellint, existimant super empyreum cœlum quædam esse magnas vacuitates, sed hoc nihil est. Hi tamen hoc phantasiantur, vel quia vt credo capitis virtigine patiuntur, vel quia magnas in capite vacuitates habent, & de vacuis speculari inducuntur: nec hi comprehendere valent, quomodo corpus empyreum terminus sit, & ultra eum nullum ens. Dicendum igitur Paradisum locum esse largè dictum intra spissitudinem empyrei orbis, nec est aliquis locus, pr-

terius vacuum, nec etiam aere plenus, sed ipsum cœlestis corpus, intra cuius spissitudinem animæ beatorum sunt, quas nos in Paradiso esse dicimus.

Responsio ad dubium motum præcedenti capitulo. Cap. CLXI.

IUSTA ea, quæ de Paradiso capta sunt, dicendum est, ante diem iudicij in sedibus Paradisi animas duntaxat beatorum, & angelicos spiritus esse, corpora autem aut homines in vnicis animabus substantiæ corporali nequaquam sunt. Et quia animæ quantitatem nullam magnitudinis habent, non poterit, vt eis locus assignetur, in quo esse debeant: omnes quippe in indiuisibilitate puncti capiuntur. Ideo siue poluerimus in corporibus supra cœlestibus, scilicet in empyreo vacuitatem quandam esse, in qua mansio animarum esse possit, siue omnia solida nulla data vacuitate asseramus, nihil differret quantum ad animas. nam vtroque dato æquè bene se habent. De statu tamen post resurrectionem, cuiquam insurgeret ambiguitas, cum beatis coniunctis animabus & corporibus in illa felicitate permanendum sit, corpora autem locum ad manendum exigunt in empyreo tamen locus nullus esse videtur. Huic respondendum est, quod post generalem corporum resurrectionem beati in corporibus resumptis manebunt in empyrea sede, nec erunt in aliquo loco vacuo cœlesti substantia, id est in quo non sit pars cœlestis corporis, sed intra magnitudinem atque substantiam cœlestis orbis manebunt, velut si quis hominum intra vnum lapidem, aut parietem esset nulla præexistente aut nouiter facta ruptura vel concauitate in lapide illo aut pariete. Hoc autem erit ex doribus, vel priuilegijs corporum gloriosorum, quibus facilis erit transitus per lapides, ligna, aut parietes, & quælibet res solidas nulla facta diuisione aut fractione in ipsis solidis corporibus, sed ex penetratione dimensionum. Sicut corpus Saluatoris nostri transtulit ad discipulos post resurrectionem suam ianuis clausis, sic patet Io. 20. cap. & Luc. 24. Ita autem erit corporibus beatorum manentibus in felicitate Paradisi consistere intra spissitudinem corporis empyrei: velut si in aliquo manerent habitaculo, in quo nulla alia repletio est, nisi aeris, quæ non est impeditiua corporum solidorum. Illa autem pars magnitudinis empyrei orbis, quæ a se inuicem beatorum corpora distinguuntur: cum prorsus coniuncta non sunt, nihil obstabit, quin vnus beatorum ad quemlibet aliorum valeat accedere sedibus gradus: velut si super terræ soliditatem moueretur, aer vndique claudit, sed ambulanti, quominus ad desideratum perueniat terminum, nihil obstat: quæquam iste corporalis ibi progressus necessarius aut expediens non erit vllatenus. Amplius autem substantia illa cœlestis orbis duobus beatis interiecta alterutris mutuam visionem non excludet, nec impedit: sicut aer medius non impedit, quin vnus homo alterum videat: sed potius iuuat. Et sicut species visibiles, quibus sit visio, transeunt atque multiplicatur per aerem medium quouque ad oculos intuentium perueniunt. ita per illam corpoream cœlestem substantiam multiplicabuntur, atque deferentur. Nam corpus illud, & cetera cœlestia diaphana sunt sicut corpus aerium. Et adhuc conuenientius dispositum est ad specierum multiplicationem, & progressionem per medium empyreum corpus, quam aerium: quia lucidius est atque tam raræ substantiæ sicut aerea materia, si raritatem in cœlestibus appellare fas est: nullam quoque tenebrositatem habet, nec vllatenus visum impedit. Hoc autem satis exemplariter manifestat: quoniam nos videmus astra



In 12. partibus vini, & in qualibet integrè. Quod autem de calice semel consecrato omnes biberint, patet Matthei 26. cum dicitur: Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes. Ergo ex eodem semel consecrato omnes biberunt, & sic per vnicam consecrationem partes ab omnibus bibita consecratae sunt. Quod autem discipuli biberint ex eo calice, quem Christus semel consecrauit, patet Marci 14. cum dicitur: Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex eo omnes.

*Improbatio contrapredicta, & quadam alia.  
Cap. CXCIV.*

**A**mplius autem, & si quis nulli rationi obedire volens diceret, quod quando quilibet biberat Christus consecratum illud, quod manebat, vel resumebat calicem, & iterum consecrabat, stare nequit: quia semel consecrauit, & mandauit, quod illud consecratum diuideret Apostoli inter se. Si tamen pro quolibet calicem resumeret, & consecraret iterum, non diceret eis, quod diuiderent inter se, sed cuiuslibet solum dedisset per se. Quod autem omnes illud semel consecratum diuiserint, patet Luc. 22. cum dicitur: Et accepto calice gratias egit, & ait accipite, & diuidite inter vos. Apparet ergo vnicam consecrationem profecisse pro 12. partibus vini consecrandis. Amplius autem ex necessitate rationis arguitur, quia aut discipuli in cena Domini sumpserunt sanguinem Domini in specie vini, aut nequaquam. Si autem dicitur, quod nequaquam: hereticum est, & facimus Christum mendacem, qui dixit se tradidisse corpus suum, & sanguinem discipulis. Si autem consisteamur quod susceperint, queritur quando Christus consecrauit vinum calicis, & tradidit primo discipulo, an totum calicem biberit, vel non. Non potest astrui quod totum biberit: quia Marci cap. 14. dicitur: biberunt ex eo omnes. & Luc. 24. euidentius ponitur, quod diuiserint inter se, cum dicitur: Accipite, & diuidite inter vos. Cum ergo primus biberit, & an aliquid ceteris bibendum relictum sit, queritur an qui postea biberunt, ibi sanguinem, & corpus Christi assumpserint, vel non. Si enim quilibet inde bibens corpus, & sanguinem Domini sumpsit cum hoc vnicam consecratione factum sit: ergo diuiso illo vino consecrato per vnicam consecrationem in qualibet parte diuisio nis manebat corpus, & sanguis Saluatoris, quod intendebatur. Si autem dicas, quod primus bibens corpus Christi, & sanguinem solum sumpsit: ergo Christus delusit coeteros, quibus dixit se dedisse corpus, & sanguinem suum, & nihil contulit. Et praeter hoc stare nequit, quia cum Christus proferens verba super calicem consecrauit, aut totum vinum consecrauit, aut nihil: cum partes non essent ibi distinctae: ergo vel totum consecrauit vel nihil: sed aliquid consecrauit, vt Euangelistae confirmant: ergo totum consecrauit: sed primus non totum bibit, ergo ibi mansit corpus Christi. Sed non poterat manere pars corporibus, & sanguinis, sed totum, quia alioquin Christus dilaceraretur in sumptione, quod est absurdum, & hereticum: ergo primus bibens integrum Christum sumpsit, & integer pro secundo bibente mansit, & sic de ceteris vsque ad duodecim. Non igitur oportet, vt quando consecratur vna hostia, si alia est consecrata, quod Christus inde transeat ad eam, quae consecratur priore deserta, & consequenter cum sit consecratio, & Christus nouiter incipit esse in hostia, quae descendat de caelo empyreo, vt sit in hostia. Ideo cum consecratio fit, Christus ex virtute institutionis suae per verba consecrationis incipit esse in hostia, & nunc est

in caelo empyreo, & hostia cum ante duntaxat esset in caelo empyreo, & cum incipit esse in hostia non volat descendens ad hostiam, quamquam pauca aduertentibus videtur, quod Christus descendat de empyrea sede ex necessitate consecrationis.

*Quomodo Christus volauit. Cap. CXCVI.*

**D**VOBVS ante expositis modis dici potest Christum non volauisse, & quamquam haec veritate fulciantur, intentio metaphorae non est ad aliquem horum modorum, sed ad idem tempus vtraque contradictionis extremitas referenda est, scilicet quod in eo actu, quo Christus volare dicebatur ascendens ad caelos, dicatur quoque non volare. In quo vt saepe id dictum est supponatur in Christo duas fuisse naturas, diuinam atque humanam: humana autem natura scilicet corporea proprie habet, quod volauerit ascendens ad Ethera: ibi nempe verus fuit motus, cum anima, & corpus Saluatoris ante tempus ascensionis in empyreo nunquam fuissent. Quantum ad diuinam naturam nullus fuit volatus: quia volatus est verus motus: in diuina tamen substantia immobilitas semper fuit. Quod patet, quoniam id, quod volat, volat ad eum tendit locum, in quo prius non fuerat: Christus tamen, vt Deus erat, semper in empyreo fuerat, sicut & in omnibus entibus. Hoc autem nostro concessu patet, cum dicamus Deum patrem, filium, & Spiritum Sanctum semper in empyreo fuisse gloriam angelicis spiritibus exhibendo. Nam cum Deum vbi que consisteamur, patrem quoque, & filium atque spiritum sanctum vbi que consistebimus: quoniam omnes tres vna indiuidua substantia atque natura sunt. Necessè est igitur, vbi vnus fuerit alterum quoque esse: imò quod amplius est, necessè est alterum in altero esse. Iuxta illud Io. 14. cum Christus reprehendit Philippum dicentem: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, non me cognouistis: Philippe qui videt me, videt & patrem meum: quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Non credis, quod ego in patre, & pater in me est? Amplius autem ascensus in caelum non fuit volatus quantum ad diuinam naturam in Christo: nam cum quis volat ab eo loco discedit, à quo volat, Deus tamen à terra non discessit ascendente Christo in caelum, sed ibi in aeternum manet, sicut ante fuerat, quia Deus vbi que est. Quod amplius manifestatur Matthei vltimo, vbi Christus confestim post haec in caelum ascensus discipulis suis loquitur, dicens: Ego enim vobiscum sum vsque ad consumationem saeculi. Ex predictis ergo expositum patet, qualiter Christus in caelum ascendens non volauerit.

*Pars quarta metaphora quinta, scilicet Aquila, quae venit in locum, à quo nunquam recessit.  
Cap. CXCVII.*

**C**ONSEQUENTI ordine capiti vltimi Paradoxi particula quarta adest, scilicet: Quae venit in locum, à quo nunquam recessit: de qua dicendum est sicut de coeteris huius Paradoxi, & praecedentium trium particulis de Christo exponi necesse esse. In quo quoniam duplex natura est, cum sit gigas gemine substantiae iuxta testimonium sacrae scripturae, inquirendum est quomodo cuique applicentur, & cui earum potissimè congruant. Harum prima substantiarum diuina est, cui haec verba dupliciter applicari queunt, scilicet proprie aut secundum metaphoram. Quod si haec de Christo enunciare velimus quantum ad diuinam naturam secundum propriam significationem horum

horum terminorum, ire, venire, aut recedere non congruet harum vlla particula. Diuina quippe substantia nec aliquorsum tendit, nec ab aliquo vnquam discedit loco: hoc quippe impossibile atque inopinabile intelligentibus est: nam cum ipsa infinita sit, necesse est, vt vbi que sit. Si autem aliquorsum ire, aut ab aliquo discedere loco daret, absurditatibus omnia replerentur. Sumptis ergo proprie his terminis, de Christo in quantum Deus est, dici nequit quod aliquè acceperit aut reliquerit locum. Non ergo hoc modo exponetur, quae venit in locum à quo nunquam discessit, deitas nempe nec ad aliquem locum venit nec inde vnquam recessit. Si autem secundum metaphoram sumptis terminis hanc particulam de Christo iuxta diuinam naturam applicare voluerimus, aliter dicendum erit. Multa siquidem sacra scriptura de Deo fatetur in metaphora, quae in sensu historico excreatur. Fatemur ergo hoc modo de Deo, quod ad aliquem locum veniens, inde aliquando discedat: eum quippe ad aliquem locum venire dicimus, cum ibi aliquid noui agit, quod ante non efficiebat. Velut ante confusionem labiorum in Babylonica turris edificatione Deus ibi esse non dicebatur: quoniam nouum nihil efficiebat, & quia post hoc edificatum cōsolatione Deo ibi esse non dicebatur: quoniam nouum labio idiomatica diuisit in gentes, dicitur in Babylone venisse Deus. Sic patet Gen. 11. cap. scilicet. Descendit autem Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quae edificauerunt filij Adam. Et iterum in eodem cap. dicitur: Venite, & descendamus, & confundamus linguam eorum ibi. Hoc tropicae locutionis genere veteres dicimus filium Dei venisse ad aliquem locum, scilicet in virginis alium, & quamquam iste aduentus proprie aduentus non fuerit: quia tamen aliquid noui factum est, quod ante non efficiebat, scilicet, quod carnem sumpsit, quam ab aeterno nunquam assumpserat, dici potest verbum diuinum venisse in virginis vterum. Alia autem particula, scilicet, à quo nunquam discessit: non potest applicari Christo in hoc sensu metaphorico secundum naturam diuinam: nam velut tropicae locutionis genere veteres dicimus, quod Christus in virginis vterum aduentauerit, ita & eum inde aliquando recessisse verum est. Nam nouem duntaxat mensibus verbum diuinum carnem assumpserat, & sub assumpta manendo stetit in virginis alio. Expleto autem tempore in lucem editus est, nec ibidem ultra mansit in assumpta carne. Christus ergo in quantum Deus erat à virginis vtero recedebat praedictae locutionis tropicae modo: nam velut aliquando carnem assumere cepit, quam ante nunquam assumpserat, ita aliquando assumere desijt, & sub assumpta manere in vtero. Christus ergo Deus à loco, in quo aliquando fuerat discessit: non potest igitur in hoc sensu praedicta applicari particula.

*Expositio quartae partis quintae metaphora, prout Christus erat homo. Cap. CXCVIII.*

**A**LIA autem in Christo natura est, scilicet humana, secundum quam etiam praedicta verba applicari queunt. Vnde secundum propriam vocum significationem aut secundum metaphoram applicatio fieri potest. Si autem propria vocum vtatur significatione, manifestum est, quoniam congruunt: Christus siquidem vt homo erat ad aliqua loca venit, imò ad plurima, quoniam tota vita sua in motu erat, vt expleteret opus, ad quod missus erat, scilicet seminando doctrinae verbum. Secunda tamen particula in hoc sensu non conuenit, scilicet à quo nunquam discessit, nam quamquam Christus ad multa venisset loca, nullus tamen fuit, à quo non discederet nisi de em-

pyrea sede intelligere voluerimus, quoniam postquam Saluator noster in caelos ascendit, ab empyreo nunquam discessit, & licet in quotidiana consecratione in hostia, & calice sit, à caelo tamen empyreo nunquam discedit, vt in prioribus expositum est. Hoc autem quamquam veritate nixum sit: non tamen accedit ad sensum huius metaphoricæ locutionis, quod ex eiusdem verbis manifestum sit. Non enim dicitur, quod Aquila ista iuit ad aliquem locum, à quo nunquam discessit, sed, quod venit in locum, à quo nunquam discessit. Quod ergo Christus in empyream sedem ascenderit, non est venire sed ire: quoniam venire verus nos est. Christus igitur in quantum homo erat, non venit in caelum empyreum, sed iuit. Non potest ergo ista propositio de ascensu Christi in caelum intelligi quamquam inde nunquam discesserit. Si verò de Christo, vt homo est, hanc propositionem intelligi voluerimus, secundum sensum metaphoricum stare nequit: nam si Christum ad aliquem locum secundum metaphoram venisse fateamur, nullus tamen erit locus, de quo Christus secundum metaphoram non recesserit, quod patet. Nam Christus secundum quod homo nunquam in aliquem locum venit secundum veritatem motus, à quo verè non recesserit. Differentius ergo facilius concedetur in sensu metaphorarum nunquam eum in aliquem venisse locum, à quo nunquam discesserit. Facilius quippe est propositionem in sensu allegorico, vel quocunque mystico veram efficere quam in literali, quod patet: nam de Deo multa secundum tropicum loquendi genus concedimus, quae secundum literam veritatem magnae foret absurditates pertinentes ad haereticam prauitatem. De Christo quoque vt homo est multa metaphora vtentes fatebimur, quae in veritate literae negaremus: ipse quippe in hostia consecrata est non solum vt Deus, sed vt homo: quia ibi verum corpus suum, & sanguis manent. Et adhuc proprius in hostia est in quantum est homo, quam in quantum est Deus ex viribus verborum consecrationis, quae de corpore, & sanguine proferuntur nihil attingentia deitatem, sicut latius explanatum existit in secundo Paradoxo figurato super particulam: Qui videbatur. Hic autem Christus homo quaequam in millibus hostiarum in consecratione esse debeat, à caelo empyreo non discedit. Si tamen recessum secundum metaphoram assumi placuerit, concedetur Christo de caelo discedere, aut in terram venire, vt homo est: quoniam quotidie esse sumit in qualibet hostia consecrata: prius verò quam consecratio fieret nullus erat motus in hostia, nec ibi Christus erat. Hoc autem vulgares ad aliquem locum venire dicunt, cum quis ibi esse incipit, vbi prius non steterat. Nequeunt ergo praedicta de Christo, vt homo est, sub metaphora dici.

*Dubietas penes praedicta. Cap. CXCIX.*

**C**VM autem ex praedictis constet has duas simul particulas de Christo secundum quod Deus est secundum literalem sensum non praedicari: nec ambae secundum literam enunciantur, secundum metaphoram quoque de eo verè vtraque non praedicatur, inquirendum restat an accipi possint, ita vt altera pars de Christo, vt Deus est enunciatur: altera verò Christo, vt homo est, congruat. Tunc quoque erit duplex modus, scilicet vt vtraque secundum allegoriam accipiat, aut vtraque secundum literam assumenda sit. Si autem vtraque secundum literam primariam significationem assumatur, erit ista applicatio, scilicet quod Christus secundum quod Deus in aliquem veniret locum verè, à quo secundum quod homo in sensu



sensu metaphoricum nunquam recessit. Et tunc vtraque pars falsitate manifesta notatur. Nam Christus ut Deus erat, in nulli loco verè venisse potuit: quoniam ubique totus, & semper est, atque in hunc modum semper fuit, ut in precedentibus inductum est. Secunda quoque pars falsitate non caret: nam Christus ut homo nunquam in quemquam locorum venit, à quo non recessit. Si forè de cœlo empyreo arguere velis, quod Christus postquam ibi stetit nunquam inde recessit. Respondendum est, quod Christus, secundum quod homo non venit in cœlum empyreum, sed iuit in illud, ut prius declaratum est. Possimus autem è contrario hæc intelligere, scilicet quod Christus secundum quod homo in aliquem locum venerit, à quo secundum quod Deus nunquam recessit: hoc autem fulciri veritate manifestum patet. Nam Christus ut homo erat ad multa venit loca, ab eis tamen, ut Deus erat, nunquam discessit nec à quouis alio locorum: nec tamen est iste sensus, quem intendit istud figuratum Paradoxum, ut in prioribus expositum est. Aliter autem hoc dictum applicari potest Christo, ita ut vna particula de eo, ut Deus est, alia verò de eo, ut homo est, intelligatur: vtraque tamen secundum metaphoram, scilicet, quod Christus venit ad aliquem locum, à quo nunquam recessit, scilicet, quod Christus secundum quod Deus venit in aliquem locum, à quo secundum quod homo nunquam recessit. Hoc tamen stare nequit, quoniam altera pars istarum vera est, scilicet, quod Christus secundum quod Deus venit in aliquem locum, assumpto venire secundum tropum: hoc nempe tota facta scriptura concedit. Secunda particula falsitatem continet, scilicet quod Christus steterit in aliquo loco, aut venerit ad eum à quo secundum metaphoram non recessit, ut homo erat. Nam etiam si nunquam secundum sensum literalem à cœlo empyreo Christus recedat, ab illo tamen recedit quotidie secundum metaphoram, ut prius expositum est. Aliter autem propositio ista è contrario intelligi potest, scilicet, quod Christus secundum quod homo in aliquem locum venit assumpto venire secundum metaphoram, à quo ipse, ut Deus erat, nunquam discessit, assumpto recessu secundum eundem modum tropicæ locutionis. Hic autem sensus stare nequit: nam licet prima pars, scilicet, quod Christus, ut homo venit in aliquem locum, metaphoricè sumpto venire, veritatem continet: nullus tamen locus est à quo Deus secundum metaphoram non recedat. Quotidie enim in consecratione Christus ut homo est de cœlo venit assumpto venire secundum metaphoram: ab eadem tamen hostia Christus ut Deus est, recedit si recessum metaphoricè assumamus, quia esse incipit aliàs. Sic enim dicimus Deum ab animabus recedere, cum male fieri inceperint. Sic patet 1<sup>a</sup> cap. 59. Iniquitates vestras diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Prius tamen cum eis Deus fuerat: hic enim recedere sub metaphora assumitur. Non potest igitur iste sensus manere. Nunc autem dicendum est prædictas particulas de Christo, ut Deus est, accipi debere duntaxat. Et nõ est accipienda vtraque secundum sensum metaphoricum, nec vtraque secundum sensum literalem: sed altera in metaphora alia verò sub veritate sensus literalis, scilicet, quod Christus secundum quod Deus venit carnem assumpturus in virginis uterum, ab eodem tamen nunquam recessit, vtraque aut veritate fulcitur. prima in sensu tropico continet veritatem, scilicet, quod Christus, ut Deus venit carnem assumpturus in virginis alium, assumpto venire sub metaphora secundum veritatem literè non potest exponi, quia non venit in virginis uterum filius Dei, sed ibi

semper extiterat, ex quo beata virgo esse cepit sicut in ceteris fuit, & erat. Sed venit in virginis alium assumpto venire in mystico sensu, scilicet, quod nouum effectum filius Dei fecit in virginis utero, què ante hoc nunquam fecerat: quoniam aliquando ab ipsa, & in ea carnem suscepit, quam ante hoc nunquam assumpsit. Post hoc etiam nunquam carnem in eadem suscepit. Hoc igitur modo accipiendum est, quod Christus in aliquem locum venerit, scilicet in virginis uterum. Secunda in hoc particula est, scilicet, quod Christus, ut Deus nunquam discessit ab utero virginis, Deus enim ubique est, nec ad aliquem locum ire potest, quia in eo iam est, nec ab aliquo discedere potest, quia nihil est quod tendat. Velut si aliquod corpus secundum quantitatem infinitum foret, ad nullum locum ire poterat, quoniam iam in eo erat: nec ab aliquo loco discedere valet, quia nõ est quod vadat. Hoc autem modo necesse est hanc particulam exponi de Christo, scilicet, quod venit in locum, à quo nunquam discessit.

*Pars quinta metaphora quinta, scilicet Aquila, quæ quiescit.*  
Cap. CC.

**H**VIVS quinti figurati Paradoxi particula quinta est: Quæ quiescit. Hæc autem particula ad Christum, qui Aquila dicitur, sicut cætera præposita particula referri debet. In quo advertendum, quod istud verbum quiescere æquiuocè dicitur. signat enim cessare a motu maxime à locali, & importat delectari, siue secundum rationem, siue secundum sensitivam virtutem, ut in animalibus est, cum aliquod obiectum delectabile applicitum eis est, in quo gaudent, & delectentur. Cum verò quisquam hominum aliquid tale habet, eum quiescere dicimus. Hæc autem duo importantur per vnicam vocem in idiomate hispanico: ista tamè latina dictio quiescere non æqualiter vtrumque importat, sed nos trahimus ad illa. Propria autem eius significatio est à motu cessare. Hæc autem tantummodo significatio viri peritissimi quibus in proprietate vocum distinguendi cura est, hæc dictione videntur. Nunc verò quoniam in hoc termino equiuocatio est, cuiquam in ambiguo erit, in qua significatione assumendum est: an in vtraque æqualiter assumi queat. Cui respondendum est: quiescere hic pro cessatione à motu necessario sumendum esse, & nequaquam pro gaudio, vel letitia quavis. Nam si hic quiescere ipsum letari diceremus, aut tam pro letari quam pro motu localis cessatione assumatur, superflue essent duæ particulae, quæ infra habentur. scilicet, quæ gaudebat, & non gaudebat. Necessario igitur dicendum est solum accipi pro cessatione à motu locali. Et quoniam quies motum præsupponit, non potest dici quiescere, quod nec per se, nec per accidens moueri potest. Quod fit ut impossibile sit hanc particulam de Deo intelligi: tunc enim nec moueretur, nec quiesceret. Sed de Christo, ut homo erat, intelligitur. Hoc enim modo in eo proprius motus est. Quamobrem propriè quiescere poterat. Christus quippe ut homo erat ad naturam pertinebat corporalem, quæ est subiectum omnium motuum. Et quia terminus motus quies est, vt apparet ex toto processu librorum Physicorum Aristoteles, sicut in Christo varij modi motus erant, ita quoque erant variae quietes. Erat in Christo motus alterationis, quia res de vna qualitate mouetur in alteram. Hanc enim in Christo poni necesse est, quoniam aliquando frigidus, interdum verò calidus erat. Sic quoque de cæteris qualitibus, quæ sunt conditiones corporum, ad quas est motus, secundum quas ipse patiebatur a causis agentibus

ribus naturalibus, de quibus latè dictum est in paradoxo tertio super partem: Qui patiebatur, & non patiebatur. Quantum ad hunc motum alterationis in Christo assignaretur in eo quies, scilicet consumatio in acquisitione alienius formæ qualitatiuæ, & quod non sit vltior actio ad generationem formæ illius. Erat autem in Christo homine alius motus, qui dicitur augmentatio. Hunc enim ad maiorem quantitatem dicimus iuxta Aristotilem quinto Physico. Hunc autem in se Christus motum suscepit: quoniam in quantitate augmentum suscipiebat ad maiorem staturam, sicut in alijs hominibus mediocris stature motus ad maiorem quantitatem fit. Sic ait Lucas in fine secundi capituli, scilicet, Iesus autem proficiebat scientia & ætate, & gratia apud Deum & homines. Proficere secundum ætatem eum dixit. secundum magnitudinem corporis congruentem ætati: nam non potest esse sensus, quod eum creuisset ætate dicat. quod semper plures annos, & menses haberet. Sacra quippe scriptura, quidquid dicat ad declarationem aliarum veritatum dicit, quæ sub ambiguo tenerentur, aut nullatenus cognite essent, nisi scriberentur. Cum verò aliqua veritas est per se nota, ita ut nemini in dubium venire queat, superfluum est illam declaratione annotari. Sic autem de hac veritate esset, si intelligendum foret, quod Christus ætate proficeret. quod semper plures menses, & annos haberet, hoc quippe necessarium erat, quod dum Christus viueret plures semper annos, & menses haberet: nam hoc cum his entibus generale est. Ambiguitas tamen videbatur, an Christus in quantitate corpulentæ secundum convenientiam gratis suæ cresceret. Quidam namque hominum sunt, quibus iuxta ætatem concors statura est: alij verò nequaquam: ut ergo hoc ambiguum tolleretur, dictum est, quod crescebat ætate. scilicet in corpulentia debita secundum ætatem. Quies autem in Christo secundum motum augmentationis fuit, ad pro ipso maiorem quantitatem, in qua corpus Christi fuit, quando augmentari desijt: ut in duobus enarratis motibus correspondent quietes, quæ sunt termini ipsorum motuum. Vulgares tamen nullam quietem ponunt, terminantem hos motus. Vulgares namque quietem non vocant cessationem motus duntaxat, sed cessationem à laborioso motu: in alteratione autem, & augmento laborem nullum esse sciunt, in eo qui augmentatur, & alteratur. Nullam ergo quietem his motibus contrariam ponunt. Alius autem motus secundum locum est, quem Arist. 5. Physicorum rationem vocat: pertinet enim ad pedes, manus, & organa interpretatiua, scilicet, organa vocis formatiua. In progressione enim, aut in opere manuali, aut vocum formatione motus localis tolli nequit. In his autem quies est, quæ est cessatio ab his motibus. His verò motibus vulgares quietem tanquam terminum constituunt, quia non solum est cessatio à motu, sed etiam à labore, cum tales motus semper laboriosi sunt. Hos autem motus, & labores coniunctos Christus suscepit: ideo cum verè cessaret ab eis, habebat quietes oppositas eis, & sunt termini. Quod autem fatigatio, quæ motum localem consequitur in Christo fuerit, patet Ioan. 4. c. Cum dicitur: Erat autem ibi fons Iacob, Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat super fontem. Illud autem sedere ei quietis allatiuum erat. In operatione quoque manuali Christus fatigabatur, quoniam delicatè erat complexionis, atque nimis sentiens labores, cessare autem ab his motibus ei quies erat. In vocum quoque formatione labor erat, velut in eis, qui logo clamore vociferant patet. Hi enim nimis fatigantur: sicut prædicantibus legentibus, atque disputantibus accidit. Christus autem sepius iudæis prædicationis differebat.

Alph. Toff. Parad.

**A** rebat verbum, cum eis quoque frequenter conferebat, in quo ei lassitudinem quandam euenire necesse erat, ab his igitur cessare motibus ei quies erat. Alij quoque afflictionum & laborum, ac tædiorum modi sunt, qui Christo ex conditione assumptæ passibilitatis eueniebant, à quibus cessans quiescere dicebatur. Ex prædictis ergo illatum patet, quomodo aquila ista, quam Christum esse prædicamus, quiescit, ab omnibus motibus cessans. Adhuc autem istud quiescere ad supradicta referri potest, scilicet, quod aquila ista volauerit. Et quoniam volare motus est, atque fatigatio, quia aliquando ab illo volatu cessauit, quiescit prædicabitur. Hoc autem verum est in Christo secundum quod homo, scilicet, quod in cælos ascendens volauerit, ut in precedentibus expositum est. Dum autem volabat, quiescere non dicebatur, sed cessatio à volatu, cum in cœlo empyreo fuit. Hoc autem, & si verum sit, non tamen intenditur in hac figurata metaphora, sed quod supra tactum est.

*Pars sexta metaphora quinta, scilicet Aquila, quæ non quiescit.*  
Cap. CC I.

**C**ONTINVATI extremi paradoxi pars sexta occurrit, scilicet, quæ non quiescit: quod conformiter de Christo, qui aquila est, ut cætera particula exponenda est. Et quoniam contradictionis vtraque pars de eodem, & secundum eandem conditionem, aut fundamentum dici, nequit iuxta Arist. primo Posteriorum, & secundo Elenchorum: sed de Christo secundum quod homo erat diximus, quod quiescit aliquid: de eo ergo secundum quod homo, dici nequit, quod non quiescit, sed ut Deus. In hoc autem advertendum est, quietem dupliciter accipi. scilicet secundum vulgarem significationem, & secundum physicam acceptionem. Vulgarem autem insequentem modum dicimus id quiescere, cum non mouetur, siue ei motus possibilis sit, siue nequaquam. Et iuxta hoc loquendi genus Deus quiescere dicitur, quia non mouetur. De angelis quoque idem cõfitebimur, & hoc modo præcedentem particulam de Deo fateremur, scilicet, quod quiescit. Aliter autem quiescere accipitur iuxta Arist. documentum, scilicet, quiescere res dicitur, quæ non mouetur, sed moueri potest, ut patet quarto Physicorum. quo inferitur indiuisibile non posse quiescere. Indiuisibile namque moueri nequit: quod autem nõ mouetur non quiescit. Quo sequitur, ut puncta non moueantur, nec quiescant, quoniam indiuisibilia sunt: angeli quoque & animæ, atque Deus, quia indiuisibilia sunt, motum aut quietem non recipiunt. Quamquam ergo Christus, ut homo erat, quiesceret cessans à motibus, & laboribus: ut tamè Deus erat, non quiescebat, quoniam ut Deus erat nullus illi motus accidebat, à quo cessans quiescere diceretur: nec erat in potentia ad huiusmodi recipiendum. Hoc enim infinitæ perfectioni Dei repugnabat. Ex prædictis ergo illatum patet, qualiter Christus, qui aquila erat, quiescit, & non quiescit.

*Pars septima metaphora quinta, scilicet Aquila, quæ renouabatur.*  
Cap. CC II.

**O**RDINE consequenti quinti huius paradoxi, particula septima est, Quæ renouabatur: quod ut cætera ad Christum aquilam referendum est, & ponitur hic aquilarum conditio, scilicet renouari. In quo consideratione dignum est, de aquilarum renouatione inquirere. Dupliciter autem renouationem accipere contingit: primò quidem renouationem

R nonem

tionem dicimus, cum aliquid secundum corporis habitudinem, & vires atque operationem, & ceteras dispositiones vetustas in perfectam, & pristinam convenientiam statumque habitudinem, & in vires atque operationem robustam redit. Aliter autem renovatio accipi potest, scilicet, quod aliquid quondam fuerit, deinde esse perditio nouiter ad esse, quod prius non tenuerat redeat. Primus renovationis modus aquilarum conditio est. Aquilis, namque veterascens magna oculorum caligo accidit, ita ut clare intueri nequeant animalia, quae venatu apprehendere debent: magnam quoque alarum grauitatem incurrunt plumisque nimium vetustis volatus eis difficilis est: rostrum etiam, quo feriunt animalia, valde aduncum redditur, & vngues recurui: ita ut non facilius animalia venatu apprehendere queant. Cum autem ista aquila sibi inesse senserint, clarissimum fontem aquarum frigidarum inquirunt, primo altissimo volatu nubes in aethera petunt, quousque concitata motu valido, & labore calescant, atque calore resoluantur pori. Tunc autem ad modum tormenti volatu precipites gehdarum aquarum fonti se immergunt, ubi aquis per porosam intransibiles a peritionem magna fit immutatio in eis. Quo fit ut veteribus plumis cadentibus, aliae nouiter renascantur: unde deposito pondere priorum pennarum, & vetustate, ad volandum aptiores fiunt. Rostrum quoque lapides feriunt, ut sic eius quaedam pars conteratur. In vnguibus autem idem agunt, quo pacto omnia nouiter renascuntur: sic habetur, De proprietatibus rerum libro 12. cap. de Aquila. Hanc autem aquilarum artificiosam renovationem psalmista innuit Psal. 102. cum dicit: Renovabitur, ut aquila iuuentus tua. Secundus renovationis modus est, cum aliquid esse desinens nouiter esse incipit. Hanc autem in foenice autem Arabica esse patet. Foenix enim vnicus est in toto orbe, scilicet, in Arabicis solitudinibus: viuens quadringentis, aut quingentis annis. Cum vero ad talem senectutis grauedinem venerit, ut vetustatis incommodis obsita delectabiliter viuere nequeat, nidum de aromaticis, & valde sticcis lignis construit, ita candenti estu eiusque, fota, & leui alarum afflatu ignem concipere queant, ubi media sedens velut in tumulto suo exurit. Quo in cinerem versa post triduum ex cinere illo paruus vermis animatur manente virtute prioris foenicis, qui paulatim proueque incrementis alas sumit veraque foenix efficitur, viuens iterum per quadringentos, aut quingentos annos. Hos pacto foenicum successio fit: ita tamen quod vetera foenix semper fit. De hoc patet in libro duodecimo. De proprietatibus rerum, capitulo de foenice. Hanc autem renovationem, quae foenicibus accidit omnibus hominibus aliquando congruet: nam licet nunc omnes esse desinant, in die tamen extremi iudicij omnes ad esse recubunt. Ex eadem nempe materia, ex qua constiterunt viuentes, & in quam decedentes resoluti sunt, iterum reficiuntur corpora eorum: Deus quoque animam corpori renovato coniungit, ut verus atque perfectus homo sit. Nimis tamen renovatio hominum in generali resurrectione a renovatione foenicum differt: foenicum quippe renovatio pure naturaliter fit, scilicet, agentibus solis causis naturalibus, & mediantribus dispositiis qualitibus elementalibus manentibus in materia foenicis resoluti. Hanc enim instrumenta agendi naturalium causarum sunt. Ad hominum autem in extremo iudicio renovationem, non sunt aliqua naturalia causa agentes, quoniam ad hoc sua actio non attingit: nec sunt ibi aliqua qualitates dispositiue, quoniam forma, quae est anima rationalis non vitur corpori per virtutem

F alicuius agentis pure naturalis. Amplius autem cum foenix resoluitur, non fit renovatio, ita ut foenix eadem numero, quae praexistit, redeat, sed alius ex eadem materia gignitur. Hoc autem facultatem causarum pure naturalium nequaquam supergreditur, velut si foenix, qui praexistit, idem numero redeat. In resurrectione autem idem, qui praexistit, homo redit, & non alius, cum principia substantialia compositionis maneat eadem. Hanc autem renovatio ad Christum referenda est: sed inquirendum est, an de Christo secundum quod homo est, aut secundum quod Deus hoc intelligi debeat.

Dicendum, hoc intelligi non posse de Christo, ut Deus est: quoniam in ipso renovatio nulla est, quia motus nullus accedere ei potest. Sed dicendum, hanc renovationem necessario intelligi de Christo, ut homo est. Christus siquidem, ut homo est, subiectus erat cunctis penalitatibus & transmutationibus, quibus ceteri hominum subiciebantur, ex conditione speciei: renovari autem est mutari secundum habitudinem corporis, aut vires, vel conditionem operationum, aut incipere esse, quod ante esse desiderat. Hoc autem Christo congruebat, ut homo erat, cum igitur renovari concedendum est.

*Nunquid Christus ut aquila, vel foenix renovabatur.*  
Cap. CCIII.

**A**LIQVIS autem in hoc inquireret, cum Christus, secundum quod homo renovaretur, nunquid renovaretur ut aquila, vel ut foenix. Cuius facilius respondendum est, Christum in hoc figurato paradoxo aquilam nuncupari: nec esse igitur, ut aliqua similitudo sit inter aquilarum renovationem & Christi: quod verum est in vniuersali, scilicet, quod aquila renovatur: Christus quoque ut homo renovabatur: in speciali tamen nullam mutationis aquilarum, & Christi concursus dispositio est, sed conformitas renovationis in Christo, & foenice est: quod patet quod aquilarum renovatio, duntaxat qualitatum alteratio est, esse autem non permutatur, ita ut esse deperditum recuperetur simpliciter. Foenix autem secundum esse mutatur, quoniam esse quoddam perit, & alterum incipit. Christo autem hanc acciderunt: nam dum inter mortales vixit, nulla ei, aut aquilarum, aut foenicum renovatio accidit: sed renovatio fuit, quoniam ipse per mortem esse humanum perdidit, & illud postea in resurrectione recuperavit. Unde caro eius, quae in sepulchro omni vitali motu vegetatione & opere, atque compage destituta erat, reunita ei anima renovata fuit in resurrectione: De hoc psalmus vigesimus septimus, scilicet: Et resurrexit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. Nec solum caro Christi resurrexit, & renovata est assumens esse: quod ante perdidit, scilicet, esse humanum: quoniam Christus in triduo mortis suae non fuit homo, & post resurrectionem suam cepit esse homo, in quo est renovatio sicut in foenice: sed etiam caro Christi nouam virtutem & qualitates accepit. Ante passionem quippe suam Saluator noster mortalis erat, ideo mortuus est, post passionem autem suam iam immortalis, atque impassibilis manet. Christus quoque ante passionem suam multarum afflictionum susceptus fuit, sicut ceteris hominibus accidebat: post passionem autem nullis afflictionibus, aut amaritudinis susceptus fuit. Sic enim ait apostolus ad Romanos sexto capitulo. Christus reiuergens a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Corpus quoque Saluatoris nostri

*Aquila, ut inuentus renouent*

*Foenix quomodo animam exhibet.*

nostri ante passionem suam obscurum, & ponderosum fuit, sicut cetera corpora humana: post passionem suam corpus illud leue, & agile valde fuit: ita ut per aereas regiones transcurrere possit, atque in empyreum conuolare. Fuit quoque lucidum sicut sol, quod ei ante passionem nequaquam contigerat. Poterat quoque ianuis clausis subintrare: ita ut ei nulla murorum, aut structorum aedificiorum, quidquam praestaret impedimenti, ut cum ad discipulos ianuis clausis intrauit, ut patet Ioann. 20. & 24. quod ante passionem suam accidisse nequaquam legimus. Christus quoque nondum passus fatigabile corpus habuit, ut patet Ioan. quarto. ubi dicit eum ex itinere fatigatum sedisse super fontem. Post mortem autem nequaquam fatigabile fuit. De ceteris autem dotibus corporum gloriosorum, idem dicendum est: habuit quippe eas Christus post resurrectionem, sed ante ante mortem nullam habuerat. In quibus aequaliter renovatio aquilarum renovationi corporis Saluatoris nostri similitudinem quandam habet. Aquilis quippe renouaris alarum maior agilitas, oculorum intensior perspicacitas, viriumque maior firmitas accidit, rostri quoque, & vnguium conuenientior dispositio, & habitus in ceteris qualitibus. Sic enim in Saluatore nostro multae qualitates dotium gloriosarum post resurrectionem fuerant, quarum nulla ei viuenti in fuerat. Idem autem ceteris beatificandis hominibus accidit: nam dum sub hac mortalis corporis conditione manerent, nullas beatorum dotes habent: cum vero resurrexerint corpora incorruptibilia erunt, cetera quoque gloriae dotes erunt, quas de Christo enarrauimus: alias quoque, ampliores: qua in re magna in eis renovatio facta erit. In his tamen Christo, & ceteris differendum patet: nam post resurrectionem omnibus bonis dotes gloriae indifferenter inerunt: viuentibus tamen nullis in sunt, etiam si perfecti viri valde sint. Christus tamen ante passionem suam dotibus gloriae, dum voluit vsus est. Sic enim in transfiguratione sua, quoniam facies eius, & omnes partes corporis, quae patebant, resplenderunt sicut sol, & vestes eius sicut nix resplere. Sic patet Matt. 17. hanc tamen claritas gloriosorum corporum dos est. Christus quoque aliquando ante passionem suam, alia dote vsus est, quae agilitas dicitur, scilicet, quod super aquas maris, vndis pedibus incedens non mergeretur. Sic patet Matth. 14. Nam cum discipuli essent in quadam nauicula, & Christus non esset cum eis, venit ad illos quarta vigilia noctis ambulans super aquas, at illi existimauerunt phantasma esse, & clamauerunt: Christus autem eis se postea praebuit cognoscendum. Alia quoque corporis glorificati dote Christus ante mortem vsus est, scilicet, inuisibilitate. Hoc autem ter factum legitur, primo cum illum Nazareni precipitare voluerunt, ducentes eum ad montem excelsum: ipse vero per medium eorum de monte descendere incipit, illis non videntibus. Sic enim dicitur: Iesus autem transiens per medium illorum ibat, ut patet Luc. 4. c. Verum autem cum ludaeos Christus valde increparet, & se diceret antiquiorem Abraham, tulerunt lapides, ut viacerent in eum: ipse vero abscondit se & exiit de templo, & fecit se inuisibilem, de hoc Ioan. 8. c. in fine. Iterum autem Christus Iudeis dure respondens cum eum lapidare vellent, euasit manus eorum, ut patet Ioan. 10. c. Christus igitur, quia Deus erat, habebat has dotes corporum gloriosorum in potestate sua, ideo cum vellet vtebatur illis, quia codecebat. Viris autem bonis a lege mortalitatis nondum absolutis hanc non suberant: ideo eis ante mortem non vtebantur. Ex praedictis ergo expositum est, qualiter aquila, quae erat Christus renovabatur.

*Pars octava metaphorae quintae, scilicet Aquila, quae non renouabatur.* Cap. CCIII.

**H**VIUS iam finiendi quinti paradoxo, particula particulam, sicut ceteras in hac metaphora ad Christum referri necesse est. Sed quia Christum duas saepe naturas continere dictum est, diuinam, & humanam, inquirendum est, in qua harum intelligendum sit, vel an in vtraque congruat quod dicitur. Cui respondendum, vtrique posse hanc applicari particulam, sed ei potius in quantum Deus est: Christum enim ut hominem renouari supra concessum, de eo non renouari enunciarum nequit, nisi ad alterum referatur tempus. Christus renouatum, aut resurrexerit in resurrectione concessum, quoniam caro eius resurrexit. Temporum particulis cum adhuc sub mortalitatis conditione degebat non renouabatur, quia in eo nulla talis fiebat mutatio, qualis postea in resurrectione facta est. In hoc autem sensu, quamquam aliquantulum particula ista assumi valeat: conuenientius tamen ad alterum trahitur. Nam & si in Christo, ut homo erat, ante passionem suam non fiebat illa admiranda renovatio, quae postea facta est: tamen quandiu ante passionem mortalis vixit, aliquam continuè suscipiebat mutationem, quae renovatio dici potest. Ad alterum ergo sensum trahenda est ista particula, scilicet, ut de Christo exponatur, & secundum quod est Deus: de quo manifestum est, quod renouari nequeat: quoniam renovatio veterum conditio quaedam est, quod nihil renouatur nisi primo veteraleat: Deus autem vetus non efficitur, ergo renouari nequit. Amplius autem renovatio motus quidam est, cum sit alteratio priorum qualitatum in nouas: in Deo autem motus nullus est, iuxta illud Malachiae. 3. cap. Ego dominus, & non mutor: renovatio ergo nulla est. De motu autem tam in generali, quam in speciali, quod in Deo esse nequeat declaratum fuit super quartum paradoxon super parte in: Qui non mouebatur. Praeter hanc autem renovatio dupliciter fit, scilicet, secundum dispositionem, & qualitates, aut secundum esse: in Deo tamen neutrum accedere possibile est, ergo nec renouabitur. Quod autem Deo renovatio secundum qualitativas dispositiones aduenire nequeat apparet: quoniam in Deo qualitates nullae sunt, propter ipsam diuinam essentiam, sed totum quidquid est simplex, & vnum est. Si igitur in eo renovatio fieret, necesse esset, ut secundum essentiam renovatio fieret: sed ea, quae secundum qualitatem fit differt a renouatione, quae est secundum essentiam, ut renouatio, quae est aquilarum a renouatione foenicum, ut prius declaratum est, ergo non inest Deo renovatio secundum qualitates. Item quod renouatur perfectius efficitur, quam ante fuisse, maioribus resumptis viribus, & melioris omnibus corporalibus dispositionibus: Deo autem perfectio nulla maior aduenit: quia tunc ante hoc perfectus non fuisse, quod de Deo fareri nefas est. Amplius autem quidquid Deo inest, semper inest, cum sit aeternum, & in aeternis non differt esse a posse esse, iuxta Aristotem. Si igitur aliquid Deo aduenire potest, iam illud sibi inest: renouationem autem huius esse impossibile patet: quoniam renovatio est in ea re, quae aliquid nouiter recipit, quod ante non habuisset. Ob hoc enim nouum dicitur: quoniam vetera praecessere: potissimum renouatio dicitur, scilicet, post vetustatem inducta nouitas.

Item renovatio foenicum in Deo esse nequit, quoniam illud est secundum essentiam renouari, scilicet, quod esse substantiale deperditum iterum resumatur: Deo

autem accidere hoc impossibile est, quoniam hoc pa-  
cto deitas esse cessaret, quo nihil absurdius. Nam  
Deus est vnum necesse esse: ergo deficere impossi-  
bile est. Non enim potest imaginari quomodo deitas  
deficere queat, quoniam ab altero corrumpi potest:  
quia nihil ea potentius est: nihil etiam contrarietatis  
habet à quo labefactari vsquam possit. Præter hoc  
etiam non est ens ex nihilo, vt desistente aliqua cau-  
sa à conseruando eam tendat in nihilum secundum  
conditionem entitatis productæ ex nihilo. Ipsa qui-  
dem seipsa subsistens a nullo esse traxit, ideo deficere  
nequit. Ideo & si dari possit Deum velle deficere  
quod pariter impossibile est, deficere tamen non pos-  
set, quoniam maxima in entitatibus perfectio est, &  
inuitus etiam esset: sed quidem casus hic non admit-  
titur. Amplius verò si Deum renouari fateamur, ne-  
cesse est, vt eun aliquando defecisse concesserimus:  
cùm tamen Deum deficere positum fuerit, eum ad  
esse redire impossibile est. Nam quorum substantia  
totaliter semel perit, in idem numero redire impossi-  
bile est, iuxta Arist. 2. de Generatione & corruptio-  
ne. Si tamen Deus semel perret, cùm substantia eius  
simplicissima sit, non posset redire ad esse, quia totum  
peribat, quidquid erat. In simplicibus enim, aut to-  
rum perit, aut nihil, cùm in simplicibus partes non af-  
fignentur, sed sint indivisibilia. In hominibus autem  
mortuis, cùm resurgent, non rota substantia perit.  
Nam substantia hominis corpus, & anima sunt: horu-  
m autem nihil perit, quia anima incorrupta manet. Cor-  
pus autem, & si dissoluatur vsque ad elementa, vt si in  
auras diffugiat, vel in aquaticos resoluatur humores,  
aut ignis leuitatem induerit, vel terræ pòdus accipiat,  
semper manet tota illa materia, ex qua corpus fuit: so-  
la igitur horum duorum vnio deest ad complendum  
hominem: si tamen tota substantia deperisset, ita vt  
nihil de corpore maneret, anima quoque defecisset,  
impossibile erat per vllam potentiam huiusmodi ho-  
minem resurgere. In Deo autem, si deficeret nihil  
maneret: renouari ergo includebat cōtradictionem.  
Amplius autē, & si deitas semel deleta, aut in nihilum  
deficiens renouari posset: nihil tamen erat, quod eam  
posset renouare: nam in ceteris, quæ siue naturali-  
ter, siue per actionem diuinam renouantur, causas a-  
gentes constituimus, aut ipsas naturales, aut Deum:  
Si tamen defecerit deitas, nihil est, quo restaurari que-  
at, cùm supra se ageret nullam causam habeat: Deū  
ergo renouari impossibile est. Ex prædictis ergo ex-  
positum patet, quid accipiendum sit cùm dicitur, que  
non renouabatur.

*Pars nona metaphoꝝ quintæ, scilicet aquila, quæ  
gaudebat. Cap. CCV.*

**I**n hoc ordine quintæ huius Paradoxii, particula  
nona est: Quæ gaudebat: quod ad aquilam Chri-  
stum referendum est, scilicet, quod ipse gaudebat.  
Et cùm hic ponantur particule duæ, quæ sunt vtra-  
quæ pars contradictionis, poterat vtraq; ad Christum  
hominem referri, secundum diuersa tempora: nam  
aliquando letabatur, & aliquando tristitia plenus e-  
rat. Hanc autem particulam de Christo, vt Deus e-  
rat exponi non conuenit, vt inferius magis exponen-  
tur, sed ad ipsum, vt homo est referri debet. In quo  
aduertendum est gaudium duplex fuisse in homine  
Christo: primum enim fuit quedam letitia concepta  
in eo secundum partem rationalem, scilicet, in intelle-  
ctu, & voluntate, & ista erat quæ anima eius suscipie-  
bat ex contemplatione diuinæ essentia. Hoc enim  
speciale Christus inter ceteros mortales habuit, quod  
ceteri etiam si boni sint, viatores tamen semper sunt;

*Duplex  
gaudiu in  
hoie Chri-  
sto fuit.*

scilicet, tendentes in illam æternam sclicitatem, quæ  
summopere affectant: eam tamen quandiu viuunt nun-  
quam tenent: sed illis post defunctum morte cor-  
pus continget, vnde comprehensores nondum sunt.  
Christus homo, dum viueret, plenus comprehensor  
erat, scilicet, quod anima eius diuinam videbat essen-  
tiam, dum in hoc mortali corpore degeret, atque in  
ea vita fruebatur omnibus gaudijs superfluens, sicut  
post resurrectionem suam fruitor. Vnde quantum  
ad intellectum, & voluntatem Christi nulla maior  
post resurrectionem, aut ascensionem in æthera glo-  
ria adhæsit, quàm a conceptionis instanti inhæssit:  
sed corpori eius gloriose accesserunt dotes, quæ ante  
non præferant. Quantum verò ad hoc gaudium Sal-  
uatoris, vniuersaliter diffiniendum est, quod ei nun-  
quam interciderit: nulla vnquã insurgens tribulatio,  
aut abstulerit aut diminuerit, vel interpollauerit, sed  
die noctuque manebat. Nam etiam si interdum Sal-  
uator noster ad capiendam quietem, à corporalibus mo-  
tibus, & fatigationibus somnum nocturnum caperet  
siue diurnum: sicut patet Matth. 8. f. Ecce ventus ma-  
gnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur flui-  
dibus, ipse verò dormiebat, & accesserunt & suscita-  
uerunt eum, dicentes: Domine salua nos, perimus;  
Idem Marci 4. & Luc. 8. Tamen intellectus, & volun-  
tas sua a contemplatione diuinæ essentia non cessa-  
bant: ita vt semper fuerentur, sicut nunc fruuntur in  
sclicitate paradisi: nec magis Christus per diem, quàm  
per noctem fruebatur. Aequum enim illi vtrunque  
tempus erat. Aliquis tamen obijciat Christum non  
posse per noctem frui, dum somnū caperet, siue per  
diem, dum alijs intentus esset occupationibus, quo-  
niam huius conditionis intellectus noster est, vt cùm  
somnia capimus, nec ipse, nec ceteræ potentie ratio-  
nales, nec animales actum vllum habere possint, & est  
alijs occupationibus intendimus, intellectus non po-  
test vacare intellectiōni. Christus autem verus ho-  
mo erat: ista ergo proprietas consequens ceteros ho-  
mines, quæ est conditio speciei, in eo esset. Respon-  
dendum est, intellectum, & ceteras virtutes, tam ratio-  
nales, quàm animales, vel naturales, eandem habere  
conditionem in Christo, quàm in alijs hominibus: &  
sicut in alijs hominibus non potest causari speculario  
dum in somno sunt, nec cum ad alia diuertunt, ita &  
in Christo accidere. Sed ista conditio quidem, ideo in  
hominibus est, quoniam intellectus, quanquam secū-  
dum se, non sit virtus organica, nec alligata organo,  
tamen præsupponit species in phantasmate, vt intelli-  
gat, super quas veritat, iuxta Arist. tertio de Anima. f.  
oportet intelligentem circa phantasmata speculari,  
quia naturaliter in se non habet species, per quas intel-  
ligat. Vnde cùm non fuerit facta conuersio ad phan-  
tasmata, nihil intelligemus. In Christo autem hoc idē  
accidebat, quantum ad ea quæ per species medicatas  
à rebus corporalibus intelliguntur, quæ conseruatur  
in phantasia: sed si aliquid sit quod per purum intellectu  
apprehendat, nulla facta cōuersione ad phantasmata,  
nihil impedit homo intelligere in somnijs. Sic autē  
erat de visione diuinæ essentia, & fruitione in aia Chri-  
sti, quoniam hæc non sunt per speciem aliquã de Deo con-  
ceptam: sed per essentiam, quæ clarè cognita est & præ-  
sens. In hoc quippe differit visio Dei, quæ est in vita æter-  
na, & cognitio, quæ nunc de eo habemus, quoniam nunc vide-  
mus per speciem, tunc autē facie ad faciem, vt ait Apo-  
stolus 1. Cor. 12. Non ergo indiget intellectus noster  
aliqua conuersione super phantasticas species, quia nul-  
la est species abstractiua, per quam sit visio beatifica,  
sed per ipsam clarè visam, & presentem essentia: nihil  
ergo magis impeditur ad fruendum anima Chri-  
sti in somno, quàm in vigilia haberet.

Amplius

Amplius autem, quoniam & si fieret fruitio & visio  
beatifica per aliquam speciem, illa non esset de accep-  
tis à rebus corporalibus, nec esset aliquid fabrica-  
tum per similitudinem, aut transumptionem ad il-  
lam, sed esset species à Deo solo causata in intellectu  
nostro de seipso. Et tunc etiam ad intelligendum per  
hanc non haberet intellectus aliquã cōuersionem ad  
phantasiam, sed seipso intelligeret, vnde & in som-  
no intelligere posset, vel occupata phantasia circa a-  
lia. Quo fit, vt siue per speciem, siue per essentiam  
visio Christi beatifica fieret, nihil magis contempla-  
retur intellectus eius diuinam essentiam in somno,  
quàm in vigilia, & nihil magis cum occupatus erat,  
quàm cum omni vacans occupatione. Amplius au-  
tem & si Christus aliquando affligeretur nimis, tamē  
ista ei delectatio non decidebat, nec minuebatur: vnde  
& in passione sua cùm ei insurgeret grandis tribu-  
latio, tamen anima sua ita fruebatur diuina essentia,  
sicut & nunc fruitor. Nec incidebat in intellectum &  
voluntatem eius quidquam sollicitudinis, aut amari-  
tudinis, sed ita gaudium plenum erat, ac si nihil an-  
gustia, aut penalitatis inesset: perfecta tamen amari-  
tudo, & atrocissimus dolor in parte sensitua erat, ita  
vt secundum partem sensitiuam plenam sine vllius iu-  
cunditatis admixtione haberet amaritudinem, & se-  
cundum partem intellectiuam plenis gaudijs fruere-  
tur, ac si istæ duæ particule nihil sibi inuicem attine-  
rent. De quo latè dictum est super quartum parado-  
xon, super particulam: Qui sentiebat. De hoc autem  
gaudio animæ Saluatoris nostri, quod in anima ratio-  
nalis erat, hic non agitur: sed de quodam alio, quod  
tristitijs secundum sensum aduersatur: & de quo ve-  
rum est, quod aliquando in Saluatore nostro fuerit,  
& aliquando non.

*De gaudio, quod passionem vocamus.  
Cap. CCVI.*

**A**LIVD autem gaudium est, quod est affectio  
quædam, quam nos passionem vocamus, &  
est in parte sensitua, sicut dolor & spes & timor. Pro-  
ueniunt animæ affectiones istæ ex conditione anima-  
lis, non considerando specialiter naturam humanam:  
vnde ceteris etiam præter hominem animalibus, ista  
videmus accidere. In Christo igitur, quia homo erat,  
hæc poni necesse est. Nam ipse suscepit ea, quæ con-  
sequebantur veritatem naturæ humanæ, sicut sunt  
istæ passiones. Maxime autem patet de gaudio, quod  
in Christo fuerit: nam cum in eo tristitia esset, in eo  
quoque gaudium esse poterat, & aliquando erat. Nam  
oppositorum conditio hæc est, vt circa idem fiant,  
nisi cum subiectum determinat sibi alterum eorum  
à natura. Sed circa Christum tristitia erat, in ipso e-  
rgo erat gaudium aduenire potens, cùm naturaliter  
Christus non determinet sibi tristitiam. Quod autem  
in Christo tristitia fuerit, apparet ex pluribus Sacra-  
scripturæ locis. Sic enim patet Matth. 26. & Marc. 14.  
scilicet, & sumpto Petro & duobus filijs Zebedei cœ-  
pit tritari, & moestus esse, tunc ait illis: tristis est ani-  
ma mea vsque ad mortem. Item qui flet moestus est,  
nisi mendaces atque fœmineas lachrymas fuderit,  
quod Saluatori non conuenit. Accepimus tamen Sal-  
uatorem nostrum interdum plorauisse, vt patet Luc.  
19. Quoniam videns Iesus ciuitatem, cognoscens sibi  
in breui affuturas calamitates ex compassione plora-  
uit. Nam ipse affectus habebat humanos, & quoniã  
in terra illa enitatus fuerat, humano modo chariorē  
sibi illam quàm ceteras faciebat. Terra cognita igitur  
ac tunc recenter affectioni suæ humanæ presenta  
ta calamitatum mole Ierolimitanam oppressura  
Alph. Toft. Parad.

**A** vrber teneras effudit lachrymas, dicens: Quoniam si  
cognouisses & tu, & quidem in hac die, quæ ad pa-  
cem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.  
Diligebat quoque dominus Iesus tenentem Lazarum  
fratrem Mariæ Magdalena, & Marthæ, vt patet Ioã.  
vndecimo. Perhibentibus testimonium fororibus e-  
ius, scilicet. Domine quem amas infirmatur: ideo cū  
eum suscitaturus accessit monumento eius astans fle-  
uit, atque infremuit spiritu, vt habetur eodem capi-  
tulo: nam cùm quæreret à fororibus illius, vbi posuif-  
sent eum lachrymas fudit. Ne hoc, vt quidam di-  
cunt ideo factum est, quia Iesus ad mortalitatis misere-  
riam eum resuscitans reuocaturus erat, sed quia hu-  
mana affectionis tenetudine concito condoluit, &  
plorantibus complorauit Iudæis. Vt patet cùm dicitur:  
Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos,  
qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, &  
turbauit semetipsum, & dixit: vbi posuisti eum? Di-  
cunt ei, Domine veni, & vide, & lachrymatus est Ie-  
sus. Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomodo amabat eū.  
Et post hoc sequitur: Iesus ergo rursus fremens in se-  
ipso venit ad monumentum. Apparet ergo ex præ-  
cedentibus Christum tristatum: necesse est igitur leti-  
tiam sibi inesse posse ex natura contrarietatis, cùm  
Christus non determinet sibi tristitiam secundum  
naturam. Et non solum apparet Christum potuisse  
gaudere, sed etiam aliquando gauisum fuisse: nam  
cum gaudium, & tristitia immediata contraria sint  
ex lege eorum, necesse est, vt susceptibili alterum eo-  
rum insit. Christus autem susceptibilis horum erat,  
vt ex præcedentibus declaratum est, necesse est ergo,  
vt alterum eorum semper sibi inesset, ergo vel tristi-  
tia semper sibi inerat, vel aliquando gaudebat: sed  
Christum fuisse semper in tristitia factum est, ergo ali-  
quando gaudebat. Quod autem Christus non semper  
tristaretur, satis patet, quoniam tunc omnibus vi-  
deretur merens, quod falsum est: Varias enim in se  
Christus monstrabat affectiones: interdum quippe  
ostendebat effigiem valde gaudentis: vt cùm paruulos  
amplexaretur, atque benediceret: isti enim tristitiū  
hominum actus non sunt. Sicut patet Marci. 10.  
Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum  
Dei, velut paruulus, non intrabit in illud, & comple-  
xans eos, atque imponens manus super eos benedi-  
cebat eos. Aliquando autem vultum indignantis, si-  
cut cùm eiecit ementes, & vendentes de templo fa-  
cto ex funiculis flagello, vt patet Matth. vigesimo pri-  
mo, & Ioan. 3. cap. Sic etiam quando increpabat di-  
scipulos dicens, generatio incredula, & peruersa quo-  
usque ero vobiscum? vsquequo vos patiar? vt patet  
Matth. decimo septimo. Non ergo semper tristati ef-  
figiem exhibebat. Amplius autem si semper Chri-  
stus tristitiam vultu monstraret ac gereret, non dice-  
retur de eo specialiter in sacra scriptura, aliquando  
quod tristaretur, sed interdum exprimitur, quod tris-  
tis fuerit, vt in præallegatis locis, ergo non semper  
tristis erat. Præter hæc autem, qui aliquando tritari  
incipit, non semper tristis fuit, sed Christus aliquan-  
do tritari cepit: ergo aliquando tristis non erat. Sic  
apparet Matth. 26. f. Et assumpto secum Petro & duo-  
bus filijs Zebedei cepit tritari, & moestus esse: apparet  
ergo aliquando Christum fuisse gauisum.

*De affectibus, qui in Christo erant.  
Cap. CCVII.*

**I**n his tamen humanis affectibus, quos in Christo  
fuisse asserimus, aduertendum est, quod non pro-  
fus ita fuerunt, vt in ceteris hominibus sunt: ideo eos  
sacri doctores distinguunt, quia has affectiones in no-  
R 3 bis

*Christus nō  
semper tri-  
stis erat.*



bis passiones vocant; in Christo autem propassiones quasi procul a passionibus, id est quod non fiat de conditione passionum nostrarum, de quibus in tertio Sennarum distin. 15. Passiones enim istos motus vocamus, secundum quos aliqui dicitur. Etenim in nobis hæc insurgentes passiones rationem nostram aut subijciunt, aut impediunt, aut conturbant, vel ab agendo faciunt tollunt. Unde nobis contra omnes passiones pugna est, ideo circa passiones regulandas consistunt omnes virtutes morales, ut patet ex sententia Arist. secundo Ethicorum. Et istæ passiones nobis volentibus, & non aduertentibus insurgunt, nec cessant quotienscunque volumus: sed cum rogauerimus & suaserimus, ut patet primo, & quinto Ethic. eo quod non dominatur homo passionibus suis principatu despotico sicut partibus organicis: sed principatu politico tanquam liberis, ut patet primo Politicorum: in vincendo tamen eas difficillimus nobis labor est. In Christo autem nihil tale erat: non enim fuit in eo vnquam aliquis passionalis motus, qui insurgens partem conturbaret rationalem eam sibi subijciens, aut ab operando impediens: vel in operando perturbans. Nec vlla vnquam habuit difficultatem alicui resistendo passioni velut in nobis vsus quotidianus efficit. Nec etiam eo nolente quisquam appetituius partem animi insurgebat motus: sed cum ipse iubeat, insurgebat propassiones, ut si vellet timere iubeat timorem insurgere. Si autem gaudere elegisset, motus gaudij insurgere faciebat. Sic quoque de tristitia. De dolore autem aliter est, quia incussio nociva, & dolor naturaliter sequebatur: sed postquam eius iste incussio naturaliter efficiebatur: ut si tristitia insurgeret vehementer sicut ceteri tristitabatur, eratque in potestate sua quantum vellet passionalem excitare. Pater autem de tristitia valida, quam ingruenti tempore passionis suæ suscepit: nam & tantum in hac motus atque concussus est, ut destillarent guttæ sanguineæ in ludoris modum defluentis in terram, facta ipso in hornifera agonia, atque prolixius orante, ut patet Luc. 22. cap. Habebat tamen saluator noster hoc iuris in propassionebus suis, quod quamquam grauissimi essent, ut de tristitia nunc dictum est, tamen cum iuberet eas cedere, confestim cedebant, erat ei quidem super passiones plusquam despoticus principatus: & sicut eo solum iubente insurgebant, ita cum ei colibitum foret, penitus decedere necesse erat. Quod autem saluator noster in se propassiones excitaret, & non insurgerent ipse in eo patet Ioan. 11. cap. cum dicit: Iesus ergo ut vidit eam plorantem & iudeos, qui cum ea erant plorantes, fremuit spiritu & turbauit se ipsum. Ecce enim non dixit, quod turbatus est, sed quod turbauit se ipsum, quasi iuris sui esset quid in his efficere voluisset, & nulli passioni super eum quicquam licebat: sed ipse eas concitabat, cui congruum foret. Ex prædictis euidenter iudicium patet, Christum aliquando gauisum, & aliquando tristitatum fuisse, & qualiter intelligenda sit particula ista, de aquila, quæ gaudebat.

*Pars decima metaphora quintæ, scilicet aquila, quæ non gaudebat. Cap. CCVIIII.*

**H**is autem consequenti ordine huius extremi figurati paradoxii particula decima adest exponenda, scilicet quæ non gaudebat. Hæc autem ut prælibatum est ad Christum relata necessario poterat ad hominem, aut ad Deum trahi. Et cum de Christo, ut homo erat, dictum fuerit, quod gaudebat, referri non poterit, quod non gaudebat nisi ad diuersum tempus, scilicet ut altero tempore gaudens esset, alio vero tempore

stus. Sed hoc nihil est, quoniam hoc modo de quocumque veram efficere vtriusque contradictionis particulam per facile est. Non est igitur iste sensus metaphoræ: referenda est ergo ista particula ad Deum, scilicet quod Christus, ut Deus erat, non gaudebat. In hoc autem aduertendum est, gaudium duplex esse, vno modo gaudium dicitur simplicem delectationem de aliquo concepto bono & inuariabilem: alio modo gaudium importat motum passionalem factum in parte sensitua ex apprehensione obiecti delectabilis in presenti. Primam autem delectationem vel gaudium in Deo statimus, quoniam ipse ex apprehensione sui ipsius in infinitum delectatur. Est quippe gaudium de presenti bono: in Deo autem hoc aptius quam in nobis euenit. Nam Deus maximum bonum & immensum bonum est, ipse quoque intelligens est, & sibi ipsi maxime presens: necesse est igitur quod seipsum cognoscendo in immensum gaudeat: & quia seipsum semper cognoscit, semper istud ei gaudium inerat. Unde Arist. 11. Metaph. cum de Deo, quem primam intelligentiam vocat octo concluderet passiones, eum secundum alteram earum maxime gaudiosum esse vocauit. Et necesse quidem est gaudium magnum Deo inesse: nam sine gaudio bonum nullum plenum est. Deus tamen felicissimus est, gaudiosus ergo maxime erit. Amplius autem quoniam Deus beatitudo nostra est, erit igitur aliquid valde letum. Nam in tristabili nemo perficit: unde si possibile foret Deum summum bonum existentem gaudiosum non esse, felicem nequaquam vocarem, & si felicitas tristis esset nemo eam toleraret. Sic enim ait Arist. Ethic. lib. 8. scilicet Nullus autem per diem potest commorari cum tristi, nec cum non delectabili: Maxime enim natura videtur triste quidem fugere, appetere autem delectabile. Et post hoc in eodem: Beati autem vtilibus quidem nihil indigent: delectabilibus autem conuiuere enim volunt aliquibus: triste autem paucum tempus ferunt. Continue autem nullus vtiq; sustineret, nec ipsum bonum si triste ipsi esset. Est igitur Deus maximum bonum, & in seipso maxime gaudiosus, & quoniam natura sua simplex atque eadem semper est, non variebatur in Deo delectatio, sed semper in eodem gaudebit. Sicut ait Arist. Ethic. lib. 7. in fine, scilicet, quia si homini natura simplex sit, semper eadem actio delectabilissima erit, propter quod Deus semper vna, & simplici gaudet delectatione. Deo igitur gaudium sibi consubstantiale, scilicet, quod a natura sua alienum aut distinctum non est, separandum nunquam est. Sed de hoc quidem nihil agit hic, sed potius de gaudio, cui aliqua opponitur aduersitas, & interdum calamitatibus, vel angustijs interpollantur. Gaudium autem, quod ab ipsa diuina natura distinctum non est, æque æternum, & indefectibile est, ut ipsa sempiterna deitas.

*De alia gaudij acceptione. Cap. CCIX.*

**A**LITER autem gaudium sumitur pro quadam passionali affectione insurgente in parte sensitua ex apprehensione presentis boni. Hoc autem gaudium animalibus singulis inest, de quo prælibatum est, quod in Christo homine fuerit. De hoc dicendum est, quod in Deo nequaquam sit: quoniam istud gaudium partis sensitua affectione quadam est: in Deo autem nec affectiones, nec partem sensitua collocamus, gaudium ergo nequaquam erit. Amplius autem gaudium quod passionale est, sincerum bonum non est, sed est cum quodam corporis motu, imò & maxima passionalia gaudia maiores motus corporis exigunt, & sunt de conditione materialiori. Deus ergo ni-

quo nihil tale habet qui simplicissimus est. Item gaudium est passio de conceptis, & apprehensis bonis, quæ ab extra apprehenduntur: ut patet in omnibus huiusmodi apprehensionibus: Deus autem ab extra bonum nullum accipit, cum in seipso summum bonum sit: gaudium ergo passionale Deo nequaquam inest. Sed ad hoc quis obijciat, quoniam sepe in sacra scriptura dicitur de Deo, quod gaudeat: nec est gaudium illud de seipso, quod sibi consubstantiale vocamus. sed de gaudio, quod est per apprehensionem boni alicui exterioris in aliquo accidenti. Sic patet Deut. 28. cap. scilicet. Et sicut letatus est dominus super vos bene vobis faciens vosque multiplicans, sic letabitur disperdens vos, atque subuertens. Et sicut Deo gaudium istud scriptura inesse probat, ita quoque eum tedium aut tristitiam suscipere oppositum innuit, quæ in gaudio consubstantiali non habetur. Sic patet Genesis. 6. cap. Et tactus dolore cordis intrinsecus; delebo, inquit, hominem quem creauit, à facie terre, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres cœli: penitet enim me fecisse eos. His respondendum est deitati gaudium nullum, aut tristitiam accidere: magnum enim in Deo imperfectionem ista dicerent, ut ex præcedentibus patet. Cum verò dicitur Deum letari cum iudeis bene faceret, & rursus cum eis male faceret, dicendum non innui ex hoc Deo inesse aliquem motum nouiter, qualem nos gaudium appellamus, aut tristitiam: quoniam Deo nihil nouum accidit, siue bonum siue malum, quia bonum suum sempiternum, & æquale semper est: nam si ex tempore eueniret Deus non semper bonum summum fuit, cum ei quidquam boni acciderit. Item si bonum Deo accideret, necesse est, ut ab altero proueniret: sed id quod alteri bonum confert eo maius est, cui confert: aliquid ergo Deo maius foret. Quo inferret alterum esse Deum, & non eum, qui ab alio perficeretur, cum communis omnium conceptio Deum esse dicat id, quo nihil melius excogitari potest: Deo ergo aliquid bonum accidere impossibile est. Præter hoc autem, & si Deo aliquid accidere fateri deberemus, malum tamen ei nequaquam accidere deberet, cum purum bonum sit, tristitia tamen malum quoddam est. Deo igitur non accidit. Nam, & si tristitiam Deum interdum fateamur, necesse est, ut eum iam non felicem existimemus, aut ex omni parte felicem, cum nihil sit, quod ita felicitati aduerteretur, ut tristitia: nullus nempe tristitiam diu sustinere valet, & si ipsum bonum triste esset, nemo illud eligeret, ut ait Arist. Ethic. libro octauo. Dicendum igitur Deo nullam aduenire tristitiam, nec letitiam, sed ista dici secundum metaphoram, & transumptionem ad actus humanos. Cum enim quis agit id, quod ei placet atque bonum videtur, letari dicitur: sed Deus recte agit, cum iudeos pro bonis actibus suis quibusdam temporalibus prosperitatibus effert: identidem cum eos pro sceleribus suis punit, recte agit, & hoc agendum decernit: letari ergo dicitur. Nullus tamen ei letitiæ aut tristitiæ motus in hoc euenit: quia non sunt ista talia que Deum ad letitiam aut tristitiam permutare possint, cum in se bonum suum totum habeat. Cum autem obijciatur, quod Deus doluerit, & penituerit eum, quia creauerit hominem & cetera animalia, cum terra iniquitatibus repleta foret. Respondendum est in Deo nullam tunc nec vnquam accidisse tristitiam, etiam si omnia ad malum verterentur: etiam si Deo ab intentione repugnarent. Nam tristitia de aliquo apprehenso malo est, Deo autem malum nullum accidere potest, & actus nostri ei mali non sunt: sed si mali sunt, nobis auctoribus mali sunt: ipsi autem Deo boni: quia sola diuina vis est, cui ipsa etiam

mala bona sunt, cum eis competenter vtendo alicuius boni elicit effectum. Nam per immensam Dei sapientiam omnia ordinata esse necesse est, & si quid ab assignata sibi ordinis ratione decesserit, in alium ordinem tamen relabi compellitur, sicut ait Boetius de consolatione l. 4. profa. 6. Nihil ergo magis Deum penituit, quando omnia ad malum conuersa sunt ante delectionem catachy smi, quam cum ea creauit. Nec magis Deus letatur de aliquo homine, cum ex benignitate sua eum in vita æterna beatificat, quam cum aliquis in eum mortaliter peccat: ex his enim, quæ extra sunt, nullum ipsi bonum, aut malum est. Sed ista secundum metaphoram de Deo sacra scriptura enunciat, ut sepe eum iratum dicit: sepe quoque manus, & pedes habere, & cetera humana corporis membra, quæ nemo tamen quidquam intelligens de Deo verè dicta existimat. Sic enim hominibus accidit, ut cum aliquid effecerint, quod postea bonis plenè ut ipsi volunt non fuerit, illud delectat. Deus autem ista omnia fecerat, & quia ad iniquitatem vertebantur, ea delectat. Videbatur ergo iratus ea destrueret: nos enim opera nostra nunquam destruemus, nisi cum eis irati sumus. Sic igitur Deum delectentem quæ creauit efficere existimamus, à Deo tamen omnis talis motus passionalis alienus est. Quod hæc secundum metaphoram dicantur, apparet ex eadem litera: dicitur enim, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit hominem, quem creauit: ubi Deum dolorem cordis habuisse dicitur, sed Deum cor habere nullatenus dici potest, quoniam particula ista corporis animalis est, Deus autem non est animal. Sicut igitur ea, quæ de corde dei dicuntur sub metaphora necessariò accipienda sunt, ita, & quæ de dolore, & quæ de penitentia. Ex prædictis ergo conclusum patet, qualiter accipiendum sit, quod Aquila ista, quam Christum dicimus, non gaudeat.

*Pars duodecima metaphora quintæ, scilicet Aquila, quæ honorabatur. Cap. CX.*

**S**VBS E Q V E N T I ordine particula duodecima extremi huius figurati Paradoxii exponenda adest, quæ honorabatur, in quo necesse est Christum Aquilam honorari, & non honorari fateri: de eo quippe hæc omnia prædicantur. Et ut in harum metaphorarum expositione peruulgatissimum est, in Christo geminam esse substantiam, ita aliqua de vtraque harum particularum quamlibet exponendam dicunt. Dicunt enim Christum, ut Deus erat, honoratum fuisse à iudeis, quoniam iudei cultores Dei cœli erant: colentes ergo Deum necessariò Christum colebant, cum ipse Deus foret. De eo secundum exponunt particulam, scilicet quod non honorabatur. Nam Christus ut Deus incognitus erat plerisque, ideo eum honorare nequibant. Vtrunque quoque particulam de Christo, ut homo est, exponunt: ipse quippe interdum honorabatur, interdum verò reputabatur in gloriosus. Sed istæ expositiones ex omni parte non conueniunt. Referendæ sunt igitur hæc duæ particule ad Christum secundum geminam eius substantiam. Prima autem de eo secundum hominem dicitur, scilicet, quod honoraretur: nam multi ei reuerentiæ impendebant munus: sic patet in pluribus euangeliorum locis: eum quippe hominem cognoscebant, & secundum id, quod cognoscebant, poterant honorificare: incognita autem naturaliter nemo honorare potest. Primus honor Christo exhibitus fuit honor quasi Dei, scilicet cum eo nato Angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo in honorem huius pueri nau, ut patet Luc. 2. cap. scilicet, & tacta est subito cum angelo multo

Primus  
honor ex-  
hibitus  
Christo.

tudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus: hic tamen de honore exhibito ab hominibus magis agitur. Fuit quoque dominus Iesus honoratus à pastoribus, mox ut natus est: angelus namque euangelizauerat eis gaudium magnum dicens, quod natus esset Saluator mundi, & ipsi transferunt vsque in Bethlehem, ut viderent quæ dicta erant per angelum. Et dicitur quod inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Luc. 2. cap. Et quanquam nihil dicitur vtrum pastores puerum adorauerunt, satis tamen intelligi datur, quoniam ipsi viri boni erant, quo dignabatur Deus tantum sæculo bonum adueniens præmonstrare. Potissimè quoniam dictum erat, quod natus erat Saluator mundi, & ipsi illuc festinantes iuerunt. Non erat igitur verisimile, ut Saluatorem cognitum non adorarent. Amplius autem honoratus fuit, M&xiimo quidem honore, cum tres reges Magi de orientibus partibus venientes prociderunt coram eo adorantes, & obtulerunt tria munera, scilicet, aurum, thus, & mirram, ut patet Matthæi. 2. cap. Nam honor exhibitio est reuerentiæ in testimonium virtutis, iuxta doctrinam Aristot. Cum igitur honor sit in honorante, & non in honorato, ut habetur primo Ethicorum, necesse est, ut maior sit honor, qui a maioribus & dignioribus confertur, sicut in principatu maior & dignior est principatus, cui nobiliores & excellentiores viri subiecti sunt, ut habetur primo Politicorum cap. 3. Propter hoc autem quilibet à dignioribus magis honorari cupit à sapientibus, atque potentibus, iuxta Aristot. Ethicorum libro nono. Nulli autem maiores regibus sunt: ergo honor à regibus exhibitus ceteris maior fuit. Potissimè cum tres reges fuerint, & quia eum procedentes adorauerunt. Et ad hoc non quasi ex impetu passionali moti sunt, sed cum magna deliberatione atque labore, & impensis de regionibus suis in terram venerunt alienam: quæ cum rectè appendantur, profectò maxima sunt. Amplius autem Saluator noster honoratus est cum duodecim annorum, adhuc puer altissimè inter doctores legis, & intrepidè disputavit, atque conuicit, ita ut omnes admirarentur ex verbis eius. Sic patet Luc. 2. capit. f. Et factum est post triduum inuenerunt illum in medio doctorum, audientem & interrogantem illos. Stupebant autem omnes, qui audiebant eum super prudentia, & responsis eius. Fuit quoque à Ioanne honoratus, cum ad se venientem baptizare volebat, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Christus autem respondens, ait: sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. ut patet Matth. 3. capit. Iterum autem Ioannes Christum honoravit testimonium perhibens de eo, quod esset agnus Dei sublaturus peccata mundi, & quod super eum viderit Spiritum sanctum in columbæ specie descendentem. Sic patet Ioan. 1. cap. Honorabatur dominus Iesus à turbis, & omnibus, qui ei aderant, quando miracula faciebat: quia vel eum Deum quidam existimabant, vel virtutem Dei operantem per illum. De hoc ex discursu totius seriei euangeliorum vulgatissimum est. Item & à turbis honorabatur, & multa eo audito faciebant, ut patet Ioan. 8. Et propter hoc Pharisei increpabant turbam detrahentes ei, quia in Christum credentes eum sequebantur, ut patet Ioan. 7. cap. scilicet. Nunquid aliquis de principibus credit in eum, aut de Phariseis? sed turba hæc, quæ non nouit legem maledicti sunt. De principibus tamen multi post frequentem miraculorum operationem in eum crediderunt, ut patet Ioannis 12. cap. Alium quoque non

paruum honorem ei impendebant, & compleuissent Iudæi, nisi ipse repugnasset. Nam cum de quinque panibus & duobus piscibus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis saturasset, voluerunt eum facere regem, sed ipse hoc cauens, fugit ab eis. Sic patet Ioan. 6. capit. scilicet: Illi ergo cum vidissent, quod fecerat signum, dixerunt: quia hic est propheta, qui venturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montibus solus. Amplius autem honorificatus nimis fuit quinque diebus ante passionem suam dominus Iesus in ciuitate Ierusalem, cum sedens super asinam & pullum intravit in urbem, plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, alij verò cedeabant ramos de arboribus, & sternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus, qui venit in nomine domini, osanna in altissimis. Et cum intrauisset Ierosolymas, commota est vniuersa ciuitas dicens, quis est hic? Populus autem dicebant, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilee. Sic patet Matth. 21. Extremus autem homini Christo honor datus fuit in apparitione sepulchri: nam cum sero factum esset die parasceues, quia ipse in cruce pendens spirauerat, venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei: & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: Pilatus autem mirabatur si iam obijisset, & accersito Centurione interrogauit eum, si iam mortuus esset, & cum cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti: ut patet Marci 15. Magnus enim honor in hoc corpori Christi exhibitus est, ut Ioseph, qui alibi vocatur nobilis decurio, sepeliret eum in monumento suo, fecerat enim sibi monumentum excisum in petra, quod benedictio Iesu corpori tribuit: ut patet Matth. 27. Erat enim hoc monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Sic patet Luc. 23. Hunc autem extremum honorem exhibendo corpori Saluatoris nostri præuiderat Isaias capitulo vndecimo, cum ait: In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Ecce enim Christum, quem in cruce pendentem populorum signum fecerat, sepulchro glorioso conditum refert. Alij autem honores Saluatori nostro resurgenti exhibiti sunt, ut cum Maria Magdalene, & altera Maria venient de monumento, apparuit eis Iesus in via, & tenuerunt pedes eius, atque osculati sunt adorantes: ut patet Matth. 28. Et quomodo cuncte alicui apparuisset magna ei reuerentia exhibebatur. Sed honores post resurrectionem exhibiti Saluatori nostro magis ad eum, ut Deum quam ut hominem, pertinebāt.

De frequenti dedecore illato Christo. Cap. CCXII.

**S**ICVT autem Saluatori nostro, ut homini aut in carne mortali apparente multiplex, nec vulgaris honor impensus est, ita & frequenter dedecus illarum quoque fuit: vnde ipse conquerebatur de Phariseis, dicens: ego honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me: ut patet Ioan. 8. ca. frequenter enim ab eis inhonoratus est. Dicebant namque illum viam potatorem, & ebriosum nimis, atque voracem. Sic patet Luc. 7. & Matth. vndecimo, scilicet: Hic est vox & potator vini, & publicanorum socius, quod prædicto honesto viro dedecus magnum est.

Alium

Aliud quoque ei ignominie inferebant genus dicentes, eum ex fornicatione natum fuisse. sic patet Ioan. octauo, cum dicerent: Nos ex fornicatione nati non sumus: quasi dicat, tu ex fornicatione natus es. Hoc autem dicebant, quoniam vir Mariæ Ioseph grandæus erat, & quidam existimabant eum gignere non potuisse: sed Mariam ab aliquo adulterino viro fuisse grauidam. Addebant quoque alterum magnæ offensionis, & irritationis maledictum dicentes, omnia signa ab eo facta ex virtute demonum procedere. Sic patet Matth. 12. f. Hic non eiicit demones, nisi in Beelzebub principe demoniorum. Erat etiam dedecus, atque magna iniuria cum eum tanquam blasphemum lapidibus obruere voluerunt, ut patet Ioan. 8. Dixerat enim, quod ante Abraham ipse erat. Identidem autem dedecoris grauitas erat, cum eum de altissima rupe præcipitare conati sunt, sed ipse tranibat per medium eorum, & nemo illum poterat tenere. Sic patet Luc. quarto. Harum autem offensionum, & vilipensionum multa ei genera, dum adhuc viueret, inflata sunt. Sed in ipsa passione omnia penalitatum genera irrogata sunt. Dedecus quoque magnum, cum nudatus atque flagellatus est, iustigari enim seruorum pena erat, aut eorum, qui propter atrociam facta omnem nobilitatis & libertatis immunitatem amiserant. Potissimè autem, quoniam nimis erubescere honestissimus ille, atque verecundus dominus Iesus, coram toto populo nudus esse, & sic plagis sedatus apparere. Amplius autem quoniam ignominiosa mors erat in cruce appensorum, & inter omnia suppliciorum genera magis infamis dicente domino. Deuteronom. vigesimo primo cap. Maledictus homo, qui pender in ligno. Commendat autem Apostolus in nobis Christi charitatem, quod pro nobis maledictum effici voluerit. Sic patet ad Galatas tertio capitulo, cum dicitur: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quoniam scriptum est, maledictus omnis, qui pender in ligno. Extremum autem ei viuenti dedecus influerunt, cum eum paribus affixuri essent, inter duos infames viros appenderunt in testimonium maioris, aut comparis saltem iniquitatis. Nec solum, ut vnum de iniquis, sed vt iniquorum principem in medium hominum nephariorum appenderunt. Hunc autem loquendi modum secuti sunt Euangelistæ. Sic patet Luc. 22. cum dicitur: Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo: quare vocat eum fuisse nequam: sed Euangelista Iudeorum intentionem & non suam expressit. Nondum saturatus Iudæis infligendo infames penalitates Saluatori nostro viuenti, eum iam mortuum persequentes, resurrectionisque eius gloriam obnubilare cupientes, magnam pecuniam custodibus dederunt, ut eum nocte sublatum eis dormientibus a discipulis mentirentur. Sic patet Matth. 28. Cum dicitur, & congregati, scilicet, principes sacerdotum cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes. Dicitur, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum vobis dormientibus, & si hoc auditum fuerit à præside nos suadebimus ei, & securos vos faciemus: at illi accepta pecunia fecerunt, sicut erant edocti. Vtraque ergo Saluator noster in se suscepit, honorem scilicet, & dedecus. Dedecus autem prædixerat Isaias 53. Dicens: Non est ei species nec decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Ex prædictis ergo manifestè patet, qualiter accipienda sit illa particula. Quæ honorabatur.

Pars terdecima metaphora quinta, scilicet: Aquila, quæ non honorabatur. Cap. CCXII.

**F**IGVRATI huius quinti Paradoxi iam finendi extremam tenentibus metaphoram terdecima occurrit particula, scilicet. Quæ non honorabatur. Quam de Christo, ut homo erat, quibusdam fortassis exponi debere videbitur: ipse nempe graue dedecus à Iudæis sepissimè pertulit, ut in prioribus declaratum est. Sed non conuenit: nã cum de Christo vere quod honoratus sit probauerimus, ut homo erat, non potest astrui eum fuisse non honoratum, nisi ad diuersa tempora referatur. Vtranque autem contradictionis extremitatem de eodem statu ad diuersum referendo tempus perfacile est. Non intenditur ergo hoc in hoc metaphorico paradoxo, quod ideo paradoxon vocatur: quoniam admirabile est, & difficile creditu, ut in procemio expositionis earum prælibatum est. Potissimè quoniam cum hæc propositiones ponantur, ut habentes legem extremitatum contradictionis, necesse est alteram intelligi vniuersaliter, quanquã vtraque videatur indiffinita, vel particularis. Cum ergo dicimus, quod honorabatur, & intelligitur, ut indiffinita vel particularis, oportet vt altera extremitas, scilicet, non honorabatur, intelligatur vniuersaliter, scilicet, quod nunquam honorabatur. Et tunc de Christo, ut homo est, conuenire nequit. Nam cum de Christo verum sit, quod aliquando honoraretur, dici nequit, quod nunquam honoraretur. Ad Christum ergo, ut Deus erat referenda particula ista est. Nam deitas in Christo à nemine honorata est, quia nemo eam cognoscebat, aut rarissimi: quod autem incognitum est honorari nequit. Quod autem incognitus Christus Iudæis extiterit an Deus esset, prodit Apostolus prima ad Corinth. cap. 2. Quem nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. In passione autem quidam cognoscere inceperunt, vt centurio, qui astabat cruci videns, quod clamans expirasset, dixit, verè filius Dei erat iste. Cum autem obijceretur, quod Christus, ut Deus honoratus sit à Iudæis: quia Iudæi colebant verum Deum, & Christus erat verus Deus: ergo colebant eum, cum non esset Deus alius præter Christum. Respondendum, quod istud argumentum peccat per fallaciam accidentis: quoniam quamquam Christus esset verus Deus, & Iudæi vnicū verum Deum colerent, Christum tamen nesciebant esse Deum, ideo Christum non colebant, ut Deum, nec vt hominem, nec honorabant. Quod si obijciatur de discipulis Saluatoris, quod eum colerent, vt Deum: nam primò crediderunt in eum, ut patet Ioan. 2. cap. scilicet. Facto signo de conuersione aquæ in vinum crediderunt in eum discipuli eius, sed in neminem credimus, nisi in Deum: ergo isti eum honorabant vt Deum. Ad hoc respondendum, quod Apostoli crediderunt in eum, scilicet, crediderunt eum esse missum à Deo, & magnum prophetam: non tamen crediderunt esse Deum. Hæc responsio multa habet apparentia fulcimenta ex sacra scriptura: sed de his non est insistendum: nam dicere cogimur discipulos ante mortem Saluatoris credidisse eum Deum. Sic patet Matth. 16. cap. Cum interrogante Saluatore discipulos suos, quid homines de eo dicerent, & ipsi variè secundum varias singulorum positiones responderent, dixit eis: vos autem quem me esse dicitis? Et tunc Petrus quasi nomine omnium ait: Tu es filius Dei viui: Et postea sequitur, quomodo Christus hoc idem asseruit: sed inuisit sub silentio teneri, cum dicitur: tunc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent, quia

quia ipse esset Iesus Christus. Sed dicendum, quod quamquam Christus hoc discipulis suis reuelasset, ipsi tamen non plenè crediderunt: nec cognouerunt eum: ipse quippe testimonium perhibuit instante passione sua, quod nondum cognouissent eum. Sic patet Ioã. 14. Cum Philippus dixit: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Iesus autem increpans eum, dixit: Tanto tempore vobiscum sum, & non me cognouistis? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Et ante hoc etiam testimonium perhibuit, quod eum nondum cognoscerent dicens: Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Hoc autem amplius manifestatur, quoniam si cognouissetis eum Deum, non desperasset de resurrectione fidem stabilem habentes eorum, quæ à domino Iesu dicta fuerant. Sed omnia perdiderunt, ut patet ex processu euangelistarum. Nam etiam post resurrectionem apparente eis Iesu, nondum plenè credebant resurrectionem. Sic patet Luc. 24. & Ioan. 20. Non ergo firmiter ante passionem discipuli domini Iesu eum Deum crediderunt, & consequenter, nec ut Deum coluerunt: & sic non honorabatur deitas in Christo. Ex prædictis ergo patet inductum qualiter ista aquila, quæ Christus erat, non honorabatur.

*Peroratio totius operis.*

**E**XPLICIT Saluatoris nostri ope subiectus H longis licet anfractibus (quoniam in quibusdam sic rei, de qua sermo erat, necessitas exigebat) de quinque metaphoricis paradoxis. De qualitate autem explicitorum, eo quo decebat ordine & sensu an secus actum sit, arbitrij nostri non est determinare: aliorum

**F** enim hoc diffinitioni subiectum sit. Hoc lectorem volo esse admonitum, ne styli despiciat ruditatem: solet enim quibusdam incultus displicere sermo: mihi tamen curæ non fuit rhetoricis flosculis eloquium picturare, quod venustior efficeretur contextus: sed sacra scripturæ insudavi veritati applicandæ. Legat ergo illud regia celsitudo, quoniam & si non altissimū, prorsus tamen eruditione vacuum non est. Et si cui metaphore quinque totius huius processus fundamentum contemnendæ videantur, quoniam in canone sacra scripturæ non habeantur: non tamen despiciat penitus, quæ inducta sunt: quoniam ad solidam pertinent sacra scripturæ veritatem. Nec etiam quis æquo iudicio has metaphoricæ locutiones despiciere poterit, nisi pariter ei omnium sanctorum doctorum loquendi modi despiciabiles iudicentur. Sic enim Augustinus quoque Ambrosius loquitur. Ait enim Ambrosius in libro de Spiritu sancto, generalius est ista fides: quia Christus est filius Dei & natus de virgine, quem gigantem propheta describit: eoque biformis geminæque naturæ, sic consors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebatur, & non patiebatur, moriebatur & non moriebatur, sepeliebatur & non sepeliebatur, resurgebat & non resurgebat. Hoc idem recitat Magister Sententiarum in tertia distinctione 21. Et idem Magister ait: Sanè igitur dici potest, quod mortuus est Deus, & non mortuus: passus est Dei filius, & non passus, crucifixum est verbum, & non crucifixum: secundum alteram naturam passus est, & secundum alteram est impassibilis. Cesset ergo omnis æmulorum mordax edacitas: charitati emendandi fas fuerit, liuori autem omnem aditum præclusum esse volo, præstante Deo nostro, cui est laus & honor in sæculorum interminata sæcula.

F I N I S.

### Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes sunt Quaterniones, præter R, Ternionem.

V E N E T I I S.

Ex Typographia Rampazetana. 1597.